Ivº Zamora

BIBLIOTECA
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.
Estante n.º 13
Tabla 6
Número 8761 186

186

UVA. BHSC_IyR_186

186

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

INITIVM·SAPIENTIE·TIMOR·DOMINI·

Hæc sunt arma quibus, Iesuani nominis hostis.

Barbarus occumbet, sarmata, Parthus, Arabs.

L·MARINEI SICVLI REGII HISTORIOGRAPHI

opus de rebus HISPANIAE *Memorabilibus modo castigatum atq; Cæsareæ maiestatis iussu in lucem æditum.*

Cum priuilegio Cesareo.

1533.

Del collegio de Vall.ᵈ de la libreria

Por comission de los s.ᵉˢ Inquisidores corregi este libro conforme al expurg.º del año de 612 en este Coll.º de la comp.ª de Jesus de s. Ambr.º de Vall.ᵈ en 7 de Otubre de 1614

Conforme con el expurg.º del año de 1632

Pedro de Castro — Balt. Gaspar de Morales

UVA. BHSC. IyR_126

¶ BARTHOLOMEI BVSTAMANTIJ Complutensis carmen in laudem operis SICVLI.

Hispanæ quantum dederit Trinacria terræ
  Nominis, hoc Siculi nobile mõstrat opus.
Monstrat opus bello, mõstrat quoq; pace potẽtem,
  Deniq; q̃ nulli post sit habenda solo.
Quosq; eadem dederit lector Tarthesia Reges,
  Noscere, & illorum grandia gesta potes.
Nomina, gesta, genus, magnatum stẽmata, census
  Computat, atq; solum nobile quicquid habet.
Hesperiæ montes, amnes descripsit, & urbes,
  Atq; hominum mores, fœmineumq; genus.
Quales docta suo fauitq; Minerua Lycæo
  Belligeri ignaros Martis in arte uiros.
Et quos summa fides Christo coniunxit Iesu,
  Hinc Prælatorum magna caterua potest.
Quando igitur Siculus protraxit nomen Iberis,
  Vincat hyperboreos deprecor ipse dies.

¶ IOANNES OTHEVS.

Si cupis Hesperiæ res magnas noscere terræ
  Hanc lege, quam Siculus condidit, historiã.
Hic tibi magnanimos Reges memorabit, & urbes,
  Atq; boni tellus optima quicquid habet.
Et cum principibus numerat Comitesq; Ducesq;,
  Induperatores, Pontifices, Equites.
Quos habet enarrat fœlix Hispania sanctos,
  Doctorumq; uirum nomina nota facit.
Virtutes etiam mulierum scripsit Iberas
  Bellaq; fœminea fortia gesta manu.

¶ FRANCISCVS SANCTIVS.

Carmina culta suo famam tribuere Maroni,
  Et laudem meruit Tullius eloquio.
Crispus ob historiam longo celebratur in æuo,
  Nec poterit laudes carpere tempus edax.
Non tamen antiqui tantis se laudibus ornent,
  Nec solum ueteres garrula fama canat.
Aetas nostra dabit Crispum, Cicerona, Maronem,
  Sed non plus uno pro tribus illa dabit.
Fingere me credis Thæbani ænigmata monstri,
  Non facio, in nostro uera patent Siculo.
Crispus in historia, Maro carmine, Tullius ore
  Ille est, sic igitur pro tribus unus erit.

Está corregido conforme al Expurg.o de 1640 por comm.on del S.to Off.o =
Fr. Man.l Greg.o Valladares

Conforma tamb.n con el de 1707 por Comm.on del S.to Off.o que no añade nada al de 1640.
Fr. Pablo Miguel de Elizondo

Es de la Biblioteca de la Real Universidad de Valladolid.

UVA. BHSC. IyR_186

Prologus.

LVCII MARINEI

SICVLI PROLOGVS AD IMPERATOREM CAROLVM ET ISABELLAM IMPERATRICEM CATHOLICOS HISPANIAE REGES.

FFERVNT ALII SVIS PRINCIPIBVS, EXcellentes & Catholici Reges, aurum, argentum, cæteraq; metalla, alii margaritas, gemmasq; pretiosas. Alii suaues odores, thus scilicet & myrrham. Nonnulli pantheras, tygres, elephantos. Alii camelos, monocerotes, leones, aliaq; animalia siluestria. Alii equos & canes ad venandum. Alii varii generis accipitres. Alii psitacos & luscinias aliasq; canentes auiculas, alii pauones, alii phasianos & attagines. Alii varia pulchraq; musices instrumenta. Tabulas alii pulchris imaginibus pictas. Alii speciosa domus ornamenta, peristromata scilicet, & aulæa variis hominū & aliorum animalium figuris, & antiquis historiis contexta. Alii denicq; maris & fluuiorum res meliores terræq; fructus & arborū. Quæ quidē vel aspectu, vel odore, vel cantu, vel sono, vel gustu Principis aures, oculos, animūq; delectant. Ego vero paupertatis alumnus & vestræ laudis admodum studiosus, quoniam rebus aliis carebam, Maiestati vestræ librum, quem in Hispaniæ laudem, vestrorūq; progenitorū memoriam scripseram, non pauperis fortasse, sed prædiuitis munus offero. Quem quidem si legeritis, Hispaniam vestram ferè totam, & omnia quæ sunt in ea memorabilia, non sine delectatione cognoscere facile poteritis. Annos nanq; propè quinquaginta, quibus in Hispania fum cōmoratus, nulla mihi res fuit optatior, nulla maior cura, nulla frequentior actio, nullus denicq; labor iucūdior, quā diligenter inquirere, ac cernere propriis oculis res Hispanię memorabiles. De quibus magno studio conquisitis, & bene perspectis, aliquid quā veriſſime scriberem. Quod quidem feci, vt & honestissimo meo desiderio satisfacerē, & Catholicorum Principum, ac totius Hispanię gentis, quę patrię suę laudibus & honori maxime student, gratiam demereret. Quapropter vt mihi rerum, quas eram scripturus, ratio probabilis, certaq; cognitio constaret, primū multos antiquorū libros euoluere fuit necesse, vt ea quę scripsissem, autoritate doctissimorū virorum comprobata, vera esse crederentur. Hispaniā deinde penè totam peragraui, res omnes diligenter inspiciens, & ea quę mihi memoratu digna visa fuere, memorię mandaui. De quibus hoc opus, quod vobis offero, DEO iuuante confeci. Quod etsi neq; scriptoris oratione, neq; stilo, multarum tamen rerum cognitione ac varietate, quę lectores inuitare solent, iuuare poterit. Quādoquidem non ea solum, quę tellus Hispanię suapte natura producit, scripsimus, sed a primis etiam Hispanię cultoribus vsq; ad tempora nostra Regum seriem, & res gestas, de viris illustribus vtriusq; ordinis, de sanctis & martyribus Hispanię, de vrbibus & oppidis, de cunctis denicq; rebus memoratu dignis. Quapropter operi nostro de rebus Hispanię memorabilibus nomen indidimus. Accipite igitur, excellentissimi Principes, Siculi vestri chartarum munus. Quod quidem cum legeritis, non aspernati, vt opinor, aliorum donis, quāuis pretiosis, anteponetis. Sunt enim cætera omnia fortunæ bona & mutabilia. Quę nimirum paucis annis, ad alios atq; alios transferūtur. Munera vera, quę literarum monumentis offeruntur, immortalia sunt, & accipientium simul & dedicantium memoriam in perpetuum conseruant.

UVA. BHSC. IyR_186

Prologus.

EIVSDEM SIGVLI PROLOGVS SECVNDVS DE HISTORIAE LAVDIBVS AD EOSDEM PRINCIPES.

AGNA RES EST ET INAESTIMABILIS HEroicæ virtutis & rerum bene geſtarum memoria, quę tenaciſſimo literarū complexu, perpetuo cōſeruatur, eminentiſſimi Principes. Earum enim rerum, quas olim viri fortiſſimi magnifice geſſerunt, & ſcripto res clariſſimi literis tradiderunt, perutilis ac neceſſaria cognitio, & per grata iucundáq; narratio mortalibus prodeſſe plurimum ſolet. Siquidem cum in veterum ſcriptorum libris illuſtrium virorum res inclyte geſtas, factáq; præclara non ingrata lectione cognoſcimus, illorum nimirum virtutes & laudes inſignes admirantes non ſolum legimus libenter, verum etiam ſummis efferimus laudibus, & pro noſtris viribus imitari quā maxime cōtendimus. Quod ſi magnorum virorum gloriam conſequi non poſſumus, ex noſtro tamen labore non paruum capimus fructum, ſi quos in magnis rebus æquare non valemus, eorū ſaltem virtutibus nitimur inhærere. Quare meo quidem iudicio plurimū debemus antiquis hominibus, & qui res præclaras egerunt, & qui rationem poſteritatis habentes, vel ſuas vel aliorum res memorabiles nobis ſcriptas reliquerunt. A quibus nimirum maximas hæreditates accepimus, & ampliſſimū patrimonium. Nullus enim nobis eſſet vitæ cultus, nullus ordo rerum, nulla deniq; præteritorum temporum cognitio, niſi multis veterum virorū monumentis & præclaris inſtrueremur exemplis. His enim quid honeſtum, quid magnificum, quid laudabile ſit in vita cognoſcimus, & aliorum nobis perſpectis honoribus ad virtutem, ad labores, ad aliquid agendum præclare laudabili ſemper æmulatione/& quaſi agitati ſtimulis excitamur. Precioſa res eſt igitur ac potiſ incomparabilis præteritarum rerum, Latino præſertim exculta ſermone, narratio, quam hiſtoriam vocamus, excellentiſſimi Principes. Quæ cum ſit, vt prædicatur à multis hominū vitæ magiſtra, temporum teſtis, cuſtos memoriæ, nūcia veritatis, nimirum magnis principibus, & cunctis ſtudioſis hominib? & oblectationis & vtilitatis honeſtæ plurimū cōfert. Cuius quidem pergratis atq; iucundis lectionibus ac penè diuinis, nec in proſperis vnquā rebus, nec in aduerſis ab officio digredimur, ſed omnes potius vtriuſq; fortunæ caſus pariter ferimus, animi ſemper atq; vultus æquabilitate ſeruata. Magnis itaq; laudibus humanæ vitæ perlucidum ſpeculum celebrari debet hiſtoria. De cuius perſpicuo fonte, velut ex omnīū bonorum venerabili ſacrario ſummi Reges & optimi Principes humanitatem, clemētiam, iuſticiam, prudentiam, conſilia, cæteraſq; virtutes imitantur. Magni Duces & ſtrenui milites rei militaris vſum & fortitudinem induūtur. Prouinciarum præſides perutiles colligunt ad gubernandum ſanctiones. Vrbium magiſtratus & Reipublicæ gubernatores exempla virtutis & humanitatis excerpunt. Magnarum demum rerum negociatores inuiolatam fidem ſeruare & aliorū ſocietatem & amicitiam colere docentur. Enimuero nihil eſt vtilius hiſtoria, nihil hominibus neceſſarium magis, illis præſertim, qui ſunt in excelſo rerum faſtigio collocati. Nullum eſt enim virtutis exemplum, nullum memorabile factum ab orbe condito ad noſtram vſq; tempeſtatem, quod nobis hiſtoria non velut omnis antiquitatis pulcherrima facies ante oculos oſtendat. Inſtituunt, non inficior, hominum vitam pulchre commodeq; ſatis Philoſophiæ ſanctiſſima præcepta, ſed multo pulchrius multoq; commodius hiſtoriæ lectiones. Monet illa quidem recte ſanctęq; præcipiens, ſed fronte admodum ſeuera ſummi boni ſpeciem quandam & anguſtum callem viamq; difficilem præ ſe ferens, à ſe plærumq; nōnullos magnitudine laboris auertit. Exempla vero rerum, quæ celebrantur hiſtoria, ſiue ꝙ illorū virtutes & laudes, qui talia geſſerunt, in ſublimi & illuſtri loco ſitæ cernuntur: ſiue ꝙ à ſcriptoribus, qui & ipſi quoq; magnos hono-

UVA. BHSC. IyR_186

res adepti sunt, efficacius explicantur, multo facilius atq; libentius amplectuntur, animisq; nostris tenacius inhærentia firmius retinemus. Sine quibus hominum vita in multis rerum varietatibus profecto non tuitor esse posset, quã nauis amisso clauo fractisq; velis in pelago fluctuanti. Siquidem nemo potest præsentia recte disponere, nemo potest prouidere futura, nisi qui de præteritis multa cognouerit. Nunquam igitur satis digne laudari poterit historia, de cuius amplissimo sinu cunctæ virtutes, sicut è mari magno fontes omnes oriuntur. Exquibus, si verum fateri volumus, nimirum tanta studiosis hominibus commoda, tantæq; proueniunt vtilitates, quantas ego vix possum longo sermone complecti. Nunc itaq; multis, quæ mihi ad historiæ laudem iure spectare videbantur, omissis, illud vnum dumtaxat repetam, quod supra memorauí, historiam rem esse præclaram atq; diuinam, & hominibus maxime necessariam. Hac enim ad omnes vitæ partes, ad omnes tam publicas, quã priuatas actiones frequenter vtimur. Hac bona cuncta malaq; cognoscimus. Hac illustres homines illustriores fiunt. Hac omnis ætatis gesta referuntur. Hac absentes adsunt. Hac demum, quod omniũ maximum est, mortui viuunt. Siquidem viuunt homines, semperq; viuent, quorum literis prodita celebrataq; virtus emori historiam condidit, multo quidem maiori laude dignus videri debet, quã Pharius Giges, qui a' nõnullis primam pingendi artem commentus perhibetur. Fuit alioquin peracuta pictoris & satis nobilis inuentio. Scriptoris vero diues & perutilis. Variis ille coloribus & penicillo tenuissimas lineas perducens, illustrium virorum partes exteriores, & formam corporis refert. Hic autem attramento calamoq;, & perpetuis chartis virtutes/ & animi bona cuncta testatur. Latent illius opera, vel tabulis vel parietibus impressa, huius vero perpetuis cõmissa literarum monumentis, per vniuersum orbem ad omnes gentes deferuntur. Consumit illa vetustas, & temporis longitudo, sicut & alia multa. Hæc immortalia sunt & perpetuo remanent. Haud enim Alexander Macedonum Rex nobis cognitus esset, quamuis ab Apelle celeberrimo sui temporis pictore diligenter pingi se curauerit, nisi res ab eo fortissime gestas, vel Græce Clitarchus, aliiq; Græcorum plures, vel Curtius & Arrianus Latine conscripsissent. Viuit igitur Alexander, viuit Cæsar, viuit Hannibal, viuunt & alii quãplurimi Principes & fortissimi viri, qui sua virtute, rebusq; gestis vita digni fuere. Verũtamen nõ pictura viuũt, quæ est inanis & vacua, nõ titulis & imagunculis vel argento vel auro percussis: sed sola viuunt historia, quæ quidem eos a' mortalitatis iniuria vendicauit. Legite igitur historiam, quã vobis offerimus, altissimi principes, vt qui fuerint vestri maiores, & quæ fecerint, & res Hispaniæ memorabiles, quæ multæ sunt & cognitione scituq; dignissimæ, non ignoretis.

¶ Finis prologorum.

UVA. BHSC. IyR_186

BALTHASAR COMES CASTILLO
nensis Summiq; Pontificis orator Siculo Cæsaris Historico. S.

IAm hinc triennium veniens in Hispaniam, præter sollicitudinem curamq; præcipuam meę legationis ad Cæsarem nomine Summi Pontificis, magnum quoq; mecum desiderium ferebam, vt quæ in Hispania res essent insignes & scitu dignæ cognoscerem. Sum enim sciendi res peregrinas & memorabiles, Hispaniarum præsertim, quæ sunt à multis scriptoribus celebratæ, valde cupidus, & antiquitatibus maxime deditus. Verum enimuero hactenus ad eas perquirendas nullum mihi spacium superfuit. Tot enim curæ me premunt, tot negocia diu noctuq; fatigant, vt plærūq; mei ipsius oblitus esse mihi videar. Quapropter quoniam audio q̄ fueris Hispanarum rerum memorabilium studiosus, q̄ diligens indagator, te rogo, vir doctissime, vt hac in re me adiuues & labore/tam difficilis inquisitionis leues, meoq; desiderio, quod æquum est, consulas, ne prorsus ignarus Hispaniæ rerum in Italiam reuertar. Res autem, quas ego potissimum scire maxime cupio, sunt numero ferè quatuordecim. In primis, quoniam duæ feruntur Hispaniæ, Citerior scilicet & viterior. Scire velim Citerior, quæ à Pyrenæis montibus initium capit, quousq; protendatur. Præterea quæ sunt in Hispania vrbes patriciorum Romanorum coloniæ. Item & vbi columnæ sint Herculis laborum metæ. Quis saltus Castulonensis, vbi Numātia fuerit, vbi Saguntbus, & an sint hodie, Vbi mons qui sacer appellatur, & amnis Letheus. Vbi Bilbilis Martialis patria. Vbi fons qui calculos dissoluit, & alius, qui sanguinis profluuiū sistit. Vbi lacus profundus, qui pisces nigros gignit, & imminentem pluuiam magno murmure prænunciat. In qua regione pascunt equæ syluestres, quæ vento cōcipere dicūtur, Has itaq; res abs te doceri Sicule velim. Quas etsi scio difficiles esse & multis aliis vel doctissimis ignotas, vni tamen tibi, vt à quibusdam tuis familiaribus accepi, pro tua diligentia non dubito notas esse & pertractatas. Quarum quidem rerum noticiam per te consecutus/quasi tui nominis immortale monumentum mecum feram, tuaq; autoritate fretus de Hispaniæ rebus, cum necesse fuerit, liberius loquar & verius. Vale magnum Siciliæ decus.

SICVLVS BALTHASARI CASTILLO
nensi Comiti Romaniq; Pontificis oratori. S.

IDem mihi ipsi, quod tibi nūc est, desiderium fuit olim, magnanime Comes & orator excellens, magnaq; cupiditas incessit, non modo sciendi res Hispaniæ memorabiles, verum etiam scribendi. Quapropter & Hispaniam peragraui ferè totam, res omnes in ea memoratu dignas, quas apud Græcos & Latinos autores legeram, recognoscens. De quibus diligenter & bene perspectis cum scribere statuissem, multæ mihi magnæq; difficultates occurrerunt. Quæ quidem pertenues ingenii mei vires superantes, etiam cogitationibus & votis obstiterunt. In primis ipsius Hispaniæ magnitudo, multarūq; rerum, quas in terra mariq; producit, summa fertilitas. Admiranda quoq; principum gesta, maxima multorum Ducum & equitum militumq; fortitudo, viriles multarum mulierum animi, magnus sanctorum & martyrum numerus, & earum rerū maxime, quas à me requiris, non facilis inquisitio. Multa præterea nomina vrbium, fluminum, montium, & aliarum rerum, quæ fuerunt à peregrinis & barbaris gentibus deformata. Quocirca longum nimis iter ingressus multumq; difficile, etsi pedem referre iam decreuerā & ab incepto desistere, multis me tamen amicis hortantibus vltra progressus sum meis & aliorum viribus adiutus. In quo multa, quæ mihi memoratu digna visa fuere, literis mandaui, volumenq; confeci. Quod, vt itinerarium meæ peregrinationis ad te mitto, quasi pignus obseruantiæ obsequii, quod tibi iure debeo. Vale.

UVA. BHSC. IyR_186

BALTHASAR COMES CASTILLONENsis Summiq; Pontificis orator Siculo Cæsaris Historico. S.

ITINERARIVM TVAE PEREGRINATIONIS accepi, Sicule doctissime. Accepi inquam munus amplissimum, quod certe quantum valet æstimari non potest. Quo quidem sicut hactenus mihi nihil fuit optatius, ita nunc accepto nihil est preciosius. Pro quo tibi magnam habeo gratiam, quando referre nullo modo possum. Ego autem ex aliis tuis operibus, quæ mihi legere contigit, eruditionem tuam & scribendi genus facillimum stilumq; clarissimum facile perspexeram, à multis etiam, qui tuo contubernio longaq; consuetudine vsi fuere, probitatem, mores faciles & ingenti dotes audieram, sed liberalitatem & animi magnitudinem nõdum noueram. Quæ quidem hoc solo munere, quod mihi destinasti, cunctorum Regum munificentiam superauit. Ego siquidem rerum bis septẽ noticiam, quam te rogaueram, nec amplius expectabam, tu vero pro larga tua liberalitate mihi plus centum quinquaginta milibus obtulisti. Quibus ego legendis, omnibus prætermissis negociis, nouem iam dies totos & noctes impendi, præter paucas horas, quas naturæ satisfaciens capiendo cibo somnoq; concedo, neq; defessus adhuc lectione tam longa, neq; satiatus. Iuuat enim me magnopere primũ stilus orationis tuæ, qui vt amnis placidissimus fluit & sine murmure. Deinde plurimarum nouarumq; rerum lectoribus amabilis & perjucunda varietas maxime delectat. Auidiorem me præterea faciunt & attentiorem, dum lego, Regum series, & eorum res inclite gestæ, per te breuiter & ornate compositæ. Inuitant insuper pulchræ vrbium, montium, fluminum, & aliarum rerum descriptiones. Placet insũper mirum in modum nobis cunctisq; sine dubio placebit, qui literarum munere delectantur, ista tua de viris in officio rei militaris & aliis in literis illustribus honorifica narratio. Placebit & plurimorũ sanctorum martyrumq; numerosissimus catalogus, præcipuus laborum tuorum fructus. O fœlix Hispania quæ tot habet in cœlo sanctos intercessores & martyres. Hinc nimirum principibus Hispaniæ tanta fœlicitas, hinc prosperi bellorum euentus, hinc fœlices omnium rerum successus, hinc deniq; magnæ & inopinatæ victoriæ proueniunt. O fœlix, inquã, Hispania te sui nacta cultorẽ. Quæ quidẽ tuis laboribus & vigiliis illustrata certe tibi plurimũ debet. Cui laudes & res memorabiles, quæ fuerant hactenus occultæ, per te posthac per vniuersum terrarum orbẽ circumferentur & publicabuntur. Debent etiam tibi Sicule non minus & ipsius Hispaniæ principes, magnates, equites, & omnes viri vel armis vel literis illustres. Quorum nomina resq; gestas tuus calamus æternitate donauit. Quid præterea tibi non debent omnes Hispaniæ ciuitates? Quarum res insignes & quæcunq; habent memorabilia tuis operibus in lucem proferentur, & vbiq; memorabuntur. Ego vero etsi non sum Hispanus, inter eos tamẽ numerari volo, qui tibi plurimũ debent. Sic enim ratio, sic & tua merita postulant. Vale.

✠ iiij

UVA. BHSC. IyR_186

INDEX eorũ que in hoc

opere scitu digna continentur, digestus per ordinem alphabeticũ, vt lectori indagãti facilius quæ voluerit occurrant.

A.

ABila ciuitas Lusitaniæ. fo.viii.
Albaizinus Granatæ. cxiii.
Alcaçaua quid interpretatur. eodem.
Alcazeriæ domus descriptio. eodem.
Alhambra. eodem.
Alcantara oppidum vbi situm. fo.viii.
Almoguera patria nobilium. fo.x.
Alphonsus castus secundus. xxxvii.
Alphonsus, qui Petro fratri successit, rex Aragonum quartus. xliii.
Alphonsus rex Aragonum sextus, & Barcinonæ Comes. fo.l.
Alphonsus Rex Aragonum decimus, & Barcinonæ Comes. lvii. et. lviii.
Alphonsus cognomento benignus, Aragonum Rex duodecimus, & Barcinonę Comes. fo.lix.
Alphõsus magnanimus Rex Aragonum decimus septimus. lxiii.
Eiusdem sermo consolatorius ad Gabrielem Surrentinum familiarem. eodem.
Eiusdem pulchra oratio ad Ferdinandũ filiũ contra Florentinos proficiscentẽ. lxiiii.
Eiusdem oratio ad Italię Principes in expeditione cõtra Theucros, & quędã alia. lxvi.
Alphonsi Portugalliæ Regis irruptio in Regnum Castellæ. fo.cv.
Alphonsus Aragoneus quis fuerit. lxxv.
Sanctus Aemilianus Christi cõfessor. xxviii.
Amnes in Hispania cẽtũ & quinquaginta. v.
Amnes qui cadunt in Iberum. eodem.
Ampostæ descriptio. lxxxix.
Eiusdem oppugnatio. fo.xc.
Animaduersio in Iudæos, qui post acceptũ baptisma ad ingenuum & pristinum suæ legis ritum rediere. cviii.
D. Antonius sacrarium literarum Archa cognominatus. xxxi.
Antoni9 cognomine Pius, Romanorum Imperator. cxxvii.
Aquila domus. xv.
Arbores frugiferæ in Hispania. fo.iii.
Aranda durii. viii.
Archadius Imperator Constantinopolitanorum. cxxviii.
Arma fortiora quomodo fiunt. xix.
Asturcones equi. fo.iii.
Astura fluuius, à quo Astures populi. fo.v.
Asturię duę. fo.x.
Asturica, quæ nunc Astorga dicitur. fo.xi.
Ategua, quæ nunc Marchena dicitur. vii.
Sanctus Attilanus. xxvii.
Atlas cultor Hispaniæ. xxxiiii.
Auca ciuitas, quam hodie Burgẽsem vocant, singulari encomio extollitur. fo.xi.
De eadem vide folio. xxxii.

B.

BAcchus fluuius iuxta Cordubã. fo.v.
Balnea & thermę Hispaniæ. fo.iiii.
Balnea quatuor apud Toletum valde salutifera. eodem.
Baluaneda oppidum. xxxii.
Barcino vrbs pulcherrima. xiii.
Eiusdem laus. lxxii.
Barcinonæ Comites & eorum origo. xlv.
Bartholomeus Vius, vir memoria maxime dignus. lxxxvi.
Bastani montes circa Granatam. cxiii.
Beiara oppidum, olim Culminarium vocitatum. fo.viii.
Bellon oppidum, quod nunc Taripha dicitur. fo.vii.
Bellum contra Gothalanos gestum a Ioanne Rege Aragonum decimo octauo. lxxvi.
Belli inter principes Catholicos, & rege Portugalliæ gesti concordia atq; finis. cxi.
Bellum Granatẽse, quod Catholici reges gesserunt contra Mauros. cxii.
Bellum, quod gessit Ioannes Rex Aragonũ cum Carolo filio, & populis Barcinonensis Principatus. lxx.
Benauentum oppidum. fo.xi.

UVA. BHSC. IyR_186

Memorabilium Hiſpanię.

Berengarij Comes Barcinonę ſextus. xlviii.
Bethis fluuius nobiliſſimus, à quo Bethica prouincia dicta. fo.v.
Bethicæ prouinciæ deſcriptio. vi.
Bilbao. fo.x.
Bilbilis patria Martialis. xii.
Biuarãbla plateavrbis granatę deſcribit̃.cxiii
Boadelis Rex minor Granatæ. cxx.
Boetius fons ad fluuium ſanguinis ſiſtendũ vtilis. fo.iiii.
Borellus Barcinonæ Comes quartus. xlvii.
Sanctus Braulius Epiſcopus Cæſarauguſtanus. folio. xxiiii.
Brigentiũbeca, quę nũc Ouetẽſis dicitur .x.
Briuega oppidum. eodem.
Brygus quid ſit. xxxiii.
Buitragum. fo.x.
Bulla quædam Apoſtolica. xliii.
Burga fons vehementiſſimi caloris. fo.iiii.
Burgenſis ciuitas. xxxii.
Buſa mulier diues ac liberalis. cxxiiii.

C.

CAcus Vulcani filius. vi. et. xxxiiii.
Calafi oppidi deſcriptio. lxxxv.
Calatalutum. fo.xii.
Calagurrium. eodem.
Callæcia prouincia & eius vrbes. fo.x.et.xi.
Calibs fluuius, à quo Calibes populi nomen habent. fo.v.
Calpe mons. eodem.
Calpophorus / & Abundius martyres Hiſpalenſes. fo.vii.
Caluorum domus. fo.xv.
Canaria vnde nomen acceperit. cvi.
Canariæ inſulæ per Catholicos principes acquiſitæ. eodem.
Canariorum ritus atq; mores. eodem.
Canatus mons. fo.vi.
Cuneus ager. eodem.
Caroli magni laus. lxv.
Caroli regis, qui fuit nepos Ferdinãdi regis Catholici, aduentus in Hiſpaniã. cxxvii.
Caroli Gallorum regis profectio in Siciliam / & de hinc in Hiſpaniam. fo.lvii.
Carthaginenſis prouinciæ ciuitates / & oppida. fo.xiii.
Cartheia oppidum. fo.vi.
Carthellanæ mulieris fidelitas. xcvi.
Cartuſianorũ domus in Hiſpania tredecim / & earum nomina. xxxiii.
Caſa Cereris oppidum / vbi ſitum, & quare ſic dictum. fo.vii.
Sancta Caſilla. xxix.
Caſſia domus. fo.xv.
Caſtrorum domus. eodem.
Caſtella vnde dicta. fo.xlviii.
Caſtellæ quædam dignitates. fo.xvii.
Caſtulo olim magna ciuitas. fo.vii.
Caſus memorabilis de quodã Mauro, qui ſe à Mahoma miſſum iactauerat aduerſum Chriſtianos. fo.cxvii.
Catholicorum Principum munificentia & liberalitas. fo.cxxiii.
Eorundem humanitas, fortitudo atq; patientia. fo.cxxiiii.
Cauſa cõuerſionis Iudæorũ i Hiſpania. cix.
Cauſa belli Granatenſis. fo.cxiiii.
Cauſæ regnandi regibus catholicis. cxxi.
Cœlia quid ſit. xix.
Cæltiberorum mores & deſcriptio. eodem.
Cæliticum promontorium. fo.vi.
Cæſarauguſta. xii. et. xxxii.
Cęſarauguſtanorum martyrum magna multitudo. xxvii.
Cepha Maurus. fo.iiii.
S. Centolla / & Helena martyres. xxix.
Cinga fluuius. fo.v.
Claſſis magna, quã Catholici principes miſerunt in Italiam cõtra Turcas. cvi.
Claudius, Luperti⁹, & Victoricus pueri martyres fortiſſimi. xxiiii.
Coloniæ Romanorum in Hiſpania. xiiii.
Comites Caſtellæ. xviii.
Comites Portugalliæ. eodem.
Compluti deſcriptio. ix.
Compoſtella. fo.x. et. xxxi.
Concha ciuitas. xiii.
Conradini Imperatoris aduentus in Italiam contra Carolum. lv.
Eiuſdem ingreſſus in Romã & interitus. lvi.
Cõcilia multa memorabilia in Hiſpania. xvi.
Cõſiliũ prudens & admirabile Ramiri regis Aragonum quinti. xliii.
Conſilium, quod Alphonſo regi Portugalliæ dederunt ſui familiares ſuper expeditionem contra reges Catholicos, & quid

UVA. BHSC. IyR_186

rex reſponderit. fo.clii.
Conſilium, quod Boabdeli Maurorum regi dederunt ſui conſultores, pro dedicatione vrbis Granatæ. cxviii.
Cõuentus procerum ſuper Caſtellæ regni gubernatione. fo.cii.
Corduba ciuitas Bethicæ. vii. itẽ. fo.cviii.
Cornelia domus. xv.
Corteſia domus. eodem.
Coſconia domus. eodem.
Crux apparuit in vrbe Ouetana. xxxvii.

D.

DAroca ciuitas. xii. et. xxxii.
Darrus amnis apud Granatam. cxiii.
Dematum oppidum. xcii.
Dertoſa ciuitas. xiii.
Eiuſdem deſcriptio. xci.
Sãctus Dominicus Calagurritanus. xxxi.
Sãcti Dominici Calciatenſis ciuitas miraculo ſingulari memorabilis. xxxii.
Donia oppidum. fo.xi.
Durius amnis. fo.v.

E.

ECcleſiæ cathedrales Tarraconenſis prouinciæ. xlv.
Eleemoſinæ quæ diſtribuũtur in eccleſia Toletana. fo.ix.
Sanctus Eleſmus. xxix.
Elionora generoſa mulier, Comitis Salinarum filia. fo.xi.
Eluera olim ciuitas apud Granatam. cxiiii.
D. Emetherius/& Celedonius, atq; alii martyres. xxv.
Emerita Auguſta Romanorũ Colonia. vii.
Sancta Engratia virgo & martyr. xxiiii.
Ennicus cognomento Ariſta, Dux Aragoniæ quintus. xli.
Epiſtola Ioãnis Aragoniæ regis ad Ferdinãdum filium. xcix.
Equalatũ oppidũ & res in eo geſtę. lxxxviii.
Equæ Zephiræ quæ vento concipere dicuntur. fo.i.
Erganiciũ, quod nunc Alcaniciũ vocãt. xii.
Erythrus Hiſpaniæ cultor. xxxiiii.
S. Eulalia virgo & martyr. xxiii.
S. Eugenij Archiepiſcopus Toletanꝰ. xxvii.
S. Euroſia virgo & martyr. xxix.

F.

FAbuloſa de Hercule. xiiii.
Facinus magnum & memorabile Iacobi Aragonum regis octaui. lii.
Facinus indignũ cuiuſdã equitis, cui nomen erat Aluarus Annius Lugus. cxxi.
Facinus memorabile Raimundi Barcinonæ Comitis. xlviii.
S. Facundus/& Primitiuus martyres. xxx.
Famis magna vis. xcix.
Sãctus Fauſtus, Ianuarius/ & Martialis martyres. xxvi.
Sanctus Fœlix/& Anaſtaſius/& ſancta digna martyres. eodem.
Ferraria promontorium. fo.v.
Ferdinandus primus rex Caſtellæ. xxxviii.
Ferdinãdus rex Aragonum. xvi. Et Barcinonæ Comes. lxi. et. lxii.
Ferdinandus rex/& Iſabella regina Catholici Principes. fo.c.
Ferdinandus Rex Vngariæ frater Caroli Imperatoris. cxxviii.
Fictilia Hiſpaniæ. fo.iiii.
Ficta oppidum. fo.x.
Sancta Florentina. xxiii.
Sanctus Florentius martyr. xxvii.
Fluminum nomina in Hiſpania. fo.v.
Fonſeca domus. fo.xv.
Fontes in Hiſpania multi. iiii.
Fortuniꝰ Garſię filiꝰ Aragonię Dux. iii. xli.
Fraga oppidum. xii.
Freſinꝰ natale ſolũ Ferdinãdi regis catholi. c.
Sanctus Fructuoſus, Eulogius, & Augurius martyres. xxix.
Sanctus Fructus. xxx.
S. Froylanus epiſcopus Legioneñ. xxiiii.
S. Fulgentius epiſcopus Haſtigitanus. eodẽ.

G.

GAditana ciuitas, quæ hodie appellatur Calix. fo.vi.
Gallatiæ prouinciæ reformatio. cvii.
Galliæ regis verba ad filios ſuos, in diſceſſu, quando eos in Hiſpania obſides apud Cæſarem reliquit. xxi.
Gallorum ingens ſtrages in Sicilia. lvi.
Gallorum domus. fo.xv.
Garſiæ Gometii facinus egregium. xxxix.
Garſias Ximenius Dux contra Mauros profectus. fo.xli.

UVA. BHSC. IyR_186

Garſias Eunic⁹ Aragoniæ Dux ſecūd⁹. eodē.
Eiuſdem nominis Dux ſextus. ibidem.
Garſias Sanctius cognomēto Tremulus Aragoniæ Dux octauus. fo.xlii.
Geriones trigemini. xxxiii.
Gerundæ oppugnatio. lxxvii.
Gibralfarum arx. cxvii.
Gothorum aduentus in Hiſpaniam. xxxiiii.
Sanctus Gregorius. xxviii.
Granatæ regionis & vrbis elegās & pulchra deſcriptio. cxiii.
Granatę vrbis deditio quo anno/& quomodo ſit facta. cxix.
Græca vocabula, quibus Hiſpani vtuntur in ſua lingua. xxii.
Griffeus Barcinonēſis comitat⁹ p̄fect⁹. xlvi.
Griffeus cognomento Pilus, primus Barcinonæ Comes. eodem.
Guadalupus. vii. et. xxxi.
Guadalaſara. fo.x.
Guzmani vnde originem ducunt. xvi.

H.

HAdrianus Helius Romanorum Imperator. cxxvi.
Hērrici Gothomani Ducis Methymnę Sidoniæ virt⁹ & liberalitas i bello Granatē. cxv.
Hercules in Hiſpania regnauit. xxxiiii.
Hiſpaniæ nomina. fo.i.
Hiſpaniæ ſitus & forma. eodem.
Hiſpania caput orbis. ibidem.
Hiſpania quib⁹ potiſſimū abūdet reb⁹. eodē
Hiſpaniæ metalla & res aliæ. eodem.
Hiſpaniæ fruges & vina. fo.ii.
Hiſpania omnis generis fructib⁹ abūdat. iii.
Hiſpania pecoribus diues. eodem.
Hiſpaniæ diuiſio in tres partes. fo.vi.
Hiſpanorū mores, ingenia, & habitus. xix.
Hiſpanorū veterū cōſtātia & fidelitas. xx.
Hiſpanorū primæ linguæ vocabula. xxi.
Hiſpanorum laus in re militari. eodem.
Hiſpanorum vrbanitas & diligentia in educandis liberis. eodem.
Hiſpanorū ſobrietas & aliæ virtutes. xxii.
Hiſpaniæ & aliarum regionum primi cultores. xxxiii.
Hiſpaniæ Pontifices, magnates, & officia in curia regum. xvi.
Hiſpalus Herculis filius, à quo Hiſpaniam dictam volunt. xxxiii.
Hiſpalis egregia laus & deſcriptio. cviii.
Homeri carmen elegās in laudē Hiſpanię. ii.
Homo quando dicendus fœlix. lxiiii.
Honorius Imperator Conſtantinopolitanorum. cxxviii.
Humanitas Catholicorū Principū. cxxiiii.

I.

IAca ciuitas. fo.xii.
Iacobus Aragonum Rex octauus/& Comes Barcinonæ. li.lii. et.liii.
Iacobus Aragonum Rex vndecimus/& Barcinonæ Comes. lviii.
Iaen quid interpretatur. fo.vii.
Iberi amnis origo. ii.v.et.lxxxviii.
Idubeda mons. fo.vi.
D. Illefonſus Toletanæ Eccleſiæ Antiſtes. folio. ix .et. xxiii.
Ilerdæ laus inſignis. fo.liii.
Eiuſdem deſcriptio. lxxxiii.
Imperatores, quos dedit Hiſpania Romæ/& Conſtantinopoli. cxxvii.
Ingenia Hiſpanorū ad lr̄as capeſſendas. xxi.
Inferna loca ludorum plena. fo.cx.
Inſignia regum Portugalliæ. fo,xl.
Inſulæ fortunatæ. fo.cvi.
S. Ioānes p̄sbyter & cōfeſſor Chriſti. xxvi.
Ioānis ſobrarii Alcagnicēſis carmen in opus Siculi elegans & feſtiuum. fo.xl.
Ioannes Rex Aragonum decimus quartus/& Barcinonæ Comes. fo.lx.
Ioānes Aragoniæ Rex decimus octauus. De huius ingenio & rebus egregie geſtis multa notatu digniſſima a.fo.lxvii.vſq; xcix.
Ioannes Dux Andigauenſium. xci.
Ioānes Cagnamatii proteruitas contra Regē Ferdinandum Catholicū. cxxiiii.
Iria flauia, quæ nūc ſancta Maria finis terræ dicitur. fo.x.
Iſabellæ Reginæ Catholicæ mores, religio, & ſtudium in bonas literas. cxxii.
Eiuſdem progenitores & natiuitas. ci.
Iſabella Imperatrix Emanuelis Portugalliæ Regis filia Caroli Cæſari nupta. xl.
Iſabellæ Montaniæ fidelitas erga Ioannem Aragoniæ Regem. xc.vi.
S. Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus. xxx.
Sāct⁹ Iulian⁹ doctor/& Archiepiſcopus To

UVA. BHSC. IyR_186

Index rerum

letanus. fol.xxix.
S.Iulita/& Ciricus ẽius filius martyres. xxv.
Iulia Regia. fo.vii.
Iudæorum ceremoniæ. cviii.
Iuſticia p Catholicos Reges reſtituta. cxxiii.
Iuſticiæ nouum genus (quod Hermandatũ appellant) à Catholicis Principibus excogitatum in delinquentes. cvi.

L.

LAcus cuiuſdam mira natura. iiii.
Lagonius amnis. fo.v.
Laletaniæ prouinciæ populi. xiii.
Lapis ſpecularis cuiuſmodi eſt. fo.i.
Latronum domus. xlii.
Sanctus Lambertus. xxviii.
D.Laurentius martyr. xxiii.
S.Laurian⁹ Archiepiſcop⁹ Hiſpalẽſis. xxiiii.
Laus Regum Catholicorum. xxii.
Laus eximia templi Toletani. fo.ix.
S.Leander Epiſcopus Hiſpalenſis. xxx.
Ledeſmę balneũ ĩ Hiſpania mirę virtutis.iiii.
Legatio,quam Rex Portugalliæ miſit ad Reges Catholicos, & reſponſio Catholicorum Principum. c iiii.
Legio Germanica. fo.xi.
S.Leocadia Toletana. xxiii.
Lepuzcua prouincia. fo.x.
Liberalitatis multa genera. cxxiii.
Liberalitas Caroli Francorum Regis. cxxv.
Liberi Ferdinandi, & Iſabellæ Regum Catholicorum. cxxvi.
Lingua vetus Hiſpanorum. fo.xx.
Lingua,qua hodie vtuntur Hiſpani. xxi.
Linum in Hiſpania optimũ prouenit. fo.vi.
Logronium. fo.xii.
Loxa ciuitas. cxvi.
Lucii Flori Encomium de Hiſpania. xix.
Ludi & blaſphemię prohibitæ à Catholicis Principibus. fo.cx.
Ludouici Impatoris aduẽt⁹ ĩ Hiſpaniã. xlvi.
Luſitania prouincia deſcribitur. fo.vii.
Luſoribus multa mala incumbunt. fo.cx.

M.

MAgnates Caſtellæ, Legionis, Andaluſiæ, & Callecię. xvii.
Magnates Aragoniæ, Valentiæ, Toletaniæ, & Nauarræ. xviii.
Magnates Portugalliæ. eodem.
Maioritũ,quodvulgo Madrid appellant. ix.
Manrricorum nomen & origo. xvi.
S.Marciel/et.S. Nona. xxiii.
Marchiones Caſtellæ. xvii.
Marcus Antonius cognomento verus Imperator Romanorum. cxxviii.
Maria Paciequa mulier audax. cxi.
Martini duo Reges, alter Aragoniæ,& alter Siciliæ. fo.lxi.
Maurorum aduentus in Hiſpaniam. xxxvi.
Maurorum magna ſtrages. xlvi.
Maurus quidã temerarius Scęuolã Romanorũ imitatus qd deſignarit. xxxix.et.cxvii.
Mellicola primus Hiſpanos vſum mellis edocuit. xxxiiii.
Menteſa ciuitas Bethicæ primaria,nunc Iaen appellata. vii. et. xxxii.
Merulorum domus. xv.
Methymna Campi. viii.
Methymna cœli. fo.x.
Methymna Roſeca. fo.xi.
Mezclita quid ſit. cxvi.
Minius fluuius. fo.v.
Mirũ de quodã lacu in monte Canato. fo.vi.
Miro Barcinonæ Comes ſecundus. xlvii.
Moclinum oppidum. cxvi.
Molina oppidum antiquiſſimum. xiiii.
Monaſterium nobile iuxta Burgenſem ciuitatem,quod Huelgas vocant. fo.xi.
Montes Hiſpaniæ. fo.v.
Mons Cacci. fo.vi.
Mons Sacer. eodem.
Mons Serratus. eodem.
Mons Maior. fo.viii.
Mons Iudæorum apud Barcinonem. fo.v.
Monſonium oppidum. xii.
Montangi Caſtellum. fo.vii.
Moræ incendium miſerabile. fo.ix.
Morella oppidum vbi ſitum. lxxxii.
Mors Ioannæ Reginæ Aragoniæ. xciiii.
Mors Iſabellæ Reginæ. cxxv.
Mors Ferdinandi Segis. cxxvi.
Mors Ioannis Regis Aragoniæ, & de geſtis in ea. fo.xcix.
Mortis pulchra conſolatio. lxiiii.
Mulierum Hiſpaniç antiquarum cultus. xx.

N.

NAturæ magna vis. xlii.

UVA. BHSC. IyR_186

Nebriſſa venerea cognominata. fo.vii.
Nepotum domus. fo.xv.
Nerua Romanorum Imperator. cxxvii.
Nomenclatura ciuitatum & oppidorum Granatæ Regni. cxix.
Nomina eorum qui de bello Granatenſi ſcripſerunt. cxiii.
Nomina vrbis Granatæ,& quare ſic nuncupetur. cxiiii.
Nomina in Bryga terminalia. xxxiii.
Nomina multorum procerum quorum fides in bello ſpectabilis fuit. cv.
Nouercæ raro amant priuignos. xlviii.
Numiſma repertum apud Indos Cęſaris Auguſti imagine ſculptum. cvi.
Nunilo/& Alodia martyres Hiſpaniæ. xxv.

O.

ODium perpetuum inter Gothalanos/ & Ianuenſes. xlix.
Officiorū multa genera in domo regia. xvi.
Olana domus. xv.
Oliana oppidum. xxxiii.
Oluca vetus. fo.x.
Oppidorum complurīū nomina. vi.et.vii.
Opiniones varię ſup nomine Granatę.cxiii.
Oratio Guidonis ad Carolum pro Florentinis. fo.liiii.
Oratio Dominici Firmani Cardinalis pro pace Italiæ concilianda. lxv.
Oratio Præſulis Tarraconenſis ad Ioannem Regem Aragoniæ. lxxiii.
Ordines Portugalliæ. xvii.
Orenſis ciuitas nobilis. fo.x.
Orius mons Hiſpaniæ. fo.v.
Oroſpeda mons. fo.vi.
Oſca ciuitas. fo.xii.
Oſſet oppidum,ab Hiſpanis Vetus Hiſpalis vocatum. vii.
Oſomenſis ciuitas. viii.
Otogerius Golantes Germanicus. xlv.
Oueta vrbs multis diuorum reliquiis conſpicua. fo.xxxi.

P.

PAcis ſanctio inter Iſabellam Caſtellæ Reginam, & Alphonſum Portugalliæ Regem. cxii.
Padillarum domus. xv.
Palatoa domus. xxxiiii.
Palentia nobiliſſima ciuitas. fo.xi.
Panis multa genera. lxxxviii.
Paſtrana oppidū inſigni fonte nominatū. x.
Pax Auxuſta, alio noīe,ciuitas Paccuſis. vii.
Peña fidelis. viii.
Perpinianum oppidum. xiii.
De huius obſidione vide folio. xcvii.
Petracia Serrana. viii.
D. Petrus cognomine Barchus. xxiii.
D.Petrus Præſul Oſomenſis. xxv.
Petrus Sancti Regis ſecundi filius Aragonię Rex tertius. xliii.
Petrus Alphonſi filius, Aragonum Rex ſeptimus,& Barcinonæ Comes. fo.l.
Petrus Aragonum Rex nonus/& Barcinonę Comes. liii. et. lviii.
Petrus cognomento Ceremonioſus Rex Aragonum.XIII.et Comes Barcinonæ.lix.
Petrus Vera miſſus ad inſulas Canarias à Catholicis Principibus. cvi.
Petrus Colonus. ibidem.
Philippi Caroli cęſaris filii fœlix natiuitas.xl.
Pimentelorum domus. xv.
Pincia,quod hodie Valladolid vocant. xi.
Piſces in Hiſpania multi & varii. fo.iii.
Piſcis cuiuſdam inaudita forma. eodem.
Pyrenæi montes vnde dicti. ii.vide item.v.
Placentia ciuitas. fo.viii.
Plinius quid ſcribat de coloniis à Romanis in Hiſpania conditis. xiiii.
Polancorum domus. xv.
Polypus in Hiſpania captus miræ magnitudinis. fo.iii.
Pompilon metropolis Nauarræ. xii.
Pontifices Caſtellæ. xvi.
Pontifices Aragoniæ, Valentiæ, Laletaniæ, & Nauarræ. xvii.
Pontificatus Portugalliæ. eodem.
Portugalliæ Regis irruptio in Regnum Caſtellæ. fo.cv.
Portus ciuitas Portugalliæ. fo.vii.
Portus duo inſignes. xiii.
Præcepta ſalutifera. D. Iſidori. xxx.
Prælium geſtum inter Carolum/& Manfredum apud Beneuentum. liiii.
Prælium geſtum ab equitibus Conradini aduerſus Caroli exercitum. lv.
Prælīū nauale,geſtū à Iacobo Aragonū Re-

UVA. BHSC. IyR_186

Index rerum

gẽ aduersus Federicum fratrem suum Regem Siciliæ. lix.
Prælium apud Rubinatum. lxxxi.
Prælitũ acre apud Calasum oppidũ. lxxxvi.
Prælium apud Dematum. xcii.
Prelium nocturnũ inter Christianos, & Mauros apud Granatam. cxv.
Prælium, quod apud Olimetũ gestũ est. lxx.
Prælium apud Ilerdam. lxxxiiii.
Ptholemæus/& Brut⁹ Toleti conditores. ix.
Pueri cuiusdam mira constantia. xix.
Pugna apud Azeniam. lxxxiii.

Q.

QVerelæ oratorum Siciliæ apud Iacobum regẽ Aragoniæ. XI. fo. lviii.

R.

RAimundus Borrellus Barcinonæ Comes quintus. xlviii.
Raimundus Berengarius cognomẽto Vetus Barcinonæ Comes septimus. eodem.
Raimundus Berengarius caput Stupæ appellatus, Barcinonæ Comes. VII. eodem.
Raimundus Berengarius Comes. IX. eodẽ.
Eiusdem expeditio contra Mauros in Insulã Balearem. xlix.
Raimundus Berengarius Comes Barcinonẽsis decimus. xlv. xlix. et. l.
Ramirus Aragoniæ Rex primus. xlii.
Ramir⁹ Monachus Aragoniæ Rex. V. xliiii.
Redditus ecclesiæ Toletanę. fo. ix.
Reformatio sacerdotũ vtriusq; sexus per Catholicos Principes. cix.
Reges Portugalliæ. fo. xl.
Reges Aragoniæ. xli.
Regna per Catholicos Principes recuperata, & alia acquisita. cxxv.
Religionis contemptus periculosus. lvii.
Religionis magna vis. lxv.
Res gestæ à Catholicis principibus in conuẽtu Toleti, & itẽ in Methymna Cãpo. cxx.
Rubricatum flumen. fo. v.
Rupes Gallica. vi. et xxxii.

S.

SAcelli cuiusdam regii descriptio. cxxii.
Sacræ ædes & loci in Hispania miraculis nobiles. xxxi.
Sagũth⁹ Romanorũ colonia ĩ Hispania. xiii
Sagunthinorum laus. xx.
Salinæ in Hispania. fo. iii.
Salis vtilitas. fo. iiii.
Salsus amnis apud Cordubam. fo. v.
Salmantica ciuitas clarissima. viii.
Saltus castidonẽsis, Serra Morena dictus. vi.
Sancta Maria Roncilionis. fo. xii.
Sanctius Garsias Dux Aragoniæ. IIII. xli.
Sanctius Garcesius cognomine Auarco, Aragoniæ Dux septimus. xlii.
Sanctius cognomine Maior totius Hispaniæ Imperator. eodem.
Sanctius Aragoniæ Rex secundus. xliii.
Sancti & martyres Hispaniæ. xxii.
Scylus fluuius. fo. v.
Segouia ciuitas. fo. viii.
Seguncia nobilissima ciuitas. fo. x.
Septem res memorabiles Granatæ. cxiii.
Septem peccata mortalia. fo. cx.
Sepulueda. fo. viii.
Series Castellæ Regum. xxxvii.
Sermo, quem Ioannes Portugalliæ Regis filius ad patrem habuit. fo. cxi.
S. Seruandus/& Germanus martyres. xxx.
Sicoris amnis. fo. v.
Siculorum defectio contra Gallos. lvi.
Sigismundi Imperatoris aduentus in Hispaniam ad Regem Ferdinandum. lxii.
Silii Italici carmen in commendationem Saguntinorum. fo. xx.
Siluia domus. fo. xv.
Sisapona, quæ nunc Zamorensis vocant. xi.
Sosii oppidi descriptio atq; laudes. fo. c.
Spinarius pagus omnium totius Hispaniæ nobilissimus. fo. viii.
Stadium quantum continet. fo. i.
Stationes duodecim, quas Rex Ferdinandus disposuit in oppugnatione Malachę. cxvii.
Stratagema magnesium. cxv.
Stratagema aliud per quam pulchrum Mariç vxoris Iacobi Aragonũ Regis. VIII. li.

T.

TAgus amnis diues & amænus. v. et ix.
Tarraconensis prouincia. xii.
Tarraco à quibus condita. xiii.
Tarraconis oppugnatio. lxxxii.
Tauera domus. xv.
Taurus ciuitas laudata. fo. xi.
Tẽpla à Catholicis principib⁹ ædificata. cx.

UVA. BHSC. IyR_186

Memorabilium Hiſpanię.

Tetraſticha duo Siculi in laudem Alphonſi Aragonei. cxxvi.
Theodoſius Imperator Conſtantinopolitanorum. cxxviii.
Theodoſius iunior Archadii Imperatoris filius Conſtantinopolis Imperator. eodē.
Thormis fluuius. fo.v.
Tintinabulū Ramiri regis Aragonū. V. xliiii
Tiriaſſona ciuitas. fo.xii.
Tituli & officia Caſtellæ magnatum. xvii.
Tituli, ſigilla, & inſignia regum Catholicorum. fo.cvii.
Toleti ciuitatis ampla deſcriptio. viii.et.ix.
Toletanæ eccleſiæ Antiſtes. II. à rege. eodē.
S. Torquatus/& eius ſocii. xxviii.
Totila dei flagellum cognominatus. xxxv.
Traianus, qui Vulpius Crinetus cognominatus eſt Romanorum Imperator. cxxvii.
Troſilum vel Turris Iulia. fo.vii.
Tubal cōditor Hiſpaniç/& rex p̄m⁹. xxxiii.
S. Turibius Aſtoricæ Epiſcopus. xxiii.
Turris Lacuna. fo.x.
Tuitana ciuitas. eodem.
Turris Syllana. fo.xi.
Turris Cremata. eodem.
Turris Lobatonia. eodem.
Turtur piſcis iocundiſſimi ſaporis/& in Hiſpania valde communis. fo.iii.
Turtur captus apud Salmanticam viginti librarum. eodem.

V.

VAlentiæ ciuitatis laudes. xiii.
Valeria domus. fo.xv.
S. Valerian⁹ Epiſcopus Cæſarauguſtę. xxiiii.
Vallis apud antiqueram, quæ ſalem mirabili modo progignit. fo.iiii.
Valliſoleti ingenua laus. fo.xi.
Valuaſſores Tarraconenſis prouinciæ. xlvi.
Vandaluzia. xxxiiii.
Vbeda, quam Vllam dici putant. fo.vii.
Venetia vnde dicta. xxxiii.
S. Victor martyr. xxiii.
S. Vincentius martyr. xxii.
D. Vincentius theologus celeberrim⁹. xxxi.
S. Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum, qui Iudæis errores ſuos aperuit in Hiſpania. fo. cix.
Victoria ciuitas nobilis/& caput Alabæ prouinciæ. fo.x.
Viche ciuitas. fo.xiii.
Vina Hiſpaniæ præcipua. fo.ii.
Viriatus dux Hiſpaniæ. xix.
Virtutes Hiſpanorum. xxii.
Vlixbona ciuitas Portugalliæ. vii.
Votus/& Fœlix fratres heremitæ. xli.
Vrinæ magna vis ineſt. xix.

X.

XIffreus Mironis filius Comes Barcinonæ tertius. xlvii.

Z.

ZApatera puella virtutis nobile exemplum. fo.xcvi.
S. Zoylus martyr Cordubenſis. xxv.
Zuritanum Caſtellum. fo.x.

¶ Finis Indicis.

¶ Siculus ad lectorem.

OPus, quod de rebus Hiſpaniæ memorabilibus multos annos elucubraueram, prolaturus in lucem, candidiſſime Lector, te prius admonere obſecrarq; uolui, ut ſi te uel meus honor, uel Hiſpaniæ tangit, quod in eo opere deſideraueris addas, & quod non probaueris uel deleas uel amice corrigas, méq; familiariter admoneas. Sum enim & fui ſemper rationi proximus & ueritatis amicus. Fac igitur obſecro quod abs te quàm iuſtiſſime peto diligenter, ut ſi monumentum, quod in Hiſpaniæ laudem condidi, rurſus excudendum fuerit, tuo recognitum iudicio & cenſura caſtigatum emendatius exeat & copioſius. Vale.

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

LVCII MARINEI SI-
CVLI DE REBVS HISPANIAE MEMORABILIBVS.
LIBER I.

DE HISPANIAE NOMINIBVS.

Ispania, sicuti Plinius aliiq; scriptores tradiderunt, regio prima in solis occasu Europæ terminos claudit. Quam ab Hispali vrbe eius insigni dictam fuisse, plures affirmant. Alii vero ab Hispano Herculis nepote nominatam volunt. Eandem Græci Latiniq; ab Ibero amne dixerunt Iberiam. Sunt & qui non Iberiam, sed Iberam vocauerunt: vnde Ibericum mare dictum fuisse contendunt. Cęterum scripserunt nonnulli ab Ibero, quem secundū Hispaniæ regem post Tubalem fuisse dicūt, Iberum amnem, & Iberiam prouinciam fuisse nominatam. Quorum sentētiam, cui nec repugnam⁹, nec assentimus, aliorum iudicio relinquimus: Et de Ibero rege, ac de aliis tribus & viginti, quos ab initio Hispaniam cōdidisse ferunt, in alio loco dicemus. Hesperia quoq; ab Hespero stella Occidentali dicitur, vel vt alii volūt, & scribit Higinius ab Hespero Atlantis fratre, à quo etiam, fratris arma fugiente, Italia Hisperiæ nomen accepit. Quapropter quum Hesperiam tantum dicimus, Italiam intelligimus, quum autem addimus vltimam, significamus Hispaniā. Ideoq; scripsit Horatius. Hesperia victor ab vltima. Diodorus autem Siculus, Hesperiā non ab Hespero, sed ab Hesperi scribit eius filia dictam fuisse. Cęltiberia insuper appellat à Cęltis Galliæ populis. Qui quondam de suis finibus egressi, quum ad Iberum amnem cōscendissent, de suo & fluminis nomine Cæltiberiæ prouinciæ & Cęltiberis populis nomē dedere. Quapropter dixit Lucanus. Profugiq; à sede vetusta Gallorum Cęltæ miscentes nomen Iberis.

Plinius.
Iberia.
Ibera.
Hesperia.
Iginus.
Horatius.
Diodorus.
Cæltiberia.
Lucanus.

DE HISPANIAE SITV ET FORMA.

HIspania, cuius formam Iustinus quadratā depinxit, & extenso alii corio similē demonstrarunt, inter Africā & Galliam posita, Oceani freto Pyreneisq; montibus clausa, & si minor est ambabus, vtraq; tamen, vt multi scripserunt, est multo fertilior. Quæ quidē neq; sicut Africa ardenti sole torretur, neq; vt Gallia ventis assiduis fatigatur. Sed inter vtramq; media hyeme & æstate tēperato sole pfruitur. Quo fit vt fœlicibus & tempestiuis imbrib⁹ omni genere frugum fœcundissima sit, ac nō incolis tantū suis, sed aliis etiā prouinciis, & Italiæ ipsi cunctarum rerū copia sufficiat. Est aūt Hispania terræ situ magna, populis frequens, & Oceano vndiq;, Mediterraneoq; freto cōclusa, præter eam partem quæ mōtibus Pyreneis, & Aquitaniæ Galliæ prouincię coniungitur. Cuius spacium est iter ferè quinq; dierum, id est milium centum quinquaginta. Totius autem prouincię longitudo, vt scribit Appianus, à Gadibus & Herculis colūnis ad Pyreneos montes ad milia stadiorum ferè decem protenditur. Latitudo vero ab Australi ad Septētrionale littus, hoc est, à Carthagine noua ad Lauretanū portum ali quanto est angustior. Vniuersæ autem prouinciæ quæ, vt dictū est, ab vtroq; mari mōtibusq; Pyreneis clauditur, ambitus milia stadiorum circiter quadraginta cōplectitur. Continet autē stadium passus centum viginti quinq;. Cęterū multi qui de terrarum situ scripserunt, Hispaniam caput orbis esse voluere: Siquidem Plinius in Europę descriptione, in ea, inquit, Hispania prima terraq; est vlterior appellata, eadē Bethica. Idē alibi terraq; orbis vniuersus ī tris diuidit̄ partes, Europā, Asiā & Africā, origo ab occasu solis & Gaditanio freto. Verū enimuero, siue principiū sit Hispania, siue finis terræ, nihil refert. Hac igitur q̄stione sepositā, cum de reb⁹ Hispaniæ, quas terra suapte natura producit, quædam primum dixerimus, deinde de prouinciis eius, de vrbib⁹ & oppidis, de primis incolis, de regib⁹ & Imperatorib⁹, & eoq; reb⁹ gestis, de

Iustinus.
Hispaniæ lōgitudo.
Appianus.
Hispaniæ circuitus.
Stadium.
Hispania caput orbis.

UVA. BHSC. IyR_186

ſanctis & martyrib⁹, de viris illuſtribus in rebus bellicis, & aliis virtutibus, de viris deniq; diſciplinis excellentibus, more noſtro ſummatim vereq; referemus.

DE BREVI SVMMA RERVM quibus abundat Hiſpania.

NImirū cū poſita ſit Hiſpania ſub claro fœliciq; cœli tractu, quod clima Græci vocant, p uinciaq; multas antecedit pulchritudine regionis, aeris ſalubritate, vētoq; flatibus, aq̄rū fontib⁹: amœnitate nemoq;, mōtiū iugis, fertilitate ſoli, vbertate pabuli, arboq; fructib⁹, armē tis, gregibus, equis, portuoſis maris littorib⁹, cāpis, pratis, iucundiſſimis fluminū ripis, venationibus, aucupiis, piſcibus, itē vino, oleo, melle, ſaccaro, vellere, lino, canabo, ſparto, iūco, rubia, minio, argēto viuo, alumine, ſapone, vitro, lapide ſpeculari, lapide ſubſidiano, iaſpide nupinuēta, rore marino, croco, cęra, pice, reſina, cocco, ſerico, bōbice, marmore, alabaſtro, creta, ferro, ære, plūbo, ſcoria, ſtagno, argento, auro, cæteriſq; metallis, & reb⁹ ad hominū vitā neceſſariis abūdantiſſima ſemper eſt. Sed ad maiora trāſeamus. Siquidē ſemper Hiſpania floruit, & nunc maxime floret optimis principibus, fortiſſimis ducibus, animoſiſſimis equitibus, bellicoſiſſimis militibus, vigilantiſſimis Pontificibus, obſeruantiſſimis ſacerdotibus, clariſſimis virorū & mulierū ingeniis, magnaq; fortitudine, liberalibus ſtudiis, mechanicis artibus & diligentiſſimis, fideliſſimiſq; ſeruiciis. Quid præterea dicā de multis & præclariſſimis vrbibus? Quid de multis magnis & opulentiſſimis oppidis referā? Quid de ſexaginta, & ſex pontificatibus Hiſpaniæ, quos alio loco, nominatim recēſebimus? Vnius cuiuſq; redditus cōputātes Et eodē modo magnatū domus, & cenſus referemus. Vidimus enim & numerauimus in Hiſpania principatus Centum ſexaginta inter equites & Pontifices. Quid de conſpicuis regū palatiis, de multorū magnatū, & equitū magnificis & pulcherrimis ædibus? Quid de aliis innumeris, & publicis & priuatis ædificiis cōmemorem? Talibus itaq; rebus Hiſpania fœlix eſt, & à multis ſcriptoribus nō immerito celebratur. Cuius res memorabiles non ſolū legim⁹ apud multos autores, ſed etiam non ſine admiratione perſpeximus.

Plinius.

DE HISPANIAE METALLIS, ET ALIIS REBVS.

Lapis ſpecularis.

Solinus.

DE rebus Hiſpaniæ Plinius multa magnaq; loquutus hoc addidit. Metallis, plūbi, ferri, ęris, argenti, auri tota ferē Hiſpania ſcatet, Citerior & ſpecularibus lapidibus. Eſt autē lapis ſpecularis perlucidus, qui finditur in tenuiſſimas cruſtas, & ſpeculi ſimilitudinem habet. Qui inſpicientis imaginē refert, & varios colores. Hūc olim ſola Citerior Hiſpania Romam mittebat. Poſtea vero Sicilia, Cyprus, & Africa miſerūt. Sunt & marmorū lapidicinę vniuerſę Hiſpanię. Hęc Plinius. Solinus etiā inquit, reuerſum ad cōtinentē res Hiſpanienſes me vocāt. Terrarū cōparāda optimis ē Hiſpania, nulliq; poſt habēda frugū copia, ſiue ſoli vbere, ſiue vinearū prouentus reſpicere, ſiue arborarios velis, omni materia affluit, quęcūq; aut precio ambicioſa eſt, aut vſu neceſſaria. Argentū vel aurū, ſi requiras, habet. Ferrariis nunq; deficit, non cedit vitibus, vincit olea, nihil in ea ocioſum, nihil ſterile. Quicquid cuiuſcumq; modi negat meſſem, viget pabulis. Etiam quę arida ſunt ac ſterilia rudentū materiā nauticis ſubminiſtrat.

Strabo.

Non coquūtur ibi ſales, ſed effodiuntur. Depurgant in minīū nitelas pulueris, hoc eſt auri micas inter arenas repertas. Fucant vellera, vt ad ruborē merū deputent Cocci veneno, ideſt Coci ſucco colorant & tingunt. Strabo ſcribit Bethicā fuiſſe gentis ad modū dituitis. Quę a Carthaginēſibus olim fuerit inuenta præſepibus vtens argenteis.

Celius Rhodiginus.

Cœlius etiā Rhodiginus de rebus Hiſpaniæ ſcribens ait. Hiſpaniæ vero fœlicitatē inſigniter admiratū Poſſidoniū oratoria

Appianus.

quadā eloquentię vi ſeſe latius expādentē tradidiſſe ferūt, Hiſpanię ſubterranea non infernum ſed Pluton ipſum, ideſt opulentię Deū inhabitare, tāta eſt in eo terrarū tractu metallorum fœcunditas. Apianus prętera refert. Hiſpanię terra quoq; ferax frumenti, vini, olei, auri, argenti, gemmarū, ac metallorum omniū: homines inſuper bellicoſiſſimos gignit, equoſq; velociſſimos.

Varro, Equæ Zephiriæ.

Varro quoq; refert in Hiſpania nonnullas equas vento concipere. Quas a Zephiro vē

UVA. BHSC. IyR_186

to, qui flare ſolet ab occidente Zebras Hiſpani vocant. Quæ quidem ſilueſtres, campeſtreſq; ſunt, & indomitæ. Ego vero Varronē hoc ſcripſiſſe arbitror propter equorū Hiſpaniæ velocitatē. Qui non ſine cauſa ex vento cōcepti videtur, cū ſint velociſſimi. Cum preſertim ſcribat Iuſtinus hāc fabulā ex equorū fœcunditate & gregū multitudine, nimiāq; pernicitate ortā fuiſſe. Non ſunt præterea q̄ Strabo de rebus Hiſpaniæ ſcripſit omittenda. Cuius verba ſunt hæc. At Turdetania, agerq; coniunctus nulla in hoc genere virtutis rationē cōmendare volentibus abeſſe ſinit. Nā aurum, argentū, es, ferrū, nullibi terrarū, nec tantū, nec tā probatum generari hactenus cōpertum eſt. Aurum enim non ſolū ex metallis effoditur, verum etiā fluit. Flumina nanq;, torrenteſq; aureā deferunt arenā. Tot igitur, tantiſq; naturæ donis, ſoliq; bonitate fœlix, & orbis terrarū optima æſtimari poteſt Hiſpania. De cuius magnis diuitiis, vt ea, quæ Titꝰ Liuius, aliiq; cōplures autores tradiderūt, omittā, ea tamen, quæ de metallis Hiſpaniæ Diodorus Siculus cōmemorauit, ſilentio nō præteribo. Qui de Hiſpani ſoli fœlicitate, & rerū omnium copia, de inſtitutis moribus, & hominū cultu multa loquutꝰ, hæc addidit. Seqtur vt de argento, quod plurimū apud Iberos, optimūq; effoditur, quodq; multū vtilitatis incolis affert, ſcribamus. Dictū eſt à nobis in Herculis geſtis, Iberiæ montes, qui Pyrenei vocantur, & altitudine & magnitudine lōge alios excellere. Nā à mari quod ad meridiē iacet, vſq; ad Oceanum fermè ad Arctos ſitū Galliā ab Iberia diuidūt, per Celtiberiā quoq; protendūtur ſtadiis tribus milibus. In quibus cū ſint ſiluę frequentes, ferunt, priſcis tēporibus igne à paſtoribus iniecto mōtanas omnes regiones fuiſſe cōbuſtas. Qua ex re aiunt montes cognominatos Pyreneos. Ardente nanq; continuis diebus igne plures ex montibus argenti puri riuuli flāmarum vi effluxere. Quod incolis ignotū, Phœnices mercatores vili rerū permutatione emptū in Græciam, Aſiamq;, ac nationes cæteras deferentes magnas, ex eo cōmercio opes cōtraxerunt. Adeo autē mercatores queſtus excitauit cupiditas, vt cū onuſtis nauibus ſuperaret argētum amoto ab anchoris plūbo, argentū eius loco ſubderent. Hoc lucro Phœnices admodū opulēti facti plures colonias tum in Siciliam, propinquaſq; inſulas, tū in Libiā, Sardiniamq;, atq; Iberiā deſtinarunt. Multis autē poſt ſęculis cognito argento, Iberi quoq; metallis quęrendis operā dedere, magnaq; optimi argenti copia reperta, ingens ex ea vectigal prodiit. Cū es, aurū, argentūq; ſint metalla præcipua, qui in reperiendo ære, dant operā quartā eius quod effodiunt porcionē capiunt. Eorum vero, qui in argento effodiendo occupantur, quidā tribus diebus Euboicū percipiunt talentum. Terra enim omnis argento referta eſt, vt mirabilis ſit, & eius patrię natura, & operariorum continuus labor. Nam qui primū his metallis reperiendis incumbebant magnas contrahebant diuitias. In promptu enim eſt argentū terra abunde illud præſtante. Poſtea vero cum Romani Iberiā ſubegiſſent, Italici qui lucri cupiditate id ſibi opus ſumpſere, maxime ex eo ditati ſunt. Emptā enim ſeruorum copiā ad effodienda metalla deputant. Qui variis locis metallorū venas ſcrutati, ac alte, lateq; terra effoſſa plurimū auri, argētiq; eruūt, variis multorū ſtadiorum cuniculis ſub terram actis. Multo facilior, quæſtuoſiorq; hæc cura, q̄ metallorum, quæ apud Atticos reperiuntur. Ibi enim multas in fodiendo impenſas ſubeunt ſępius opinione fruſtrati, quū aut non inueniant quod quærant, aut inuentum ita paruī ſit, vt ſuperetur à ſumptu: apud Hiſpaniam vero, qui metallis incūbunt reperiendis ampliora ſpe percipiunt. Bonitate quippe ſoli glebas ſemper auro, argentoq; fertiles inueniūt. Vt pote omni terra metallis plena. In cuius etiam terræ laudē Iuſtinus hoc modo ſcripſit. Nō frumenti tantum copia magna eſt, verum etiam vini, mellis, oleiq;, neq; ferri ſolū materia præcipua, ſed & equorum pernices greges. Nec ſumma tantum terræ laudanda bona, verum & obſtruſorum metallorum fœlices diuitię. Sed de Hiſpanię metallis hactenus. Cæterum res Hiſpaniæ, quas hactenus memorauimus, non ſolum legimus apud autores, ſed etiam vidimus omnes præter aurum & argentum. Quæ quidem duo metalla præcipua, nunc Hiſpaniæ principes latere ſub terra permittunt, & ab Indiis maximis impenſis & laboribus atq; periculis afferri iubent.

Iuſtinus

Strabo.

Diodorus.

Vnde Pyrenei mōtes dicāt.

Iuſtinus.

UVA. BHSC. IyR_186

DE HISPANIAE FRVGIBVS ET VINO.

QVantum autem frugibus, cæteriſq; rebus abūdet Hiſpania ex p̄nominatis autoribus facile colligit̄, ideoq; in harū rerū narratione ero breuior. Habet itaq; Hiſpania tota maximos, ac fertiliſſimos cāpos, & planicies ampliſſimas. Quę cū ſereno cœlo ſubiaceat, & Fauonio vento ſaluberrimo leniter ventilet̄, in ea quidē non ſolis æſtus ardēs, nō frigꝰ horridū, ſed omni tēpore viget ſumma tēperies. vbi, teſte Iuſtino, magna cœli ſalubritas p̄ omnē Hiſpaniā, æqualiſq; aeris ſpiritus nulla paludū graui nebula inficit̄. Huc accedūt & aurę maris & aſſidui ventoꝝ flatus, q̄bus omnē p̄uinciā penetrantibꝰ euentilato terreſtri ſpiritu p̄cipua omnibus ſanitas reddit̄. Homerus omniū ſcientiaꝝ parēs, & Hiſpanię fertilitatis atq; ſalubritatis non ignarus in ea vitam hominibus diuturnam, victum facilem, & cāpos Elyſeos eſſe multis carminibus cecinit. Quorum pauca hæc exponere placuit.

Iuſtinus.

Homerus.

Nulla eſt Hiſpana tellus fœlicior, in qua
Vita uiris facilis longiſſima tempora durat.
Non hyemis uis multa, niuis non ingruit imber,
Stridula ſed ſemper Zephyrorum flamina mittit.
Ingens Oceanus, lenimina grata uirorum.
Semper ubi irrumpunt ſplendentia lumina ſolis.
Almæ telluri, noctem qui ducit opacam.
Inde recens radijs cum ſol perculſerit arua
Oceani lentas alti præfugerit undas:
Incidit Oceano lux fulgentiſſima ſolis
Nigrantem noctem, & madidantia ſydera ducens.

Hinc itaq; p̄ Hiſpaniā totā p̄uenit omniū rerū magna fertilitas, & omnis ager vſq; eo liberalis eſt, vt ex vno tritici modio, ſępe triginta colonis reſtituat, & nōnunq̄ quadraginta, in Bethica p̄ſertim, q̄ quidē frugibꝰ & cūctis rebꝰ eſt admodū fœlix. Cui ſi tēpore ſuo pluuia cōtingat Auſtralis, eſt multo fertilior. Omnis deniq; Hiſpaniæ tellꝰ à Gadibꝰ vſq; ad amnis Iberi fontē, q̄ vltra Burgēſem vrbē apud oppidulū, quod incolæ Fontible nomināt, orit̄: nō ſolū lætiſſimas fruges, ſed omniū quoq; rerū copiā p̄ducit immenſam. Hanc ego regionē, cuius lōgitudo ad mille & quingenta circiter milia paſſuum, & latitudo ferè totidem p̄tenditur, magnāq; Hiſpaniæ partē cōtinet, fertiliorem eſſe arbitror, q̄ reliquas, & ratione cœleſtis tractus, quē, vt ſupra diximus, Græci clima vocant, & Fauonii vēti ſalubritate, quē Græci Zephyrō nomināt. Qui q̄dem ſatis & arboribus vitā p̄ſtat. Huius em̄ vēti flatu prægnās Hiſpaniæ tellus nō ſolū fruges luxuriātes, ſed omne quoq; leguminū genus, & optima vina fœcūdiſſime p̄bet. Cæterū etſi vino tota ſatis abundat Hiſpania, pauca tamē, q̄ p̄cipua ſunt, & ab odore, colore, & guſtu maxime p̄bant̄, à locis vbi largiſſime legunt̄ nominabo. Legit̄ itaq; vini albi optimiq; maxima copia apud oppidū nomine Sancti Martini vallis eccleſiæ, & i oppido Matrigali, Itē in Guadalcana oppido Bethicæ p̄uinciæ, in quo etiā rubeū legit̄ q̄ optimū. Vinū p̄terea Tarraconēſe ab antiquis ſcriptoribꝰ fuit maxime cōmendatū. In Ribadauia apud Calecos, & i oppido Caparico Portugalliæ. In Ocania quoq; & Yepes bona legūtur. In qbꝰ et Lucanū in Bethica, ſi nō primū, ſecundū tamen obtinet locū. Sed inter candida vina, quod in oppido Oliuari legitur, nō eſt ſilentio dignū, ſed memorabile. Rubeū vero, quod in Hiſpania plurimū legitur, quod in oppido: quod Arenas appellant, funditur: cæteris multo melius habetur. Poſt hoc aūt in regione Toletana ferè tota maxima eſt vini copia, & p̄cipue in Scalona, Mantua Carpentana, quod oppidū Madrid appellant, in Xetapho, Pinto, Valdemoro, Caſaruuio, Turrilacona, ſed hoc copia magis q̄ bonitate laudabile. Quibus p̄terea vinum oppidi quod vulgo Santorquatiū dicit̄, minime cedit. Sunt & in aliis ciuitatibꝰ & oppidis, in Tauro ſcilicet, Cantalpino, & Cātalapetra vina quę magno habentur in precio. Salmanticēſe quoq; vinum eſt ſuauiſſimum, apud puteū p̄ſertim, quē Amarillū vocāt.

Ortꝰ amnis Iberi.

Quæ ſit Hiſpaniæ terra fertilior.

Hiſpaniæ uina præcipua.

UVA. BHSC. IyR_186

DE ARBORIBVS ET FRVCTIBVS.

ARboribus Hiſpania fructus ferētibus, & aliis plena eſt, & omnis generis fructibus abū dans. Quorū arbores nō ſolū labor hominū, & induſtria conſeruit, ſed ipſius etiā terræ bonitate natura producit. Nemus enim vidimus vnū, pręter alia multa, apud oppidū nomine Montis maioris, in quo quercus, caſtaneas, ilices, nuces, corilos, ceraſos, prunos, piros, ficus, labruſcas, & omne genus arborū fructificans ſola natura plātauit. Arbores altitudinis ingentis & amplitudinis. Nam iuxta oppidū Beteranū, vbi nemus eſt amœniſſimū, caſtaneę arboris ambitū mēſi ſumus pedū cerciter quadraginta. Fructus autē arborū numero plures, & forma grandiores habet Hiſpania. Pirorū multa ſunt genera, ſed quatuor pręcipue aliis omiſſis, quæ ſunt odore, guſtuq; ſuauiſſima, nominabo. Apianū, quod muſcatū vocant, & eſt omniū pirorū minimū. Vinoſum, Pintū, & aliud quod ſine regula dicitur in Hiſpania. Malorum quoq; gēera duo ſunt cæteris longe meliora. Quorū alterū Camuſiū, & alterum Regiū vocat Hiſpania. Sed inter meliores Hiſpaniæ fructus meo iudicio, pulchriꝰ eſt & excellentius illud, quod Hiſpani Melocotoniū vocāt. Propterea qđ fit ex malo Perſico & Cidonio, hoc eſt ex duracino & cotonio, quod Hiſpani mēbrillū vocant. Quid præterea dicā de multis oliuis Hiſpaniæ? Hiſpalenſibus præſertim, quæ magnitudine iuglandes excedunt? Quid de Cordubæ ficubus & oliuis etiā referā? Eſt Hiſpania quoq;, vt ſupra diximus nemoribus, vinetis, oliuetis, moretis, pinetis, ilicetis, & palmetis, ad modū diues. Cæterū palmas, citros, & citrios, quas narangios Hiſpani vocant, non multas vidimus in Hiſpania, niſi Cordubæ, Hiſpali, Valentiæ, Barcinonæ & apud Placentiam Citros dumtaxat, & Citrios. Sunt & in aliis locis Cantabriæ maritimis, Callęciæ, & Portugalliæ. Vidimus etiā Toleti citrios fructū ferētes. Eſt inſuper in Hiſpania frequēs, & altiſſima cupreſſus. Cuius materia ſuauiſſime redolet. Sed iā de fructibus, & arboribus Hiſpaniæ finē facia, cū pauca Straboniſ verba retulero. Qui de rebus Hiſpaniæ multa loquutꝰ, quāta, inquit, ex Hiſpania, ex Turdetania pręſertim exportādarū rerum copia ſit, maxime declarat nauigiorū magnitudo, & numerus. Ingentes enim onerariæ naues iſthinc Puteolos nauigant, & Oſtiā Romanorū nauale permeant. Quibus oleū non vbertate modo, ſed etiā bonitate præcipuū. Itidem vinum, magna vis tritici, cæra, pix, mel, grana, purpuræ, & minii plurimum euehunt, ac piſcium ſalſamenta. *Strabo.*

DE PECORIBVS HISPANIAE.

EſT Hiſpania pterea & pecoris oēs generis diues, gregibꝰ & armētis plena, adeo vt mugitu balatuq; nemora, ſiluæ, mōtes, prata, cāpi, ſaltus vbiq; reſonēt. Oues imprimis innumeras habet Hiſpania. Siqdē multos in Hiſpania paſtores nouimus, quorū vnuſquiſq; ouiū triginta milia poſſidebat. Quapropter lanas molliſſimas non Hiſpanię ſolum populis, ſed externis etiā gētibus oues abundātiſſime ſuggerūt equos quāoptimos alit Hiſpania, ſed Bethica plures, Luſitania velociores, Aſturia fortiores. Quos veteres Aſturcones appellabant. Leones autem camelos & elephantos non nouit Hiſpania, niſi cicures & aduectos aliunde. *Aſturcones equi.*

DE VENATIONIBVS ET AVCVPIIS.

VEnationes Hiſpaniæ neq; quadrupedum animalium, neq; volatiliū deſunt. Siquidē mōtes & ſiluæ, dāmas, ceruos, apros, vrſos & planicies cāpiq; lepores vbiq; gignūt. Cuniculorū vero, qui & lepuſculi vocantur, albi nigriq; & maculoſi reperiuntur, multitudo ingens adeo vt magnā nōnūq; vaſtitatē ſatis & plantis afferant. Aucupantur pręterea in Hiſpania pter alias aues, grues, anſares, anates ſylueſtres & fluuiales. Perdices & palumbas, quas torquatas appellāt, innumeras. Sed attagines pauciores & è Sicilia nup allatos. Aqlæ qq;, ciconię, ardeę, accipitres maiores atq; minores cęteręq; aues plurimę in Hiſpania nidificāt.

DE PISCIBVS HISPANIAE.

NVncaūt qm̄ ſatis i Hiſpania venati ſum?, i eadē qq; piſcari volum?. Primūq; rete iacem? in mare, & deide i amnes & riuulos, in qb? amœniſſime copioſſimeq; ſine dubio piſcabimur. Sūt em̄ i Hiſpania nō ſolū maria, ſed etiā riui flumina q; admodū piſculēta. Nā cū ſit

UVA. BHSC. IyR_186

Strabo. Turdetania, vt Strabo refert, copia mediterranea, æqualē quoq; maritimā ex pelagi bonis inuenies. O strea nāq; & cōchilia oīnia tū multitudine tū amplitudine omni ex parte exteri⁹ ma re supat, p̄cipue cū fluxus ac reflux⁹ hic augeant̄. Qui causa, vt par est, magnitudinis ac mul titudinis ꝓpter inundationes existunt. Eundē se habet ⁊ modū circa Cetaria gña & Balenas, quibus reflantibus nebulosæ cuiusdā colūnę visio lōge cernētibus offert̄. Quid Congri, qd Murenę, quāto nr̄is maiores capiunt̄? Quid alia cōplura hui⁹ generis edulia? In Carteia vero vidim⁹ Celitas, id est murices & purpuras librarū decē. In exterioribus aūt locis Murenā & Cōgrū minarū supra octoginta. Polipū talēti pōdo. Duoq; aūt sepias cubitorū & similia. Fre quēs aūt Thynnus magn⁹ & pinguis horsum impellit̄. Hæc & his plura de maritimis Hispa nię piscibus Strabo. Magna copia suis tēporib⁹ in Hispania est piscū quos Saualos Hispania vocat. Itē Salmonū & mustellaq; q̄ à petris, quas lābunt, Lāpetræ vocant̄. Legimus in Hispa
Polipi ma- nia Polipū olim captū fuisse tantæ magnitudinis, vt eius caput ostensum Lucullo quindecim
gnitudo. amphorarū capax fuerit. Crines quiduis vtroq; brachio cōprehēderint, caliculi instar peluiū vrnā æquauerint: Reliquiæ eius miraculo asseruatæ, septingenta pondo pepēderint. Cæteq; in Hispania pisces, qui ī mari Septētrionali & occiduo multo meliores habent̄, cꝫ qui Mediterra neo & Australi capiunt̄. Cuius rei causam esse arbitror mare frigidius, in quo pisces multipli cant̄ & maxime pingescunt. Quapropter q pisces apud Cātabros, Astures, Callecos & Por tugalēses ad Gades vsq; capiū̄t, sapore cęteros lōge p̄stāt. Sunt p̄terea in Hispania pisces ma
Mira piscis maiores, qui nō oua, sed animalia pariūt. Valētiæ siqdem piscē vidimus, quē piscatores è mari
forma. captū portauerāt, & torculari magno locauerāt aquę pleno, crassitudine & lōgitudine magnæ mulæ. Cuius caput, os, nares, oculi bouis esse videbant̄, p̄ter cornua quibus carebat. Māmas habebat muliebres, & manus māmillis appositas. Vuluā quoq; mulieris. Quā postero die vi dimus parientē piscīculū sibi p̄similem lōgitudine triū pedum, & crassitudine colli canis Gal lici. Quem die quarto post partū mater fame, vt opinor, coacta deuorauit. Quā rem ne quis cōmenticiā putet, vidit etiā mecū vnà Rex catholicus Ferdinādus: viderūt & alii cōplures eq tes. Abūdat Hispania duobus anni mēsibus optimis piscibus, qui Bisuçi nominant̄. Sunt & alii in Hispania pisces excelletes Meri scilicet, Solli & quos Aguias Paladares appellant. Multa nobis de marinis Hispaniæ piscibus occurrebāt, quæ cū Scōbris, q multitudine mare cōplēt Hispanū, ut pauca de fluuialibus dicamus, p̄termittimus. Sunt em̄ p Hispaniā ferè totā flumi na multa valdeq; piscosa. Capitur itaq; in multis Hispaniæ amnibus pisces aureis maculis insi
Turtur pisci- gnitus. Qui etsi notissimus est vbiq;, q̄ tamē nomine vocetur ambigit̄. Ego vero eū esse arbi
tror, quē Turturē Iuuenalis appellat, quo cariturū dicebat Vrsidium: Quandoquidē nomen hoc turturis multarū gētiū vulgari sermoni maxime cōuenit. Nā & Hispani Truchā, & Itali Siculiq; Troctā vocāt. Piscis est aūt nō modo iucūdissimi saporis, sed optimi q̄q; nutrimēti. Quos medici senibus & etiā ægrotis libentissime cōcedūt. Cuius in Hispania magna est mul titudo & magnitudo ingēs. His nāq; p̄larga captura nō diuites modo, sed etiā pauperes vescū tur vilius emptis. Qui et si in multis Hispaniæ fluminibus capiunt̄, illi tamē qui apud Legio nem fluminis Orbigonis, Benauentū, Burgos, Molinā, Nelā, Mansiliā, Barchū Abulæ, & in
Turturis ma- amne, cꝫuis paruo, cui nomē est Corpus hominis, multo meliores habent̄, cꝫ cæteri. Turturē
nitudo. captū vidimus in ripa Thormis apd̄ Salmāticā librarū. xx. Pariūt etiā plures amnes Hispaniæ mulos marinis assimiles, qui a'gemina barba, quā in labro habēt iferiori, barbones appellāt.

DE HISPANIAE SALINIS.

De Salinis Hispaniæ scripturus, de salis ipsius prius admirabili virtute pauca dicā. Qui bus apud homines non minoris fortasse æstimationis, cꝫ panis habebitur. Panis enim, carnes, pisces, & quodcunq; ciborum genus præter arborum fructus & herbas absq; sale co mesum non solum non cōcoquitur in stomacho, sed etiam putrescūt & homines necāt. Qui p̄fecto sine sale diutius viuere nequaquam possent. Est igitur sal res humanę vitę maxime ne cessaria. Quare nō immerito primus mensis apponitur. Qui & comedendi appetitus excitat

UVA. BHSC. IyR_186

sine quo gustui gratum nihil esset, & cibus omnis discũbentibus fastidiret. Non igit̃ sine cau sa veteres bonos mores & voluptates honestas dulcesq; sermones sales appellauerũt. Cæterũ in quanto honore sal fuerit, multa quidem antiquorũ monumẽta declarãt. Qui salẽ non cibis & mẽsis tantũ, sed etiam sacris adhibebant. Vnde ait Ouidius. Ante deos homini quod cõci- liare valeret, Far erat & puri lucida mica salis. Et Vergilius. Sparge molã sale. Sal etiã p̃ter vsum mẽsæ multis quoq; medicamẽtis adhibet̃, & languẽtia hominũ corpora mirifice iuuat. Quin etiã nõ viuas modo, sed mortuas etiã carnes conseruat. quem p̃terea si quis mane singulis die bus sub lingua dũ liquescat tenuerit, teste Plinio, sine dubio dentes à putredine & omni corru ptione seruabit intactos. Ex quo vsitatũ est vulgare ꝓuerbium: Nihil sale & sole humanis cor poribus vtilius. Nõ igit̃ ratione caret, quod ferunt Ancũ Martium regẽ populo Romano cõ giarii loco salem distribuere consueuisse. Cum Marcus etiã Varro sale veteres pro secundo ci bo & pulmentariis vsos affirmet. Apud nos autem sal est multo maioris excellentiæ. Quoniã nos per lauacrum baptismatis à morte perpetua liberat, nostro q; redemptori Christo cõiun git, & infusa sapientia mẽtibus nostris eodem nomine copulat. Salẽ itaq; prouida natura, hoc est Deus Optimus Maximus magnum donũ maximẽq; necessariũ mortalibus dedit, & per omnes ferẽ prouincias toti⁹ orbis terrarum & in multis Hispaniæ locis largissime distribuit. Sunt enim in Hispania multa salinarum genera. Nam sicuti scribit Solinus in Hispania sal nõ modo coquit̃, verũ etiã plurim⁹ effodit̃, hoc est & fit et gignitur. Fit em̃ in multis Hispaniæ locis ex aquis hausti⁹ e puteis, vt apud Seguntiam. Ex quo regibus magnum vectigal exigi tur. Gignitur autem in extremis maris littoribus cęteris candidior. Sunt & montes Hispa- niæ natiui salis vt apud Ribagorciam in quibus lapidicinarum modo sal cęditur, & arborum modo postea pullulat ac renascit̃. Apud oppidũ Antiquerã vallis est amœnissima, cuius lõgi- tudo est passuũ mille & quingẽtorum, & ex omni parte clausa mõtiũ iugis: quæ vallis hyeme pluuialibus aquis ipleť, & in formam magni lacus efficit̃. Cuius aquæ calore solis in salem cã didũ cõuertunt̃. In Atẽcæ valle salinæ sunt aquarũ. Sũt & in oppido Salinarũ salinæ memora biles, & aliæ in oppido, quod Salinas de Oro dicit̃, & apud Nouanos Nauarræ populos.

Ouidius. Vergilius. Plinius. Prouerbium Ancus Mar tius. Marcus Var ro. Solinus.

DE BALNEIS ET THERMIS.

INuenies in Hispania balnea thermasq; admodum salutiferas. Quę quoniã multa sunt de quibusdã breui sermone referemus. Primũq; de balneo quod experiri nobis contigit. Est itaq; balneũ in ripa Thormis amnis, quod ad hunc modũ se habet. A Salmãtica ciuitate passu um milia circiter octo mõs est, ex quo latitãs aqua per sulphureas venas deorsũ fluit, & pro pe flumẽ erũpit. Quę tãti caloris est, quantũ man⁹ & nuda corpora ferre possunt. Cui⁹ aquę virtutẽ cũ Maurus, vt ferũt, nomine Cepha expertus esset, eã clausit ædificio tectoq; lapideo cooperuit, quo & melius vim suam conseruaret, & infirmi curari cõmodi⁹ possent. Aedificiũ aũt quod aquã sistit, piscinę formã efficit. Ad quod aqua ꝓueniẽs vbi ꝓfluere nequit, inferi⁹ crescit ac surgit in altũ, & aucta gurgitẽ prębet. In quo homines ad pectus vsq; mergunt̃, & velut in pelago natãt. Qui vbi langueſcere incipiunt aquę calore ad viscera vitalia penetranti, statim egrediuntur, seq; linteis inuoluunt, & palliis laneis coopti sudãdo dormiendoq; pur gãt̃ omni morbo, & p̃cipue scabie. Huic aũt balneo Ledesma oppidũ, cui ꝓpinquũ est, no men dedit. Ad hũc etiã modũ balneum uidimus apud oppidũ Beiarã, nisi q⁹ hui⁹ aqua de ge lido ac fermẽ semp niuoso monte p̃ subterraneos meatus ad planiciẽ descẽdit, vbi vicus est lõ gus, qui ab ipsis balneis nomẽ accepit. Verũ hic vim duplicẽ natura demõstrat. Sũt enim bal nea duo diuersarũ aquarũ, quę nõ multũ inter se distãt. Quorũ alterũ calidioris, & alterũ fri gidioris est aquæ. Quarũ altera bibentes, altera vero lauãtes homines mirifice iuuat. Hinc p̃- terea nõ lõge abest lacus nõ vtilis min⁹ q̃ admirabilis. Qui & turtures, pisces subnigros, & excellẽtes gignit & futurã pluuiã turbinẽ q; magno aeris sonitu p̃nunciat. Adeo vt eius mur mur q̃si tauri mugit⁹ sępenumero ad duo de viginti milia passuũ fuerit auditum. Apud Calle cos ꝓpe Minii fluminis ripã & Orensẽ ciuitatẽ balnea multimoda & fõs orit̃ noie Burga in

Cepha. Lesdesma. Mira lacus natura.

UVA. BHSC. IyR_186

altū ſcaturiēs feruētior aqua ſub igne. Adeo vt in eo & oua coquant̃, & ſues immerſi facile depilentur. Sunt p̄terea balnea valde ſalutifera in multis Hiſpaniæ locis, vt Hiſpali, Cordubæ, Granatæ, Valētiæ, Alhamæ, cuius virtute Gallicus etiā morbus (vt aiūt) pellitur. Toleti fuerūt olim balnea quatuor infra muros ciuitatis valde ſalutifera, quæ nuper deſerta ſunt & neglecta. Propterea q̄ homines in eis lauari non audebant, neq; ingredi: quoniam lauabantur in illis puſtulis & Gallico morbo laborantes. Cæterū legi ego in quadam hiſtoria, regem quendam Caſtellæ Toleti balnea ꝓhibuiſſe diruiq; iuſſiſſe. Propterea q̄ multorum malorum cauſa erāt. Qua de re ſcripſimus alio loco. Sunt & alterius Alhamæ balnea apud Vobercam.

DE HISPANIAE FICTILIBVS.

CONficiūt̃ in Hiſpania quoq; fictilia varii gñris, & vaſa lutea vitrea q̄ pulcherrima. Quæ quidē etſi pluribus in Hiſpaniæ locis conſpicua fingūtur, ea tamen quæ Valentiæ, Murciæ, Sagunthi, Elboræ, quæ nūc Talauera dicit̃, & a me Talabrica vocata eſt in alio loco: Itē Malachæ, Toleti, Monteſę, Taurolii fiunt p̄cipua, ſunt & cæteris pulchriora. Vitria vero Barcinonæ, Cataphalſi, Caſpæ precioſa ſunt & perlucida fiunt, & in aliis multis Hiſpaniæ locis ſatis pulchra, quæ cauſa breuitatis omittimus.

DE HISPANIAE FONTIBVS.

HIſpaniæ fontes, qui fermē ſunt innumerabiles, ſilētio præteribim?: ſed ꝑpaucos, quos vidimus memorabiles, breui narratione referemus. Omnes enim ciuitates, oppida, pagi, rura, ſiluæ, montes, valles, domus deniq; quāplurimæ fontibus abundant. Siquidem apud Granatam vrbem, vt in bello Granatenſi ſcripſimus, in quinq; & viginti milia paſſuū ſex & triginta fontes oriuntur. Et in agro Xericii in regione Pacis Auguſtæ fontes ſcaturiunt quingenti ſupra mille. Quibus cum aliis omnibus omiſſis, de cuiuſdam in Luſitania ꝓuincia mirabili natura mentionem faciemus. In paruo itaq; Luſitaniæ oppido, quod vulgo Villam nouam vocant, diſtatq; a Caura ciuitate paſſuum milia circiter vndecim, fons oritur ab aliorum fontium natura longe diuerſus. Siquidem non ſolum oritur, ſed etiam occidit. Oritur autem kalendis Maiis, & ad kalendas vſq; Nouēbres aquas Villænouanis abunde diffundit. Poſtea vero occultatur latetq; hyeme tota, & ad ſtatutum tempus, hoc eſt ad kalendas Maias renaſcit̃ & accolas reuiſit. Quod quidem ſingulis annis fieri cōpertum eſt. Sunt & in multis Hiſpaniæ locis, in Callecia præſertim, fontes æſtate frigidiſſimi. Sunt & in aliis partibus fontes memorabiles. Quorum paucos, qui mihi nunc in mentem veniunt, recēſebo. ¶ Supra itaq; Burgenſem ciuitatem ad paſſuum milia circiter viginti verſus Orientem, pagus eſt, nomine Boetius, ſub altiſſima rupe poſitus. Ex qua fonticulus effluens in planiciem apud pagum prænominatum deſcendit, & duos in lacus ingreditur. Quibus tātam vim ſalubritatis & virtutis infundit, vt omnes fluxum ſanguinis patientes, cum hac aqua lauantur, ſtatim liberentur. In iugo autem montis, vnde fonticul? oritur, ædes eſt ſacra, Sanctæ Caſildæ dicata. De qua ſancta alio loco ſcribemus. Non minoris virtutis eſt fons egregius in Bethica prouincia iuxta oppidum Antiqueram. Nam ſi lotis fons Boetius ſanguinis ꝓfluuium ſiſtit, potis Antiquarius calculos diſſoluit. Ideoq; a petra, quam extrahit per vrinam, cognominatus eſt. Apud oppidum autem, quod Caçares vulgo dicitur, fontem vidimus vberrimum valdeq; conſpicuum, & alīū huic ſimillimū prope arcem, quā vulg? Salſas appellat. In Xatiua quoq; oppido nobili, quod eſt inter Oriolam & Valentiam, fontes conſpiciuntur Viterbii fontibus aſſimiles. Gaudet & oppidum Paſtrana fonte ſuo pulcherrimo. Hæc de fontibus hactenus.

Multi fontes apud Granatam.

Fōtes plures in agro Xericio.

Fons apud Cauram.

Fons Boetius

Fons apud Antiquerā ſaluberrimus.

DE HISPANIAE FLVMINIBVS.

AMnes in Hiſpania, prēter alios, centum quinquaginta numerauimus. De quibus non niſi quoſdam præcipuos & inſignes nominabimus. Et in primis Iberus nobis occurrit. Hic enim & fama celebris eſt, & vt Solinus, Strabo & Plini? ſcribūt, nauigabili cōmercio

Iberus amnis

UVA. BHSC. IyR_186

diues. Et Hiſpaniæ, vt ſupra demonſtrauimus, nomen dedit. Oritur autem apud Cantabros iuxta paruum oppidū, quod ſupra Fontibile nominauimus, & per multos Cantabriæ, Nauarræ, Aragoniæ & Laletaniæ populos ad Dertoſam vſq; ciuitatem quadringenta ſexaginta milia paſſuum fluens multis auctus fluminibus in Mediterraneū littus tam violenter ingredit, vt quinquaginta paſſus in mare profuſus dulcis hauriatur. Qui præter alios multos amnes è Cantabria defluentes, Baiam, Cadoram, Tironem, Naierillam, Fruegam, Letiam, Melerum, Egam, Argam, Aragones quoq; duos, qui Aragonię prouinciæ, vt alio loco diximus, nomē dedere. Et apud Cæſarauguſtā, Gallicum, Torium: & ab altera ripa Salonem, Congedū, Veronem, & vlterius lapſus Cingam, Sicorim, atq; alios ad ſe recipit. Cuius aqua vel ad bibendum vel ad lauandum perutilis in cadis ad regiones alias tranſfertur. Ea ſiquidem man⁹ albiores & facies molliores fiunt, & pota corpora ſaniora. Sed redeo ad Sicorim, vnde Sicanos et Sicaniam dici quidam voluere. Scribunt enim olim in Hiſpania citeriori populos, qui iuxta Sicorim erāt, ortis inter ſe diſſenſionibus, victos patriam deſerentes in Italiam migraſſe, & inde in Siciliam profectos. Quam cum homines iam defeſſi & quietem quærētes totam penè vacuam inueniſſent, animaduerſa terræ fertilitate, ibi cōſediſſe. Eſt igitur Sicoris nobis iure memorandus, quem Lucanus non immerito inter primos Hiſpaniæ amnes cōmemorauit. Nā & aureas defert arenas, & potus eſt valde ſalubris. Barcinona quoq; ex altera parte flumen habet Rubricatum à rubeis arenis nominatum. Ex altera vero aliud, quod incolæ Beſon vocāt. Ego vero Betholonem dicerem. Cingam quoq; etſi per plumbeas arenas defluit, maiorib⁹ tamen amnibus annumeratur. Apud Vaſcones autem Calibs oritur, cuius aqua ad ferri tēperamentum plurimum valet. Adeo vt Hiſpani non alia arma, niſi quæ temperata huius amnis aqua fuerint, approbent. A quo flumine, vt Iuſtinus ait, populi quoq; Calibes appellantur. Per Callecię populos Minius labitur, amnis quidem non famæ minoris. Qui ex Oluca ciuitate profluens, oppidum Portum marinum cognominatum duas in partes diuidens, Pōtem belſarium & Orenſem ciuitatē, multaq; Callecię oppida perlabitur. Cui non cedit alius amnis propinquus, quem Scylum Callecī vocant, memorabilis. In eadem regione naſcitur Aſtura amnis non parui nominis. A quo Aſtures populi denominantur. Limia præterea flumen eſt nō paruum, & Callecię propinquum. Quod cum Durio miſcetur, nomen amittit. Eodē modo Piſorga, Relança, Relançonius, Carriō & Duratoni⁹ amnes memorabiles. Quibus & aliis Durius auctus inter Hiſpaniæ primarios amnes & celebriores connumeratur. Qui oritur, vt Plinius & Strabo ſcribunt, apud Cantabros iuxta Numantiam: & Aſturiam à Vectonibus, & Luſitaniam à Gallecis diſterminans, & in occidentem profluēs Oceanum, Zamorę ciuitatis mœnia radens longo tractu ad mare diſcurrit, & apud vrbem Portugalliæ, quæ Port⁹ appellatur, ingreditur. Huic ſe Thormis immiſcet fluuius aquæ valde ſalubris, qua vtitur Salmātica, & à quo cognominatur Alua. Amnis quoq; iuxta Valentiam fluit, qui Turia dicebatur, & à Ptolomeo Turulus fuit appellatus. De quo ſic Claudian⁹ meminit: Floribus & roſeis formoſus Turia ripis. Cæterum Tagus, vt ait Plinius, ob aquas admodum ſalubres & arenas auriferas multis Hiſpaniæ fluminibus antefertur. Per quem materia multa vehitur. Qui à ſcriptoribus & poetis maxime celebrat. Vnde ait Iuuenalis: Tāti tibi nō ſit opaci omnis arena Tagi. Cuius ort⁹ eſt in altiſſimis Aragoniæ prouinciæ iugis apud vrbem Albarracinum, vel vt alii volunt oppidum Securium, quod etiam Frias appellant. Hic amnis multis in locis nauigio traiicitur, & vbi Toleti mœnia penè tota circuit, & oppidum Elboram, quod nunc Talabricam vocant, Alcantaram & alia pertranſiens longiori lapſu Lagonio nomē auferens apud vrbem Vlixbonam in occiduum cadit Oceanum. Lagonius vero priuſq; ſoluat Tago tributum Cauræ ciuitati cęteriſq; multis oppidis aquā ꝓpinat & cāpos irrigat. Oritur & in Amœnitano agro Anas, vt ſcribit Plini⁹. Qui etſi piſces p̄ter anguillas, q̄ ſūt optimę, inutiles gignit, fama tamē & natura eſt memorabilis. Quippe qui modo ſe fundit in ſtagna, modo in anguſtias reſorbet, ac totus in cuniculis latet. & quaſi naſci ſępi⁹ gaudet. Hic etiā, vt Strabo meminit,

Ortus amnis Iberi.
Amnes q̄ cadūt in Iberū.
Sicoris amnis
Flumen Rubricatum.
Betholo.
Cinga.
Calibs.
Iuſtinus.
Minius.
Scylus.
Aſtura.
Limia.
Durij amnis
Thormis.
Turia.
Claudianus.
Tagus.
Plinius.
Iuuenalis.
Lagonius.
Anas.

UVA. BHSC. IyR_186

non longe oritur ab ortu Tagi. Vnde in occasum fluit & apud Emeritam Augustam longissimo ponte lapideo transitur. Inde sese flectit in austrum. In eisdem fere locis oritur etiam Bethis eodem Strabone dicente. Qui etiam Sciren dicitur, Qui inter Anā, & Tagum magnitudinis est eiusdem. Et a sui primordio, sicut Anas in occasum vergens inde in astrum declinans per Cordubam & Hispalim Bethicæ prouinciæ vrbes insignes, in idem littus excurrit. Verū enim vero Bethis amnis nobilissimus est magnæq; vtilitatis. Quapropter a scriptoribus maxime celebratur. Quod quidem declarat in eo semper nauigiorum multitudo tāta, quāta vix in vllo portu maris inuenitur. Apud Hispalim præsertim. Quæ quidē res causa est, & magni cōmercii, & multarum diuitiarum. Cuius etiam aqua ad inficiendas lanas plurimū valet. Quā Martialis hoc modo cōmendauit. Bethis oliuifera crinem redimite corona, aurea qui nitidis vellera tingis aquis. A quo etiam, vt Strabo & Plinius asserunt, Bethica prouincia nomen accepit. Et Seneca quoq; refert, nomenq; terris qui dedit Bethis suis. Ingreditur autem Bethis mare plærūq; magno impetu. Sunt præterea iuxta Cordubā amnes duo non ignobiles. Quorum alter autore Bocatio Bacchus, alter Falsus nomen habet. Inferius autem, & in extremum Occidentem labitur Oceanus. Amnes in Hispania, vt supra dictum est, centum quinquaginta vidimus. In quibus pontes vltra septingētos numerauimus. Ex qbus duos insignes suspeximus/ & memorabiles / Segouiensem scilicet, qui potius arcus & aquæ ductus dici potest. Per quem aqua profluens ciuitatem ingreditur, & per omnes fere domos diuiditur, & in puteis æstiuo tempore frigidissima cōseruatur. Alter est Alcantaræ. Qui quidem sunt, & altitudine, & opere, & artificio mirabiles. At qui cum Hispaniæ fluuios omnes cōplecti & enumerare cum causis difficile sit, his veluti præcipuis ac notioribus traditis, Avocedalum, Aredam, Clerum, Esicium, Eueninium, Floxium, Isam, quem Herculi gratum fuisse ferunt, Florium, Lerium, Menobam, Milam, Nebim, Saliam, Sucrinem, Tagarem siue Tadarem, Ticram, Larnū, Suaronem, Arenam, Loçoiam, Xaramam, Lethem, Beouium, qui Galliam diuidit ab Hispania, Thicim, Rubricam, Taraxon, Sorabim, Tamarim, Henarem, Corpus hominis, Taiuniam, & complrues alios silentio transeo, ne nominandis fluminibus fastidio lectores afficiam. Et quoniam Darrum, Xenilem, & alios Granatę regni fluuios memorabiles in historia, quàm de bello Granatensi scripsimus, nominauimus, de fluminibus hactenus.

Bethis.
Seneca.
Martialis.
Bacchus.
Falsus.
Oceanus.

DE HISPANIAE MONTIBVS.

NVnc de montibus Hispaniæ scripturus, a Pyrenneo principium sumam. Hic enim & altitudine, & longitudine longe alios excellit, nam vt ante Diodori Siculi testimonio demonstrauimus, à mari, quod ad meridiem iacet, vsq; ad Oceanum fermè ad Arctos situm Galliam diuidens ab Iberia, per Celtiberiam quoq; stadiis tribus milibus protenditur. Qui, vt Pomponius scribit, in Britānicum procurrit Oceanum. Quantum autem sit metallis diues, & arborum fructibus cæteriscq; rebus fertilis, satis in principio diximus. Vnde autem Pyrēneus nomen acceperit Diodori Siculi autoritate planè demonstrauimus. In Tarraconensi autem prouincia iuxta Barcinonem ad maris Balearici littus mons est altior, quem nonnulli & vere fortasse montem Iouis esse opinantur. Ego vero Iudæorum potius appellarem. Propterea q illic olim Iudęi sepeliebantur. Quorū plures adhuc ex magno lapide tumuli signaq; cernuntur. Cum præsertim Barcinonenses hunc montem Montui, & Iudæos Iuios appellauerint. In vertice autem montis summoq; iugo turris est, vnde speculator diu linteo velo, quasi vexillo, & noctu facibus nauigiorum aduentum Barcinonæ ciubus ostendit. Mons autem consitus est vineis, & arboribus, & omni genere fructus abundantissimus. Deorsum apud Tarraconem Promontorium est teste Pomponio, quod Ferraria dicitur. A noua autem Carthagine milia passuum circiter quinquaginta Calpe mons est eminentissimus. Qui quāuis ambitu paruus est, altitudine tamen aereus. Ad vnius radices oppidum est eiusdem nominis. In Barcinonis quoq; regione montes alii conspiciuntur. Ex quibus vnus, qui mons Orius dicitur,

Pyrēneus. mons
Mōs apud Barcinonē.
Ferraria Promontoriū.
Calpe mōs.
Orius mōs.

UVA. BHSC. IyR_186

& proprio ſitu, & ædificio cuiuſdā caſtelli videt inexpugnabilis. Itē alius celeberrim⁹, qui Ser ratus appellatur, & ſi aſcenſu lapidoſus & aſper, Marię tamen virginis venerabili tē plo, de quo ſuo loco dicemus, à Chriſtianis continue frequentatus. Pomponius etiā ſcribit tria in Luſita= nia ꝓmontoria, vnum iuxta Anam flumen, quod quia lata ſede procurrens paulatim ſe ſuaq; latera faſtigiat & tollit in altū, Cuneus ager appellatur. Alterum ſacrum, Magnū vero alterū quod plurimum maris occupet. Verum id Plinius & Strabo Artabrum vocauere, q̄ magno cacumine in mare protenditur, & Hiſpaniam ad occiduum finiens, maria, terras, cœlum q̄ di ſterminare videtur. Quod Oliſiponenſe quoq; dicitur à maritima & opulenta ciuitate. Prope opidum nomine Sancti Ioannis Pedis portus, mōs eſt altiſſimus vndiq; fontibus vberrimus & ferro quod in eo plurimum optimumq; effoditur, valde diues. Cuius aſcenſus eſt paſſuum milia circiter vndecim. Refert Bocatius in vlteriori Hiſpania montē excelſum eſſe nomine Ca natum: in cuius vertice lacum ſummæ & inextricabilis ꝓfunditatis colore nigrum. De quo in colæ miranda cōmemorant, Dicūt enim ſi quis in eum lapidem vel durum aliquid iecerit, ma gnam protinus oriri tempeſtatē, in Oceanum Cęliticum promōtorium procurrit excelſum, quod ab altitudine Cæliticū dictum credunt. Erminius eminet in Luſitania. Gris vero citeri oris Hiſpaniæ mons aſſidue ferè maris vnda verberatur. Maſtoria Meduluſq; montes à Bo= catio produntur. Et in Gallecia mōs celebris, qui Sacer appellatur. De quo paulo poſt dicem⁹. Inter Luſitaniam, Bethicā, & Tarraconem ſurgit Solorius, Sulurius inſuper, qui vt Bocatius eſt autor, à ſingularitate nomen ſortitus eſt. Quoniam ſolus omnibus altior videatur, aut ſo= lis radius in eo appareat anteq; alibi oriatur. Ab vrbe Tiriaſſona mons non longe diſtat à Ca colatrone Vulcani filio, quē ab Hercule interemptum fuiſſe fabulantur, nominatus eſt & fa= ma notiſſimus. Apud Callecos mons eſt Sacer appellatus, vt ait Iuſtinus, quē ferro violari ne= fas erat. Sed ſi quando fulgure terra prociſſa eſſet, detectum aurum velut dei munus colligeba tur. In Luſitania prēterea mons celeberrimus à Salmantica quadraginta ferè milia paſſuū di ſtat, quem Rupem Gallicam vocitant. Qui ob ſacram & inſignem ædem Dei genitricis, ma gnumq; religionis cultum à plurimis aſſidue populis frequētatur: & ab his maxime, qui Sal manticæ literis incumbunt. Ii enim quotānis dies immunes & à lectionibus vacuos huc pro= ficiſcuntur. Cæterum de hoc tēplo atq; aliis Hiſpaniæ locis religioſis latius poſtea ſcribem⁹. In Mediterranea autē regione duos mōtes inſignes apparent. E quibus alter Idubeda a Can tabris originem ducens ad Mediterraneū littus protēditur. Alter Oroſpeda medio ex agro modo in occaſum, modo flectens in Auſtrum ſiluam prope Carthaginem & Malachæ regio nem attingit, ibiq; finitur. In medio autem citerioris & vlterioris Hiſpaniæ ſaltus eſt Caſtu= lonenſis altitudine longitudineq; memorabilis. Qui nunc vulgo Serramorena dicitur, & Ma riani montes latine vocantur. Apud Granatam Baſtani ſunt altiſſimi mōtes. De quibus in hi= ſtoria belli Granatenſis ſcripſimus. Sunt præterea & alii permulti Hiſpaniæ montes & in ma= ris littorib⁹, & in media regione atq; lateribus, prēſertim apud Aſtures & Callecos populos. Qui et ſi ſunt memorabiles, eos tamen quia nominibus carent, quę vt arbitror, longiſſimo æuo & ſcriptorum incuria à memoria receſſerunt, relinquimus. Item nemora ingentia, lu= cos frequentes, ſiluas amœnas, lacus magnos & piſculentos. Stagna immēſa atq; paludes cau= ſa breuitatis omittimus. Ne quis tamen montuoſam aut aſperam putet Hiſpaniam. Nam ma iores quidem planicies habet, Siquidem longiſſimas per Hiſpaniam vias confecimus, in qui= bus ne lapillum quidem inuenimus. Reſtabat nobis dicendum de ſparti, iunci, canabi, & lini copia. Nā Spartarios, iuncarios, linarios & canabinos habet Hiſpania cāpos. Hinc enim ſpar tum in Italiam Romamq; mittebant Hiſpani. Ex quo Romani Sportulas faciebant, vt inqt Iuſtinus. Et Strabo teſtis eſt propter ſparti copiam in Hiſpania ſpartarium campum fuiſſe nominatum, & à iunco plurimo Iūcarium. Linum vero plurimum optimumq; in Hiſpania legitur. Ex quo tenuiſſimę candiſſimæq; telæ conficiuntur. In quibus texēdis omni arte lini ficii mirabilis Hiſpanarū mulierū induſtria ſolertiaq; perſpicitur. Cæterū linificii palma Lu=

Serratus mōs

Tria promō toria.

Cuneus ager

Mons altiſſi= mus.

Bocatius.

Mōs Canat⁹

Miranda de lacu.

Cæliticum promōtoriū.

Mons Sacer.

Mons Caci.

Rupes Galli= ca.

Idubeda.

Oroſpeda.

Saltus Caſtu lonenſis.

UVA. BHSC. IyR_186

sitaniæ, & lanificii Carthaginensis prouinciæ mulieribus tribuitur. Sed de rebus quæ in Hispania vi terræ & hominum industria procreantur hactenus. Nunc autem, vt polliciti sumus, primum de Hispaniæ regionibus, de ciuitatibus & oppidis, deinde de primis Hispaniæ cultoribus, postremo de regibus, de viris illustribus in officio rei militaris & scientiæ, atq; de reb⁹ aliis memorabilibus conscribemus. Cæterum cum & longo æuo, & Barbaricæ gētis aduētu Hispaniæ ciuitatum & oppidorum nomina mutata sint & corrupta, si qua non satis latine nominauerimus, impetrata à lectoribus venia, quoad poterimus diligenter operam dabimus, vt à nominibus, quibus nunc oppida vulgariter appellantur, nō longe discedamus. Multa siquidem ad auriū iudicium formabimus, & quibusdam fortasse suum nomē antiquū restituem⁹, vt non omnia barbare, sed aliquid quoq; latine scripsisse videamur. Cæterum lectores obsecro, vt si qd in hoc opere desiderauerit, mihi clemēter ignoscāt. Qui qdē mirari nō debebūt, si homo nō Hispanus res oēs Hispaniæ memorabiles, q̄ sunt penè infinitę, nō cōprehēderit.

LIBER SECVNDVS

DE HISPANIAE DIVISIONE CIVITATIBVS ET OPPIDIS.

Pomponius Mella.

POMPONIVS Mella vir Hispanus & scriptor excellens, Hispaniam omnem diuisit in partes tris: Tarraconēsem, Bethicam, & Lusitaniam. Alii vero, quorum ego ordinem sequar, Callecīā addiderunt & Carthaginensem, quam nonnulli Carpentariā dixerunt. Appian⁹ Alexandrinus Tingitanam, quæ in Affrica est, Hispaniæ prouinciā esse voluit, propterea q̄ olim à Bethica iura petere consueuit. Ego vero hac sepositā, de quinq; reliquis, & à Bethica primum scribere incipiam. Illud vero hoc loco non omittendum putaui, vt quoniam duę sunt Hispaniæ: Citerior scilicet, & Vlterior, sciat lector inter vtramq; terminū esse Saltū Castulonensem, quem Marianū montem latine, & Serrā Morenā vulgo vocari supra dixim⁹.

Appianus.

DE BETHICAE PROVINCIAE DESCRIPTIONE.

BEthica prouincia, vt supra dictum est, à Bethi flumine, eam mediam secāte (teste Plinio) nomen accepit. A Turdulis etiam siue Turdis populis Turditania dicitur, & à Vādalis, vt quidam volunt, Vandalia seu Vandalusia nuncupatur. Incipiens autem Bethica à Gadibus & Herculis columnis ad Saltum Castulonēsem, & à Meridie maris littora longissimo tractu circuens penè ad Carthaginem nouam protenditur. Ex alia vero parte flumine Ana à Lusitania diuiditur. Cuius longitudinem quadringentorum sexaginta quinq;, latitudinem q̄ ducentorum quinquaginta & septem milia passuum Marcus Agrippa prodidit. Nunc autem quoniam de Hispalis & Cordubæ rebus in Historia, quam de regibus Catholicis scripsim⁹, debitam mentionem fecimus, & quia in belli Granatæ descriptione centum regni Granatensis oppida, quæ Bethicæ prouincię ferè sunt omnia, nominauimus, reliqua nūc eiusdem prouinciæ oppida breuiter prosequemur. Initium itaq; est Bethicæ prouinciæ Gaditana ciuitas, quæ Calix nunc appellatur, portu maris & Herculis columnis temploq; memorata. Vbi quondā, vt Plinius & Marcus Tullius scripserunt, Argantonius annos octoginta regnauit, & centū vixit & viginti. Sunt & alia ante Gades oppida maritima. In quib⁹ oppidum est nomine Palus, Capicium, Nebrissa, Chipion, Xericium, quod ego Mundam esse opinor. Item Sanlucar Barrametum connumerantur, & Rota, Chyclana, Conil, Barbatum, Algecira, Zibaltar in maris littoribus apparent. Post autem Zibaltar Cartheia est Cartheios à Græcis appellata, Plinio Stra

Bethicæ longitudo.

Argantoni⁹.

Cartheia.

UVA. BHSC. IyR_186

bonéq; dicentibus. Item Bellon, quod nunc Tarifa dicitur, hic est & promontorium Iunonis. Sunt & alia multa oppida quorum nomina me latent. Præter Calpe, quod vidimus sub alto monte situm, & Abilæ, quod in Affrica est, oppositum. Nebrissa vero Venerea cognominatur, quam ego à Libero patre dictam fuisse arbitror. Quod nomẽ ipsum videt ostendere. Nebris enim hinnuli, hoc est ceruini pulli significat pellem: qua Bacchi sacerdotes induti sacrificare solebant. In agro autem Turditãnorum & in ripa Bethis Hispalis est vrbs admodũ celebris, De qua, vt supra dixim⁹, plenius alibi scripsimus. Vbi quondã Calpophor⁹ presbyter & Abũdius sub Maximiano crudelissimo tyrãno martyriũ passi fuerũt. Hispalis exaduerso, vt scribit Plinius, Osset oppidum habet, olim Iulia Constãtia cognominatũ, & nũc vet⁹ Hispalis appellatur. Inferius autẽ Horta est optimo vino memorata. Sũt & ĩ hac regione oppida multa & memorabilia. Guadalcanalitũ, Constantina, Alaniz. Caçallia, Mãçanilia, Asnalcaçar, Veas, Luque Vbeda, quę quidem oppida sunt omnia magnis rebus & multis ac p̃cipue frugibus et optimo vino memorata. Ex alia vero parte, Carmona. Vtrera, Molares, Coronil, Alcala Guadaira, Spera, Arcus, & Methymna Sidonia cognominata reb⁹ oĩbus ad hominũ vitã necessariis abundantissima. Ornant & hanc prouinciam plures etiam ciuitates & insignes populi diuites & campis frugiferis memorabiles. Et præcipue Astigi, quã ego eã esse reor, quã incolæ nunc Eciam vocãt, vbi fuit olim, teste Plinio, conuentus iuridicus. Et oppidum Ategua, quod nunc Marchenam vocant. Item Mairena. In Bethis autem ripa Corduba est vrbs insignis & antiquissima Marcelli opus, teste Strabone, & Colonia patricia, dicente Plinio. De cuius rebus memorabilibus alio loco scripsimus. Sunt & hui⁹ regionis multæ magnæq; vrbes oppidaq; nobilissima. Ex quibus nobis occurrunt Vahenenses, quorum patria Iulia regia dici potest ex antiqua inscriptione in eo loco reperta. Item Caprenses, qui Gabienses dicebantur, Montillani, Aquilarenses, Rabulenses, Mons maior, Castrum amnis, Porenenses, Arquitani, Andugiarenses, Vbedenses, sed Vbeda eam esse opinor, quæ in Cæsaris cõmentariis Vlla dicitur. Hic est & Baecia ciuitas nobilis, Alcalenses, qui regii cognominantur. Item sunt Antiquarii in alto loco positi, & fonte aquæ salutiferæ, quæ calculos, vt alio loco diximus, dissoluit, nominati. Sunt & Archidonenses, Cañetenses, & Oliuarenses, Osunates, Stepenses, Fons Queionensis, Acceani, Lorani, & oppidum Palma non solum nomine clarum, sed etiã pulcherrimis mulieribus nobilissimum. Sunt & Feriani, Benalcaçareses. In fine autem Bethicæ prouinciæ Castulo est, quæ fuit olim magna ciuitas. Vnde, teste Liuio, fuit vxor Hannibalis nomine Helce. Cæterum Castulonis hodie quota pars supereſt, quæ vulgo Caſlona dicit. In Lusitaniæ confinibus & apud Anæ fluminis ripam Pacensis ciuitas colitur, quæ Pax augusta dicitur. A qua Xericium alterum oppidum cognominatur: in cuius agro fontium maximus numerus, vt alio loco scripsimus, oritur. Cęterum mihi nunc in mentem venit ciuitas nõ obliuione quidem, sed memoratu digna, & inter Bethicas vrbes primarias merito reponẽda, quæ Mentesa dicitur, & ab incolis nunc Iaen appellatur. De qua Maurus quidam mihi consultus, & non indoctus Iaenem gazam & rerum copeam significare respondit. Cuius sentẽtia mihi probabilis videtur & uera. Est enim ciuitas nobilissima & Christi sudario, quam Veronicam vocant, celeberrima. Sita est sub alto colle cincto muris & propugnaculis. Quæ fontes habet amœnos & fertilissimos campos hortis & fructibus abundantissimos.

Nebrissa. Calpophor⁹ & Abundi⁹ martyres Hispaniæ. Vbeda. Garmona. Astigi. Ategua. Corduba. Iulia regia. Gabienses. Vlla. Baecia. Palma. Castulo. Helce uxor Hãnibalis. Paxaugusta. Mentesa.

DE LVSITANIA PROVINCIA.

LVsitania, quam Plinius à Lusu Liberi patris & Lysa Panéq; præfectis eius nomen accepisse scribit, ab Occidentali freto Orientem versus apud Iberum amnem & Hispaniæ fere medio Tarraconesi prouinciæ coniungitur. Alii vero Lusitaniam dictam volunt à Luso, qui fuit vnus de primis Hispaniæ regibus, vt postea demõstrabimus. Est autem Lusitania ea pars Hispaniæ, quæ tribus fluminibus, Tago, Durio & Ana continetur. In cuius ferè medio sita est Toletana ciuitas in vmbilico totius Hispaniæ. Magna quippe est Lusitaniæ prouincia.

UVA. BHSC. IyR_186

quę à Bethica flumīe Ana, & à Callecia Durio diuisa ī lōgitudinē ad passuū milia circit quin gēta, & latitudinē. ccc. &. l. ptendit. In qua mlti sunt & nobilissimi ppli. De qb⁹ aliquos insignes & nobiliores Hispano sermone magis q̄ Latino, q̄m fieri aliter nō pōt, nominabim⁹.

Vlixbona ciuitas.

Et q̄ntā Lusitanię puinciæ Portugaliæ regnū caput est, inde scribere incipiem⁹. Vbi ciuitas est insignis & memorabilis. Quam quidam regiam nominarunt, & ab aliis Vlixbona dicitur. Quam etiam Strabo vocauit Vlixeam. Quæ quidem vnà cum Mineruæ templo Vlixis indicabat errores, & illuc exercitum delatum. Est autem Vlixbona ciuitas maxima & opulentissima, atq; vna ex vrbibus toti⁹ Hispaniæ primarijs, & portu maris & Tagi fluminis ostio diues. Sita est in ædito loco, & tres habet colles. Quæ, teste Plinio, Salacia quoq; fuit appellata & Iulia fœlicitas Romanorum q̄ colonia. In ostio autem Durii, qui vt supra diximus, inter Lusitaniam fluit & Galleciam, ciuitas est celebris nomine Portus. Quæ, si non fallor, à Gallis in Hispaniam nauigantibus hoc nomen assumpsit, & Gallorum portus appellatur. Sunt & Ebora, & Cohimbrica ciuitates, quæ nomen antiquum retinent. Sunt & aliæ duæ ciuitates Braga scilicet & Lamegus. In maris autem littoribus sunt Matusinenses Valēcia cognomine Minia Villa comitis, Auerones, Cezimbrani. A quibus remoti sunt Pons Lunæ, Guimaranenses, Lamarantini, Trancosones, Chauenses, oppidum magnum nomine Sanctarena, Braganciani Villa regalis, Valdixani, Frexo cognomine Spadacincta, Tomarenses, Eboramontani, Telbenses, Almedani, Mōfortenses, Pinelenses, Muxagatani, Penedones, Teutugalenses, Turris vetus, Abrantenses, Cetubalenses, Taulenses. Oppidū Pharum, Castrum marinum, Ossonoba qui nunc Siluēsis dicitur. Quam non longe abesse arbitror à Sacro promontorio, quod nunc Sanctum Vincentium vocant. Oppidum Visoncium, quod nunc Viseum dicitur. Siluensis diœcesis populus est nobilis nomine Portus marinus. In quo Ioannes summus Pōtifex consensu Portugaliæ regis ordinem nouum equitibus, qui Christo militarēt, instituit aduersus Mauros per vlteriorem Hispaniam discurrentes. Cuius militiæ prefectus maior est Abbas Alcobasiani monasterii Cistercienſis ordinis Vlixbonensis diœcesis. Qui & conscribendi & exautorandi militem facultatem habet. Sunt præterea Portugaliæ regni populi memorabiles Arrotolēses, Portillini, oppidum Stremuciū, Borba, Villa Delicios̄a, Mons Arius, & Iuris mœnia, quod oppidum vulgus hodie Geromeña vocat. Campus maior, oppidum nomine Mons Fortis & Oretondum. Sunt & alia oppida Portugaliæ regni, quorum nomina mihi non occurrunt, ideoq; transim⁹ ad alia. Relicto itaq; Portugaliæ regno, quod vt supra diximus, est prouincię Lusitaniæ principiū, Alcantara est in ripa Tagi oppidū Pōte conspicuo nominatū. Ad dexterā est Emerita Augusta vetustissima ac nobilissima quondā in margine Anę, quę fuit, vt alio loco diximus, Romanorū colonia, & p̄ter alios honores & res in ea memorabiles arcu lapideo & ponte longissimo celebris, & antiquis ædificiis memorabilis. Hinc ad milia passuum fere triginta distat oppidū nobile Tagū versus, quod hactenus Castrū Cæsaris appellandū censui, vulgarē sequutus opinionē. Nunc aūt Casam Cereris dicendum arbitror. Propterea q̄ in eo Cereris imago nuper inuenta est spicarum manipulum manu tenens. Est autem oppidum magnum & cuiusdam fontis, de quo ante scripsimus, vbertate conspicuum. A quo non longe distat aliud oppidum, quod Trosilum vocant, & ego Turrem Iuliam dicerem. In hac regione Montangi Castellum cernitur excelsum. Quod oppidum magnū fuit olim, & magna Calabria dicebatur, Metellinum aliaq; multa habuit municipia. Paulo autem superius oppidum est nomine Guadalupus, quod luporum flumen à nonnullis interpretatur, in quo est venerabile templum Dei genitrici dicatum, & multis magnisq; miraculis nominatum. De quibus alio loco dicemus. Est & oppidum nomine Deletosum, cum Bilbitanis & Almarensibus. Inter Tagi vero accolas, quos supra memorauimus, sunt Boracenses, Arrototani, q Porcitani cognominant. Sūt & Labrocēses albo vino diuites. Inferius Valētini sunt de Alcātara vulgo cognominati. Quib⁹ ppinqui sunt Alburq̄rquitani & pōs ab Archiep̄o cognominat⁹. Itē Oropesani, Talabrici, q Elborēses q̄q; dicunt, & oppidum Sancta Olalia,

Portus ciuitas.

Ebora Cohībricaciuitates

Braga Lamegus ciuitates

Alcantara.

Emerita Augusta.

Casa Cereris

Turris Iulia Montangi.

Guadalupus

Oropesa.

Talabrica.

UVA. BHSC. IyR_186

Maquetani, Scalonenſes atq; alii populi plures Orientem verſus, de quib⁹ poſtea ſcribemus. Nūc em̄ ad alias huius puinciæ vrbes & oppida memorabilia, q̄ ſunt inter Tagū & Anā, veniem⁹. Eſt itaq; in Lagonii fluminis ripa Caura ciuitas. Quæ ex vno latere Ciuitatenſes, & ex altero Galiſtēſes habet. Quibus Placēcia pulcherrima ciuitas, magno eſt ornamēto. Cuius citria cæteriq; arborū fructus, paniſq; candidiſſimus ſemp abundat. Habet autem Placencia oppida amœniſſima. In quibus eſt Xarahicium nemorib⁹ & arborum fructibus placidiſſimū. Item Paſaronem in conualle iacens velut altare in teſtudine templi, ficub⁹, citriis & aliis arborum fructibus abundātiſſimum. Eſt & oppidum Capera Romanorū ædificiū, & balneis, de quibus ſupra ſcripſimus, valde notum. A quo non multum diſtat Mōs maior in ripa fluminis, quod Corpus hominis appellatur. De cuius fructibus & aliis rebus alio loco ſcripſimus. Huic propinquum eſt oppidum Beiara, quod olim Culmenarium dicebatur, eſt autem multarum rerum fertilitate fœliciſſimum. Sunt & in hac regione populi multi nō ignobiles. In quibus pōs Cōguſtus, Ceſpetoſani, qb⁹ proximi ſunt Bonillenſes, qui Serrani cognominātur. Item oppidum Petrafi&a & vici duo nobiles. Quorum alter Villa Liberalis, & alter Villa Torus appellatur. A quibus intercapedine prope paſſuum viginti milium diſtat Abila ciuitas memorabilis turribus & propugnaculis tuta, diuiq; Vincentii martyrio fœlix, & multarū rerum copia ſemper abundans. Thormis habet oppoſitos Barcenſes, Saluaterranos, Aluanos Thorminitanos cognominatos. Quorum caput eſt & domina Salmantica clariſſima ciuitas omnium virtutum diſciplinarumq; genitrix, equitibus & literatis alumnis illuſtris. In qua eſt omniū rerum ſumma fertilitas. Hinc omnes ferè Hiſpaniæ vrbes & populi tanq; à domina leges, inſtitutiones & iura petunt. Hinc ad curiam regiam conſiliarii, iurecōſulti, theologi, medici, & cuiuſcunq; ſcientiæ doctores & magiſtri proficiſcuntur, ex collegio p̄ſertim, quod Iacobus Añaius Hiſpalenſis Archiepiſcop⁹ cōdidit & cenſu magno dotauit. Et nō minus poſt hac ciuitas hæc illuſtrabitur alio collegio, quod nūc Alphonſus Fonſecus archiepiſcopus Toletanus ędificat. Pro quo excolendo magna & cura & diligentia q̄ri iubet homines in omni genere literarum doctiſſimos. Ad hoc præterea literarum gymnaſium & omnium virtutum emporium quamplurimi no nHiſpani ſolum, ſed aliarum quoq; nationum literis operam daturi conueniunt. Qui ciuitatem per ſe nobilem atq; diuitem, multo clariorem & opulentiorem faciunt. In qua quidem noſtris temporibus eorum qui literis operam dabant, milia ſeptē recenſita fuere. Multa pr̄eterea de rebus huius nobiliſſimæ ciuitatis mihi ſeſe offerebant, quæ prætermitto, quoniam ſunt à me in alio opere memorata. Cui finitimi ſunt Ledeſmani balneis noti, & Villoriani cāpis fertilibus & aquis abūdantes. Poſthæc ſunt Arcualenſes, Olimetani raphanis & aliis rebus hortenſib⁹ nominati. Fons Tiberii: & Matrigalēſes albo vino diuites, aliiq; populi non ignobiles. In quibus eſt Methymna cognomento Campus. Hæc etſi ſæpius incendium paſſa eſt, ſoli tamen vbertate nundinis & mercatorum cōmerciis ditiſſima ſemper eſt, & honorificis priuilegiis à tributis & vectigalibus immunis. In qua neq; rex habet officium, neq; pontifex ſacerdotium. Quæ quidem res mali potius q̄ boni cauſa eſt. Propterea q⁹ in cōferendis ſacerdotiis & magiſtratibus incolæ plærūq; crudeliſſime digladiant̄. Quare meo quidem iudicio Methymnæ cultores ſapientiſſime ſanctiſſimeq; ſibi ſuiſq; poſteris conſulerent, ſi ſuis regibus officiorum conferendorum, & Romanis Pontificibus beneficiorum ſuum ius & facultatem renunciarent hac conditione, vt officia & beneficia ſuæ patriæ non niſi propriis Methymnæ naturalibus & magis idoneis ac pmerentibus conferri poſſent. Sic enim & equites militiæ munus libentius atq; diligentius exercerent laboreſq; tolerarēt, & ſacerdotes honeſtius viuentes vigilantius literis & diuinis officiis incumberēt. Atq; etiā vtriq; Deo optimo Maximo, ſuiſq; principibus ſeruiētes multorum malorū cauſas euitarent. Quod quidem ſi vel noſtro, vel ſuo proprio conſilio fecerint, eos profecto non pœnitebit. Immunitates autem Methymnæ & honores, quos in expugnatione Rondæ promeruit, in eius honorificentiſſimis priuilegiis continentur. Cuius panis & vinum inter meliora totius Hiſpaniæ ele

Caura ciuitas.

Placentia ciuitas.

Capera.

Mons maior

Beiara.

Abila ciuitas

Alua Thorminitana.

Salmātica ciuitas.

Iacob⁹ Agnaius.

Alphonſus Fonſecus.

Arcualo.

Olimetum.

Methymna Campi.

UVA. BHSC. IyR_186

menta non immerito cõmendamus. Hinc Orientẽ versus sunt Collarenses pinetis & fontib⁹ abundantes. Sunt & Pontidonia, Tutela Durio cincta penè tota. Supra sunt Oliuarenses albo vino & lapide speculari croco q̃ diuites ab amne Durio passibus circiter mille remoti. Quib⁹ proximi sunt Portillani, & oppidum Traspinetum. Supra quos oppidum est nomine Peña fidelis arce alta pulchraq̃ conspicuũ. Item Curellani suo q̃q̃ castello defensi. Sunt apud amnem Durium Aranditani ab eodem Durio cognominati Roani nõ ignobiles, & oppidum nomine Sancti Stephani cognomento Gormaçium in alto loco positum, & inferius Osomensis ciuitas cũ suo Burgo. Quam Plinius, ni fallor, Vxumam vocat, & vir quidam doctissimus, vt à discipulis eius accepimus, Os ouium nominauit. A Durio quoq̃ non longe distant Soriani, quos quidam Numantinos esse opinantur. Quæ magnos habet ac fertilissimos campos, vbi multas esse sacras ædes accepimus. In hac quoq̃ regione Sepulueda sita est fide nobilis à Catholicis principibus honorifico priuilegio & immunitate donata. Sita est autem in excelso loco rupibus asperis & fluminibus circundata. Hic est & pagus maximus nomine Spinarius, omnium pagorum totius Hispaniæ nobilissim⁹. Et cũ eo alii duo velut eius suburbani, quorum alter Villa Castina, & alter Reacia nomẽ habet. Ab alio autẽ latere Petracia est, quæ Serrana cognominatur, & vt quidam volunt, Traiani Cæsaris patria. Hinc ad passuum milia septẽ situm est Toroganum, Camera Segouiensis episcopi cum arce munitum, & nemore multæ venationis amœnum. Quod oppidũ fuit olim multo maio⁹, habet enim propè se ædificia multa diruta & solo æquata. Quapropter existimatur expugnatum fuisse. Versus autem Orientẽ sunt Aguillonenses fertilitate diuites, & Tẽsę populus in ædito loco positus, non minus abũdans, & castello fortissimo defensus. Horum autem & aliorũ populo⁹ Segouia mater est nobilissima ciuitas, Hispanorum regum simulachris illustris & ędificiis pontęq̃ summa arte constructo memorabilis. In qua quidem ciuitate plures sunt equites, nobiles, mercatores, diuites, & venerabiles sacerdotes. Est præterea ciuitas lanificio diues. Sunt in ea multę sanctorũ ædes, & deuotissima monasteria. Sita est ciuitas in alto loco, & vndiq̃ turribus & validissimis ædificiis munita. Abundat multis rebus ad vsum vitæ necessariis, quę de multis partibus in eã deferuntur. Neq̃ minus abundat aquis per pontem & aquæductus aduectis, & in quamlibet domum profusis. In cuius regione oppidũ est nomine Sancta Maria niuis. Item Iscar & Cocca populi diuites & optimo pane cęteris q̃q̃ rebus notissimi. Isdem bonis abundat oppidũ, quod vulgo Martin Muñoz hospiciorum dicit, & Molatum. Hic est & oppidũ Guadarrama sub monte positũ, quod Tabulatam vocant, quæ caseis paruulis abundat. Nunc autem descendere oportet ad oppida, quę sunt in regione Toletana memoratu dignissima. Quę sunt hęc scilicet vt ab inferioribus incipiamus. Ciuitas Regalis vbertate soli fœlix, Almagrum, quod magnæ vrbis similitudinem refert Malagonium, Hieuanes, Orgacium, Aiofrinum, raphanis & herbis hortensibus abundans, Cueruini napis memorati. A quib⁹ parum distant Galuini, Illescani, & Castellum Aquilę in altissimo loco positum, Cretaceo agro ditissimum. Qui populi cũ aliis q̃q̃ plurimis Toletanæ ciuitati parent, & res omnes necessarias subministrant. Quib⁹ amplissima ciuitas opulentissima est. De qua nunc scripturi sumus longiori narratione. Sunt enim in hac ciuitate multa memorabilia. Quapropter vt alio loco diximus, sita est Toletana ciuitas in medio Lusitanię prouincię, & in vmbilico ferè totius Hispaniæ in alto atq̃ aspero loco ambulatuq̃ difficili propter ascensus atq̃ descensus. Cuius maiorem partem Tagus amnis circuit, & belli tempore ab incursionibus hostium defendit. Reliqua vero pars, quę ad Arcticũ polum spectat, muris validissimis, & centum quinquaginta turribus tuta est valdeq̃ munita. Cęterum quoniam de rebus Toletanæ ciuitatis memorabilibus multi multa scripserũt, ego pauca breuiter attingam. Est itaq̃ Toletum multor ũ iudicio hui⁹ prouincię, q̃ cæteras Hispanię regiones vbertate soli cœliq̃ serenitate præstat, caput & reliquis Hispaniæ vrbib⁹ primariis decori & ornamento maximo. In ea siquidem magnus est equitum numerus, & illustrium virorum splendor maximus, ciuiumq̃ frequens & maxima multitudo. Est ciuitas hęc non equi

tibus

Peña fidelis.

Arãda Durij

Osomensis ciuitas.

Soria.

Sepulueda.

Spinarius.

Petracia Serrana.

Segouia ciuitas.

Toletum.

Turrium numerus.

UVA. BHSC. IyR_186

tibus modo nobilis & viris primariis illustris, verum etiam sacerdotibus venerabilis & disciplinis liberalibus exculta artibusq; mechanicis & officiis adornata, mercatorūq; cōmertiis ad modum diues, & præsertim lanificio & serico. Quibus duobus officiis lanæ scilicet & Serici viuunt in hac vrbe hominum milia fere decem. Est prēterea Toletana ciuitas ad modum diues multis & magnis mercatorum cōmerciis. Quæ hinc ad omnes fere populos Hispanię deferuntur. Quę res causa est vt hæc ciuitas rebus omnibus abundet, quas afferūt multi, qui veniunt, vt res alias venales ad alios populos deferāt. Hac itaq; rerū cōmutatione continuoq; cōmercio res Toleti sæpe vilius vēdunt̄ q̄ in locis vnde vehūtur. Est aūt ciuitas diuisa in regiones tres & vigiti. Quas nobilitat & illustrat amplissimū & pulcherrimū tēplum. Quod meo iudicio sacras omnes ædes & forma conspicua & magnificis ædificiis sacerdotūq; ministeriis & ditissimis ornamentis antecedit. In quo tēplo fenestræ speculares cōplures & imagines pulcherrimę variis coloribus admirabiles & antiquas historias referentes conspiciunt̄. Vbi per lucida specula septingenta quinquaginta numerauimus. Est præterea templum non solum magnū, pulchrum, splendidum, sed etiā opulentū. In cui⁹ sacellis, quę capellę vocātur, & sunt numero plures, altaria sunt ornatissima. Est opere p̄ciū & res admirabilis videre singulis diebus & p̄cipue festis hui⁹ eccl'ę sacerdotes supplicātes, nūc aureis, nūc argēteis, modo sericis, aliquādo purpureis, & nonnūq; gemmatis ornamētis & p̄cioſissimis indutos, rē diuinā celebrātes, & horas canonicas concinentes. Huius eccleſię antistes in Hispania secūdus est à rege, non dignitate solum & autoritate, verū etiam populis, vectigalibus & potentia. Sub cui⁹ imperio, prēter alios minores populos, oppida nobilissima ac memorabilia septēdecim gubernantur, quæ nominatim recensuimus. Ex qbus magnus eccleſiæ Toletanæ redditus exigitur. Cuius summa est, vt acepimus, anno quolibet ducētorum millium ducatorum. Sunt in hoc Sanctissimo templo portę numero sex, tres ad occidentem, duæ ad meridiē, & vna ad septemtrionem. Quæ sunt omnes grandes & pulchræ laminis æreis adornatæ, multisq; sanctorū simulachris & imaginibus, & antiquis historiis conspicuæ. Sunt & pulpita duo pulcherrima atq; ditissima. Est & altare, in quo diuus Illephonsus celebrauit acceptis ornamentis ad sacrificādū necessariis, à Virgine Dei genitrice. Sed quid prēterea dicā de Sacrario & de magnis diuitiis & sanctorum reliquiis, quæ in eo sunt admirabiles? Quid de sacellis & altaribus huius tēpli, quæ capellæ vocantur, adornatissimis? De ea præsertim, quam Cabildū vocant, aureo tecto & omnium pontificum, qui hactenus huius eccleſiæ fuerunt, imaginibus ornatissima. Distribuūtur in hac eccleſia multæ pauperibus eleemosinæ singulis diebus, & octo minæ cocti panis hominibus probis & inopia laborantibus. qui mendicare erubescunt. Antistes prēterea triginta pauperibus quotidie largitur elementa. Qui magnas etiam confert eleemosinas viduatis pauperibus, & orphanis virginibus maritandis cæteriſq; multis hominibus necessitate coactis. Sunt in hac ciuitate monasteria multa monachorū, monialiū, & beatarū intra muros & extra, omnia ordinis obseruantiæ. Numerauimus in hac vrbe fora venalia septemdecim. In quibus omnium rerum copia semper abundat. Sunt & hoſpitalia duo, quorum alterum redditus habet ducatorū milia qnq;, qbus infirmi curātur, & infantes expositi alūtur, q̄rū quidē semper magnus est numerus. Alterum vero cuius redditus est prope duo milia ducatorum, in quo curantur homines qui pustulis & Gallico morbo laborāt. Est & aliud memorabile, vbi degunt & aluntur homines sensu carentes. Inquo præterea duodecim senes & vita probi, qui labores ferre & victum quærere nequeunt, aluntur. Atq; alia quæ causa breuitatis omittimus. Vicos autem propter domorum frequentiam dēsitatemq; plures habet angustos. Qui propter ascensum ac descensum sunt ambulatu difficiles. Cæterū domus magnę sunt & intus pulchriores ac commodiores, quam foris & extra videtur. Quarum milia fere quatuor quadratis impluuiis vtuntur, & plæręq; puteis. Sed venio nunc ad alia, quæ sunt extra vrbem & memoratu digna. Facit enim Toletum fœlix & opulentum Tagus amnis diues & amœnus. Qui Toletanis pisces optimos propinat, hortos irrigat, materiā multā è nemoribus longe distātibus

Toleti tēplū magnū, pulchrum & opulentum.

Speculorum numerus.

Toletanæ sedis antistes secūdus á rege.

Ecclesiæ Toletanæ redditus.

Ecclesiæ portæ.

Diuus Illephonsus.

Eleemosinæq; distribuūtur in ecclesia Toletana.

Fora venalia

Domus hospitales.

Multæ Toletanæ domus impluuiis utūtur & puteis

Tagus amnis diues & amœnus.

UVA. BHSC. IyR_186

euehit. Cuius aqua, q̄ per aureas arenas deferē, est valde salubris, & Toletanos hortos irrigans causa est, vt fructibus & herbis hortēsibus tota ciuitas abūdet. Vtraq; siquidem ripa fluminis Orientē versus hortis & arboribus ad passuū milia ferè quinq; fertilissima est, & ad Occidentem tantūdē. Ad meridiē vero & Septētrionē p̄ter vineas multas, sunt etiā amygdalorū & aliarum arborū quasi nemora iucūdissima. Seruiūt Toletanæ ciuitati tanq; dominę multis & variis rebus oppida multa, pagorūq; maximus numerus. Qui quidē ciuitatē diutē facitūt & rebus omnibus abundantē. Alia p̄terea multa de rebus Toletanę ciuitatis memoratu digna mihi veniebant in mentem, quæ causa breuitatis omitto. Cæterum de conditore Toleti affirmare certi nihil possum. Tametsi non desunt, qui ab Hercule conditum fuisse fabulant. Quorū sententia, quoniam sine teste loquuntur, mihi certe non satisfacit. Cum præsertim librum legerim antiquissimum, sed sine principio & sine nomine eius qui scripserat, ī quo mihi multa vera esse videbantur, vbi Toletum à Ptolomeo & Bruto cōditum fuisse scriptum erat. Sed à quo Ptolomeo & à quo Bruto non declarauit. Est aūt Toletū ædificiū antiquum. De quo Plinius & alii scriptores meminerunt. Vbi fuit olim magnum theatrum extra muros ad partem Septētrionalem. Quod etiam nunc etsi dirutum & quasi complanatum est, eius tamen vestigia formaq; cernuntur. Quod opus Romani magis q̄ aliæ gentes vllæ facere consueuerunt. Post Toletum autem Orientem versus oppida sunt & populi memorabiles. Hiepes albo vino diues, Ocania chirotecis memorata. Sunt & Lilienses, Laurētii Balbi ingenio & eruditione memorabiles. Inter Illescanos & Cōplutenses duos nobilissimos populos velut in triangulo positum est oppidum magnum & relatione dignum. Quod alii Madritum, alii Maioritum, alii Mantuam Carpentanam vocant, & Madrid vulgus appellat. Est autem in optimo loco & sub claro cœlo situm, & non modo populosum et cultoribus plenum, sed etiam multis equitibus nobile, Regumq; domicilium frequens: propterea q̄ multis & magnis rebus abundat, et ędibus magnę familiæ capacibus. Hic est et saluberrimus aer, vbi Carolus Imperator diebus paucis commoratus morbo quartanę, quo diutius laborauerat, liberatus est. Habet hoc oppidū terminos ampliſſimos, et fertiliſſimos cāpos, quos Matricios lumbos appellant. Qui qdem sunt frugibus et vino cęteriſq; rebus abundantiſſimi. Sunt et silicum lapidicinæ, qui veluti ingentia saxa cernuntur in ędificiis. Quapropter hoc oppidū Hispanus poeta Ioannes Mena vir doctus et ingeniosus igne cinctum esse suis elegātissimis carminibus cecinit. Quod et si ciuitas non est, ciuitatis tamen instar habet. In quo sacræ sunt ædes numero viginti, præter alias quæ sunt extra muros. In cuius circuitu turres numerauimus octo et viginti supra centū. Est præterea fœliciſſimum Sancti Damasi Sūmi Pontificis meritis. Qui Maioritanū fuisse perhibetur à multis. Habet etiā nūc alumnum virū sanctiſſimū nomine Isidorum, qui fuit agricola vir sanctiſſimus, pro cuius meritis et operibus Deus multa miracula ī vita eius, et post mortem bonis hominibus ostendit, quę nos in magno volumine legimus. In huius oppidi confinibus vndiq; populi sunt optimi vini et aliarū rerum copia ditiſſimi. Sunt enim Morani gladiis et forcipibus nominati. Qui nuper incēdiū miserabile passi fuerūt. In quo duo milia ferè hominū in ecclesia, quo confugerant, cōbusti fuere. A quibus Oreia non multū distat ædificium vetustiſſimū. Almonazilium, Mascaracēses, Boroxenses copia salis abundantes, Valde morani, Pintū, Xetafum. Itē oppidū nomine Sācti Martini cognomēto Vega, & Turrigitū cognomēto Velascū, quod ego Turrē Iuliā vocare soleo. Vidimus hic & Pugnō Rostrū arcetutum, Chinchonenses, Baraienses, & Sanctorquaciū, quę quidem oppida sunt vini copia & suauitate fœlicia, sed Sanctorquatiū meo gustu reliquis vino rubeo multo fœlicius. A Maioritо aūt ad passuū milia circiter viginti Cōplutū est in loco plano positū apud amnē, quē Henarem vocāt, oppidū rex omniū qbus humanus vsus indiget, copia fertiliſſimū. Quod nuper Frācisc⁹ Ximenī⁹ Hispaniæ Cardinalis magnis operibus & līarum gymnasiis nobilitauit. Et nūc à disciplinar; pfessorib⁹ doctiſſimis studioseq; iuuētutis ingeniis & cōcionib⁹ indies magis excolit. Ideoq; in huius oppidi laudatione sum breuior. Illud tamē vnū nō omittā, quod

Ptolomeus & Brutus Toleti conditores.

Maioritum.

Aedes sacræ uiginti.

Turrium numerus.

Sanctus Damasus.

S. Isidorus.

Incēdiū Moræ miserabile

Cōplutum.

UVA. BHSC. IyR_186

multi referunt, & ipse cognoui. Quod hic populus adeo suis prouentibus & omnibus rebus abūdat, vt nullis aliūde bonis indigeat. Est autem supra Cōplutum Guadalaiara ciuitas. Cuius nomen multi lapidū flumen significare dicūt. Quæ ciuitas multis rebus abundat, & est dū cum magnificis ædibus illustris, & Mendoçiæ domus frequentissima sedes. Habet aūt Com plutū à latere Septētrionali Thalamācam, q̄ menſę formā refert, & est muris vndiq; cincta, cre brisq; turribus. A qua nō lōge distat Turris Lacuna inter plures vineas & fertiles campos ex posita. Cui ꝓpinquū est Vzeda, & paulo superius oppidū Buitragū syluis & dēsis nemoribꝰ, in quibus Hispaniæ principes venari solēt, memoratū. Sunt etiā in regione Cōplutēsi oppida multa nō ignobilia. In qbus Pastrana colit̄ insigni fonte nominata. Enzina piris regiis & grā dioribus diues. Itē Briuega ī alto loco posita, castello fortis, aquis abūdans & omnibus rebꝰ amœnissima. Oppidū Ficta isdē bonis & cōmodis gaudens, & Zuritanū castellū, quod Tagꝰ abluit, & à canibus, ꝓ qbus magnū vectigal exigit̄, cognominatur. Hic est Almoguera nobi lium domus. Quæ nō agricolas admittit, neq; pastores. Oppidum Bermingi malis Sidoniis abūdans. Sunt & Tindillani, Mōdegiq; ꝓpinqui è nūdinis & feriis diuites. Itē Plicēses, & alia multa oppida, quæ lōga nomēclatura defatigatus ꝑtermitto. Lusitania nāq; ꝓuincia, vt supra diximus, magna est, & Orientē versus vsq; ad Tagi, Durii, & Anæ fontes ꝓtenditur. In qua est Seguncia nobilissima ciuitas venerabili tēplo, castello & duobus collegiis memorabilis, & multis rebus abūdans. Quā nōnulli Sagunthū esse falso putauerūt. Nā quæ sit Sagunthus po stea docebimus. Hinc apparet Methymna Cœli ī loco, vnde nomē accepit, eminētissimo sita. Tres in hac regione populi mihi nūc in mentē venere, qui ꝑtermittendi nō sunt. Almacianus in ripa Durii fluminis positus, Mōs Acutus cāpis fertilibus abūdās, & Cocullutus insigni do mo memorabilis. Sunt & Moronēses, Gomarani, Stronēses, Agreditani, Aquilarēses, & Cer ueria balneis salutiferis memorata, quo causa valetudinis ex Cornago, Alpharo, Prexano, Ian gua nō lōge distantibus populis homines cōplures lauatū sæpe proficiscunt̄. His aūt Lusita niæ ꝓuinciæ populis cōmemoratis, ad Callecia transibimus, vbi multas ciuitates & oppida & res memorabiles visuri sumus atq; scripturi, quanta breuitate poterimus. In cuius prouinciæ descriptione nonnihil erit, quod vt opinor, lectores iuuare poterit.

Guadalaiara

Briuega.

Almoguera.

Seguncia.

Methymna Cœli.

LIBER TERTIVS

DE CALLECIA PROVINCIA ET EIVS VRBIBVS ET OPPIDIS.

CALLECIA, quā alii Gallecia, & alii Gallacia vocant, ꝓuincia est ingens, & à Græcis, si Iustino credimus, fuit habitata. Propterea q; post Troiani belli finē Teucrū morte Aiacis fratris inuisum patri Te lamonio, cū nō recipet̄ ī regnū, Cyprū cōcessisse, atq; ibi vrbē nomi ne antiquę patriæ Salaminā cōdidisse. Inde vero accepta opinione pa ternæ mortis, patriā repetisse. Sed cū ab Eurisaco Aiacis filio accessu phiberet̄, Hispaniç littoribus appulsum, loca, vbi nūc est Carthago noua, occupasse, atq; inde in Calleciam transisse, positisq; gentibus & prouincię nomē dedisse, ibiq; duas vrbes cōdidisse. Quarū alterā eam esse arbitror, quā nūc Calleci Noiā vocāt, & antiquissimā esse dicūt. Alterā vero Noelā. De qbus vrbibus Plinius eti am meminit. Sed redeo ad ꝓuinciæ descriptionē. Quæ habet à Meridie Lusitaniā, cui conter mina est. A qua, vt ante demōstrauimus, Durio flumine diuidit̄, & ab Occidente ad Septētrio nem & Oceanū ptinet, ad Orientē q̄q; solē p Astures, Cātabros, & Vascones Gallię Aquita niæ coniungit̄. Est aūt prouincia cū æris & plumbi copia diues, tū vero Minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit, auroq; ditissima, adeo vt aratro frequenter glebas aureas excin

Iustinus.

UVA. BHSC. IyR_186

dant. Cæterum quoniam prouincia hæc præter alias regiones multos etiã Legionis & Caſtellæ regni populos continet, de ſingulis harũ regionum partibus ſigillatim conſcribemus. Et primum regionis ipſius, quam nũc Galleciam dicimus, ciuitates & oppida nominatim recenſebimus. Incipit itaq; prouincia, quæ Callecia dicitur, ab occidentali freto & Durii fluminis
Iria Flauia. oſtio. Et iuxta Nerium promontoriũ Iria flauia eſt, quę nũc Sancta Maria finis terræ dicitur. Sunt & in maris littoribus Corunia portu celebris. Patroniũ pregrinantibus notiſſimũ. Ferrolani, Betancium, Muxia, Ares, Corcouionũ, Villanoua darocia. Item Cambados, Redõdela, Bigones, Ribadeani, Nauiani, Luarchani, Pons vetus, Ceani, à quib⁹, Murani remoti ſunt Noiani, Riaiones, Ocarricenſes, Ogouenſes, Caniani, Baionenſes. Sunt & ciuitates, quarũ Me
Cõpoſtella. trapolis eſt Compoſtella, quæ nunc à Sancto Iacobo nominatur, eiuſdem Sancti miſteriis & omnium Chriſtianorum votis frequentata. Ad quam ſe conferunt magni principes atq; reges totius Chriſtianitatis magna munera ferentes, Sed de huius Sancti miraculis & rebus ci-
Orenſis. uitatis memorabilibus alio loco ſcribemus. Huiꝰ prouincię eſt Orenſis ciuitas nobilis, & no-
Oluca. ta balneis ſalutiferis. Et Oluca vetus cognominata ciuitas antiquiſſima, quæ fuit olim maxima, & murorũ amplitudine memorabilis. Item Villamaior, & Tuitana ciuitas & altera Mon
Tuitana ciuitas. dañetana nomine nobilis vtraq; & memorabilis. Sunt & Ribadauienſes optimo vino albo diuites, Cherogani, Mons fortis à Lemo cognominati, Chantadani, Pons Belſarius, quo tranſitur Minius. Caldelani, Mons regius in alto loco poſitus, Villanoua, quæ dicitur infantium,
Mondanetana. Allaricenſes, Sarriani, Portus Marinus, quẽ Minius duas in partes diuidit. Millitum, Arzuani, Oterones regii, Caſtrũ regium, Caſtrum viride, Caſtellũ altęmirę, Villa franca campis frugiferis & aquis amœna. Cacauelones, Põferratani, Mons Sacer, in quo caſtellum eſt altiſſimũ, & iuxta Minii ortum pagus eſt magnus, quem Calleci Fomiñanam vocant. Continet autem Callecia prouincia, vt ſupra diximus, alias regiones, Aſturias ſcilicet & alias, quas encartaciones vocant. Itẽ Vizcaiam & Guipuzcuã. Quę quidem & ſi ſub vno fere nomine Vaſconũ cõtinentur, tamen ſeparatim de ſingulis & vna quaq; conſcribemus. Aſturiarum itaq; primum ciuitates & oppida, quę memoratu digna ſunt, nominabimus. At qui ſcire neceſſe eſt Aſturias
Aſturiæ duæ. eſſe duas. Quarum altera dicitur Ouetenſis, & ad Callecos pertinet, altera uero ad Cantabros & Sanctillanẽſes, à quibus nomẽ accepit. Verum enim vero de populis harũ regionum deſcribendis ero breuior. Vereor enim in his explicandis abundare nominibus, ne propter nominum inconſonantiã iniocũda vel potius moleſta reddatur ipſa deſcriptio. Apud Aſtures itaq;
Ouetenſis. Brigentium beca eſt nobiliſſima ciuitas, quæ nũc Ouetenſis appellatur. In qua mauris olim per Hiſpaniã diſcurrentibus multa Chriſtianorum bona tẽplorumq; ornamenta & ſacrę res ad ſeruatæ fuere. Quibus & cruce, de qua ſcripſimus alio loco, merito gloriatur. Sed de rebus huius ciuitatis memorabilibus & religionis miraculis ſcribem⁹ alias. Huius autẽ regionis populos, Plinius, Strabo, Polibius, aliiq; ſcriptores alios Vaceos, alios Carpentanos, alios Vectones, alios aliis nominibus appellarunt. In quibus ſunt Auilenſes, Ripaſillani, Gigionẽſes, Villa delicioſa, Planenſes, Tangedani, Rupes Europæ, Prauiani, Gradetani, aliaq; multa memoratu haud facilia. Ideoq; tranſimus ad alia, quę ſunt Vaſconiæ regionis, quam nunc Vizcaiã vo-
Bilbao. cant.. In quibus ſunt Bilbaonenſes portu maris illuſtres. Sunt & alia oppida maritima Berameum, Portugaletũ, Lequetium, Durangũ, Vrdunia ciuitas nobilis ſub altiſſimo monte po-
Vrdunia. ſita. Helorriũ, Arratia, Zondaroa. Supra eſt prouincia maior Aquitaniæ Galliæ prouinciæ cõtermina, quam Lepuzcuam vocant. In qua ſunt Vergarenſes, apud quos Ondarcia domus eſt primaria. Mondragones, Ognates, oppidũ Segura, Villa franca, Toloſani, Hernaniũ. In maris littoribus Sant Sebaſtiani, Guetarienſes, Cumaiani, Motricones, Deuani, Paſagẽſes, Fons Rabia, Gallis obſtaculum & pernicies, Sanctanderiani, Lauretani, qui populi ſunt omnes belicoſiſſimę gẽtis & omniũ rerũcopia præcipueq; piſcibus abundantes. A maris aũt littoribus
Victoria. remota eſt Victoria ciuitas nobilis & totius Alabę prouinciæ caput. Apud quam ſunt oppidula multa quorum eſt vnum Lãda patria Ochoæ catholicorum regum theſaurarii, Vbi Itẽ

UVA. BHSC. IyR_186

Ondarriani, Elgoiuarenſes, Platea Vergaria, Delgueta Vergaria, Azcotiani, Azpētiani, Heiuarenſes, Salinæ Legnicis, Villa regia, Ceſtonates, Zarauzani, Villa bona. Reuertemur nūc ad alios Galleciæ prouinciæ populos. Qui etſi ſunt eiuſdem prouincię, non tamē Calleci, ſed Caſtellani dicuntur. Incolunt itaq; Durium amnem, prēter alios populos, qui ſunt ad occiduum Portugaliam verſus, Siſapona ciuitas nobilis & antiquiſſima. Quæ nunc Zamorenſis appellatur. Quę frugiferis campis & amne Durio fertiliſſima eſt, & ſanctorum reliquiis fœlix. In eadem ripa Durii Taurus eſt ciuitas in alto loco plano'q; ſita. Quam nōnulli à Gothis conditā fuiſſe fabulantur, & Cāpum Gothorum vocant. Quos ego quoniam ſine teſte loquuntur, non ſecus falli puto, q̄ eos qui Zamoram Numātiam eſſe dixerunt. Nā quę fuerit & vbi Numātia, paulo poſt oſtendemus. Eſt autem Taurus ciuitas, vt ad eā redeamus, rubeo vino nomi nata, frugibus & arborum fructibus abundans. Cuius mulieres ſtaturam corporum Romana rum mulierum vultumq; referunt. Habet prēter alios Durius appoſitos Tordeſillanos. Quorum patriam, quæ memorabilis eſt, ego Turrem Syllanam nominarem. Sūt autem Tordeſyllani campis frugiferis diuites, & regia domo magnifica. Villalarenſes, qui finitimis ſoli fertilitatem non inuident. A quibus nō multum diſtant Septimācini, fortes in armis & fide nobiles, albo'q; vino cæteriſq; rebus neceſſariis abundantes. Quibus propinquum eſt oppidum omnium quæ ſunt in Hiſpania maximum ac nobiliſſimum, quod Hiſpani Valladolid appellant, & multi viri non indocti Pinciam nominant. Huic oppido quas vrbes & ciuitates anteponam non inuenio. Eſt enim in optimo loco ſitum in Piſuergæ fluminis amœniſſima ripa, liberalibus diſciplinis & mechanicis artibus excultum. Aedificiis, ſacris ædibus, cœnobiis, & duobus collegiis ornatiſſimum. Mercatorum cōmerciis & omnium rerum copia ditiſſimū. Vicis, plateis, muris, portis illuſtre. Campis, fluminibus, hortis, fontibus amœniſſimum. In quo prēter alias res memorabiles, forum eſt venale ampliſſimum & pulcherrimum. In cuius ambitū, qui paſſus ſeptingentos amplectitur, tricentas & triginta ianuas, & feneſtrarū tria milia numerauimus, & omnia vidimus officia. Huic foro coniunctus eſt vicus cōſpicuus, qui ab argentariis opificibus Argētarius dicitur. Quapropter etſi ciuitas nō eſt hoc oppidum, multis tamen ciuitatibus etiam primariis nō immerito præfertur. A regibus Hiſpaniæ prēſertim, qui hoc oppidum quaſi domicilium placidiſſimum frequentant. In quo omnes ferè Hiſpanię magnates ædificant & libentiſſime commorantur. Hinc Orientem verſus Cabeçoniana ſublimis arx aſpicitur ſupra fluminis eiuſdem ripam. Vnde non longe diſtat oppidum Donia, ſoli fertilitate diues, & Catholicorum Regum coniugio memorata. Item Palentia nobiliſſima ciuitas in amnis Carrionis margine ſita, vbi quondam literarum gymnaſium fuiſſe memorant, quod poſtea Salmanticam tranſlatum fuit. Sunt autem in Palentina diœceſi ſacerdotia gentilicia, quæ Iuriſpatronatus appellant, quadringenta. Hanc ego ciuitatem eam eſſe conjecto, quā Plinius, Pomponius, & Strabo Pallantiam vocant, & à rege Palatoo conditā fuiſſe plures opinantur. Eſt autem ciuitas campis frugiferis & omnium rerum copia fertiliſſima. In eadem regione Turris Cremata colitur & Palenciola, Turris Mormogia, Turris altera cognomēto Lobatonia. Quę qdē oēs frugib⁹ cęteriſq; rebus abundāt. Sūt in eadē regione Villalonēſes feriis diuites & Cōca, Villalpandū, Maioricani, Valderēſes, Sagaunti, Bezerrilenſes, Manſillani, Barcialēſes & Oppidū nobiliſſimū Benauentū omniū rerū copia ditiſſimū, aquis abūdās, & pulcherrimis ædibus, quas Rhodoric⁹ Pimētellus comes magnanim⁹ ædificauit, illuſtre. Sūt et Caſtrū Mucii, Frumeſtani et Carrionēſes, q̄ comites cognomināt, Amuſcani, Villa viridis & Aſturica ciuitas nobilis, q̄ nūc Aſtorga dicit. Sūt Herreriēſes, Aquilarēſes, qb⁹ cognomēto eſt Cāp⁹. Melgarēſes, q̄ Ferramētales denominant. Balmaſedani, Paretani Nauēſis dicti, Aqlarēſes alii, Methymna Roſeca cognominata, q̄ olim rex copia ſemp vberrima, nūdinarūq; cōmerciis & feriis admodū diues. Cui ppinqui ſunt Valdenebritani, q̄rū pr̄ia fuit oli multo maior, & omniū rex copia fœlix. A qbus nō multū diſtant Villabraxima, Turris ſumi, & Petracia cognomēti cāpus, Petri à Platea viri docti meiq; diſcipuli patria fœliciſſima. Itē Villa Gar

Siſapona.

Taurus.

Turris Syllana.

Pincia.

In platea ianuarū numerus & feneſtrarum.

Donia.

Palentia.

Benauentum

Aſturica.

Methymna Roſeca.

UVA. BHSC. IyR_186

cię Vronia olim diutius à Mauris obsessa & acriter oppugnata, non expugnata tamē, sed inuicta pmansit. Est & oppidū Villa Iacobi nominatū. Quib⁹ qdem magno est ornamēto legio Germanica eius pvinciæ regni caput. Quæ nūc Legionensis ciuitas appellat. Est aūt nobilissima ciuitas & tēplo pulcherrimo memorabilis, & multis vrbib⁹ ecclesiæ suæ mirabili ædificio merito p̄ferenda. Nā & si tēplū, quod ætate nostra ciuitas Hispalensis ædificat, alia omnia magnitudine p̄stat, si Toletanū cunctis aliis diuitiis ornamētis & specularibus fenestris est illustrius, si denicę Cōpostellanum fortioribus ędificiis & Sancti Iacobi miraculis, & rebus aliis memorabilius est, Legionēse tamē artificio mirabili meo qdem iudicio omnib⁹ est anteponē dum. In cuius claustro sacellū est in quo iacēt reges septē & triginta, & vnus Hispaniæ Imperator. Est p̄terea Legionensis ciuitas cū aliis rebus, qbus abundat, tū vero multorū sanctorū reliquiis & meritis admodū fœlix. Quantū aūt bellicosi fuerint Legionēses & fidei catholicę cultores, in ea narrat historia, quæ festū cōtinet de duodecim virginib⁹ Beatę Mariæ virgini singulis annis offerendis. Cuius rei memoria die Augusti quindecimo solēniter in Legione celebratur. Eiusdem prouinciæ sunt Castrēses à Cæsare cognominati, & Villasandini, atq; alia oppida, quorū nomina me latēt. In quibus ciuitas est insignis & antiquissima. Quā Burgensem nūc vocant, & Masburgi dictā fuisse quondā legimus. Quæ dicebatur & Auca, quod nomē mihi vero similius esse videt. Propterea q̄ etiā mōtes apud eandē vrbē nūc Ocani dicunt, & Aucani melius dicerentur. Tametsi Plinius non Aucam, sed Ceucā nominauit. Est autem Burgensis ciuitas, vt diximus, antiquissima, multisq; rebus insignis & inter primarias vrbes totiꝰ Hispanię merito referenda. Cuius incolæ non ocioſi, non circūforanei sunt, sed omnes nō modo viri, sed etiā fœminę labore manuū suarum victū quærunt, & honestissime viuūt, & alii mechanicas artes, alii disciplinas liberales exercent. Mercatores, qui ciuitatē opulentā faciūt, fideles sunt & liberales. Sacerdotes diuini cultꝰ & rerum sacrarum studioſi diuinis officiis & literarum studiis diligenter incumbunt. Magistratus & reipublicę gubernatores cōmunibus commodis rectissime prudentissimeq; prospiciunt. Sic itaq; cunctis ciuitatis ordinibus officium suū libere rectęq; faciētibꝰ tota ciuitas indies augeat, indies magis illustrat. Equites, q plures i ea sūt & potētes, immunitates, leges, & priuilegia, qbꝰ ciuitas gaudet, cōseruare ac tueri diligētissime studēt. Est p̄terea ciuitas magnis & pulchris nec minꝰ cōmodis ædificiis adornata. Foris venalibus, plateis, vicis, pontibus, tēplis, cœnobiis, amnibus exculta. Cuius ecclesia maior intus & extra opere est & ędificio mirabilis. In qua res diuina sæpenumero celebratur cantoribus & organis in quinq; sacellis inter se distantibus, nec aliis alios perturbātibus. Ex sacellis vero & sacrariis, quæ multa sunt, illud vnum Castellæ Comestabilis conspicuum atq; ditissimum non ecclesiæ solum Burgensis, sed etiam cunctis ciuibus magno est ornamento. Sunt & extra vrbem domus hospitales, quæ regiæ dicunt, insignes & memorabiles et maximi census. Quarum institutiones et ordines viuendi, qui sancti sunt & maxime laudabiles, causa breuitatis omitto. Dicam tamen breuiter de monasterio monialium et sanctissima domo, quoniā res est insignis & memorabilis. Quam domum Huelgas vocant Hispani. Cuius maxima sacerdos sub imperio suo diligentiq; custodia centum quinquaginta monialibus imperat & sanctissime consulit. Quæ quidem moniales sunt omnes equitum nobiliumq; principum filiæ & familiæ generosę. Præest etiam hęc sacerdos, quam Abadesam vocant, aliis septendecim monasteriis & oppidis quatuordecim nō ignobilibus atq; aliis minoribꝰ qnquaginta. Confert p̄terea sacerdotia multa sacerdotibꝰ & census cōmendatarios viris. xii. cōtribuit, & alia beneficia & officia & suis populis magistratus & gubernatores elegit. Est aūt nunc sacerdos maior huius domus generosa mulier Elionora Sarmēto Iacobi Sarmēti Salinarū Comitis filia. Quę quidem, excepta Regina, cæteras omnes Hispanię fœminas primarias antecedit. Hęc sacerdos primā suscepit alūnam Mariā Oliuanā Ioannis Garciæ Secretarii Cæsaris filiā. Aedificauit autem hanc domum & opus ingēs Rex Sancius, qui ꝓpter opera, quę fecit mirabilia cognomen Amati promeruit. Est itaq; multis magnisq; rebus memorabilis. Cuius homines

Legio Germanica.

Auca ciuitas.

UVA. BHSC. IyR_186

sunt humaniſſimi & aduenas maxime diligũt. Sũt & fideliſſimi ſuis prĩcipib⁹, & hoſpites pa tientiſſime tolerant & honorificentiſſime tractant. Poſt autẽ Burgenſem vrbem populi mul ti ſunt, & nonnullæ ciuitates memorabiles. Vidim⁹ eñ Beloratẽſes in amœniſſimo cõualle ia centes. Et oppidum Frias, oppidum Ezcarai, Cauienſes, Cereſanos, Briueſcanos, quos Bri daſcanos Ptolomæus appellat, & Plinius Viridaſtanos. Eſt aũt oppidum forma quadratum, quod quatuor clauditur portis. Ad cuius ſimilitudinem Catholici principes apud Granatam oppidum nomine Sanctam Fidem condiderunt. Habet ciuitas Burgenſis ad meridiem oppi dum Lerma, & aliud quod Sancta Maria cãpi dicitur, vterq; populus frugibus & vinetis ad modum diues. Et in Sancta Maria campi templum vidimus magnum & venerabile. Quod quidem quãcunq; ciuitatem quantumlibet nobilem decoraret. Habet pręterea Burgenſis ciui tas ad Orientem & Septentrionem populos memorabiles, ſcilicet Oñatenſes & Quintanillẽ ſes capis frugiferis diuites. Item Pnacoruini, Sagiani, Methymna Pomaria, & Frias aliud, Vil la maior Sarmentorum domus, & Mendocia apud Cãtabros nobiliſſima domus, ex qua plu res Hiſpaniæ magnates cognominantur. Ad Orientem vero & apud amnem Iberum ciuitas eſt nomine Sancti Dominici Calciatenſis gallo & gallina candidis, de quib⁹ alio loco ſcriptu ri ſumus, memorabilis. Sunt & Naiarenſes, oppidũ Pharum, Brionenſes, Nauarretani, & Lo gronium oppidũ magnum & memorabile omniumq; rerum fertilitate plenum, Cui⁹ homi nes fide bellica q; virtute nobiles immunitate nuper & honorifico priuilegio ab Imperatore Carolo donati fuere. Eſt autem Logronium cãpis frugiferis, vinetis, arborum fructibus, ve nationibuſq; fertiliſſimũ. Quibus propinqui ſunt Calagurritani, quorum virtutes & fidem Cæſar Auguſtus expertus eorum ſalutis ſuæ cauſa cuſtodiam elegit. Eſt autem Calagurritũ an tiqua ciuitas, vnde vt quidam volunt, Quintilianus originem duxit. Nunc autem & ſi magna Nauarrę pars prouinciæ Tarraconenſis eſt, hic tamen eius populos, qui proximi ſunt Canta bris exponemus. Cæterum quoniam Nauarrę fertilitas & omnium rerũ copia nota eſt, & de vnaquaq; re ſcribere lõgum eſſet, eorum populorum nomina, qui nobis relatu digniores vi debuntur, memorabimus. Eſt itaq; regni Nauarrę caput et primaria ciuitas Pompilon, à Põ peio Magno cõdita, teſte Strabone. Quæ nũc Pampilona dicit, et Põpeopolis pulchrius ap pellaret. Eſt aũt ciuitas magna, nobilis, et opulenta. Stella quoq; nobilis eſt, et titulo ciuitatis decorata. Itẽ Tutela apud Iberũ amnẽ terræ fertilitate diues. Sunt Bicaſtillonẽſes, Lerinates, Pons Reginæ, Mẽdigorriani, Raguenſes, Bañolenſes, Artaxona, Nirãditani, Falcẽſes, oppidũ Peralta, Vianenſes, Mendauiani, Arcus, Seſmani, Andoſillani, Sãctadrianenſes, Azagrani, Mar ſellani, Villa Frãca, Cadreitani, Balterrani, Arguetani, Corelani, Cintrueningones, Caſcãtini, Cortenſes, Phatallani, Oſitani, Caparoſum, Sanctacarẽſes, Mellidani, Carcaſtillones, Caſeda ni, oppidũ Gallipenſiũ, Ayuarẽſes, oppidũ Sangueſa, et Lumberritani, quæ duo nomina reti nẽt antiqua. Aoyzones, Vrozones, Iſauenſes, Ochangauiani, Roncefualles iuxta mõtẽ Pyre neum, vbi Roldanus pugnans ſiti extinctus phibet. Eſt et Sancta Maria Rõcilionis religione diui Auguſtini celebris. In cuius templo multa ſunt memorabilia de duodecim Gallorũ pari bus, q̃ cauſa breuitatis omittimus. Eſt et oppidũ nomine Sancti Ioannis pedis portus cogno minatũ in altiſſimis montis iugis poſitũ, Cuius mõtis aſcenſus eſt paſſuũ miliũ circiter duo decim et vndiq; fontibus vberrimus et multis rebus fertiliſſimus, in quo ferrũ plurimũ effo ditur. In iugo p̃terea montis planicies eſt et cãpus amœnus et omni tẽpore viridis, eſt et tẽplũ venerabile cognomine Caieta. Itẽ oppidũ nomine Sancti Pelagii cũ duobus palatiis ingẽti bus et cõſpicuis. Quorũ alterũ Olgramoniũ, et alterũ Luſa nomen habet. Sunt et Garenſes, Licondones, Laſacani Nauarræ populi non ignobiles et alius nomine Sancti Stephani.

Sanctus Dominicus Calciatenſis.

Logroniũ.

Calagurriũ.

Pompilon.

Stella ciuitas

Tutela.

DE PROVINCIA TARRACONENSI.

TArraconẽſis p̃uincia, cui Tarraco ciuitas clariſſima nomẽ dedit, regiones duas ampliſſi mas cõtinet. Celtiberiã. ſ. q̃ nũc à duobus amnibus p eã fluẽtib⁹, q nominãt Aragones Aragonia dicit, et Laletaniã, quã vulgares Cataloniam dicũt. De q̃bus ſeparatim ſigillatimq;

UVA. BHSC. IyR_186

conſcribemus. Et primū ciuitates Aragoniæ, quę ſunt numero decem, & oppida cōplura nominabimus. Et in primis Auguſtam Cæſaream, quę metropolis eſt, & Aragonię regni caput cuius conditorem fuiſſe legimus Iubam, à quo Saldyba fuit appellata, hoc eſt Iubę domus. Poſtea vero tempore Cæſaris Auguſti, qui ſua virtute & munificentia, vt Suetonius ſcribit, omnium regum & ciuitatum gratiam promeruit, Saldyba repudiato priori nomine Cęſaris Auguſti nomē aſſumpſit. Sita eſt autem Cæſar Auguſta in ripa fluminis Iberi in loco plano, Ex quo Iberus amnis inſigni ponte lapideo longo latoq; traiicitur. Vrbis autem ſitus ſoleæ calcei formam refert. Portas habet quatuor ad totidem partes mundi ſpectātes. Eſt & validiſſimis muris cincta crebriſq; turribuſq; tuta. Cęterum ciuitas nunc multo maioris eſt incolatus. Sunt enim extra muros priores q̄plurimæ dom⁹, & quaſi altera ciuitas, quas Cæſar Auguſtani populationes, appellant. Sunt præterea & fora venalia, templa intra muros vrbis & extra cō ſpicua. Tota ciuitas eſt ædificiis, plateis, vicis adornata. Rerum omnium copia fertilis, equitib⁹ nobilis, bonarum artium diſciplinis exculta, mercatorū cōmerciis diues, mechanicis officiis decorata, campis, hortis, & arborum fructibus abūdantiſſima. Magno Sanctorū martyrūq; numero, de quibus alio loco ſcribemus, fœliciſſima. Quæ deniq; noſtris temporibus, vt in ſacris literis legim⁹, inter nobiliſſimas totius Hiſpanię vrbes notiſſima, tāto inter cęteras Chriſtiana religione pręfulget, quanto præ cęteris celebrior habetur ex nomine. Sunt in hac vrbe res duę memoratu digniſſimę, domus ſcilicet hoſpitalis inter alias Chriſtianitates inſignes merito reponenda. Et altera prope vrbem in campo amœniſſimo ſatis grādis & inſignis, quę dicitur Aliapharia, de qua ſcripſimus alio loco. Hinc Orientem verſus Iſca ciuitas eſt, quę nunc Oſca dicitur, literarum gymnaſio & diſciplinis nobiliſſima. Tiriaſſona ciuitas apud montē Caci, quam à Tiriis & Auſoniis conditam fuiſſe nonnulli opinantur. Eſt autē ciuitas antiquiſſima & campis vberrimis diues & rebus omnibus abundans. Item Iacca quæ iacet in conuallibus, vnde nomen accepit. Inferius autem ciuitas eſt Calataiutana celebris, & vbertate ſoli frugiferiſq; campis & omnibus rebus fertiliſſima. Quam nonnulli Bilbilim eſſe dicūt Martialis poetę celeberrimi patriam. Quod ego nec affirmo, nec reprobo. Eſt & Teruela ciuitas nobilis, & Daroca ſacris corporalibus memoratiſſima. Item Boria ciuitas non ignobilis, & ciuitas alia nomine Sancta Maria Albarrazinenſis multis & magnis reb⁹ abūdans. Eſt & ciuitas Barbaſtrenſis arcubus ferreis, quos baleſtas appellant, nobilis & aliis rebus abundans. Ex oppidis autem, quæ multa ſunt, Erganicium, quod nunc Alcanicium vocāt, primum nobis occurrit, oppidum quidem pluribus rebus amœniſſimum, & Ioannis Sobrarii Ludouiciq; Iuueris pręclaris ingeniis optime celebratum. Poſthoc Exea ab equitibus cognominata. Itē Ixar & Monſonium rerum fertilitate ditiſſimū, & Aragoniç regum conuentibus maxime celebratum. Sunt & alii populi, qui pagorum cōmunitates appellantur. Quorum capita ſunt Calataiutana ciuitas, Turuela, Daroca, & Albarracina, quas ſupra memorauim⁹. Hic eſt oppidū Fraga ſupra Cingam flumē poſitum in aſpero loco & ambulatu difficili, ſed Cinguę fluminis ripis & hortis amœniſſimum. Sunt & Aiuſani, Saranieuani, & Tamaritani populi non ignobiles. Item Alagonii, Sadauanenſes, Magallonenſes, Alquecarenſes, & oppidū Soſium Ferdinandi Regis natale ſolum. De quo plura ſcripſimus alio loco. Oppidum nomine Sancti Stephani Littera cognominatum. Sunt & Almudeuarēſes, Moſquexulani, Boleani. Item oppidum nomine Campi Franqui, Loharrenſes, & aliud oppidum Vnumcaſtellum nominatū. Sunt præterea eiuſdem prouinciæ populi non ignobiles. Qui & ſi nō magni ſunt incolatus, ſunt tamē memorabiles. Ideoq; nonnullos, qui nobis occurrunt, nominabimus. Eſt itaq; inter Caſtellę & Aragoniæ regnum oppidum nomine arcus. A quo non multum diſtat Mons regalis primus Aragoniæ populus hortis & campis amœnus. A quo nō longe abeſt oppidum Haricia, & Citina vterq; populus, rebus neceſſariis abundantes, & amœnitate locorū delectabiles & hilares. Apud amnem autem Solonem poſita eſt Alhama ſub altis rupibus & balneis feruētib⁹ memorata. Eſt in eadem ripa Voberca latens in conuallibus amœniſſimis hortis, fructibus, &

Cæſar Auguſta.
Oſca.
Tiriaſſona.
Iacca ciuitas.
Calataiutana
Teruela.
Daroca.
Albarrazina
Barbaſtra.
Erganicium.
Monſonium

UVA. BHSC. IyR_186

amne Salone diues, & venatione varii generis animalium. Hinc Cæsar Augustā versus Atecani sunt, & Terrerenses in itinere viatoribus liberalissime seruientes. Post autem Calataiutum Fresinum est Ferdinandi regis conceptu memoratum. De quo scripsimus alio loco. Post Fresinum Cęsar Augustam nobis euntibus Almunia populus aliquanto maior cæteris prænominatis occurrit, & Mola minor optimo melle nominata. In aliis quoq; partibus huius regionis alii sunt populi, quorum notiores, qui nobis occurrunt, memorabimus. Ab Osca ciuitate distat oppidum Aierue passuum milibus quindecim, in loco fertili positum cum arce munitū. Sunt & alii populi minores eiusdem ditionis, quorum nomina causa breuitatis omittimus. In alia vero regione sunt etiā populi memorabiles, Xarquitani, à quibus Aranda cognominat, Mesonēses arce tuti, Epulani in ripa Solonis, Neguellani, Arandicani, Mcradani & Pinates in amnis Iberi ripa, & Riglani. In alia regione sunt Guesani, Munieſanēses, Segurani, Alacones.

DE POPVLIS LALETANIAE PROVINCIAE.

HVius prouinciæ, quam principatum vocant & comitatum ciuitates sunt numero decē. Quarum Tarraco caput est. Propterea q; cęteras dignitate pręcedit, & prouinciæ nomen dedit. Fuit hęc ciuitas à Scipionibus condita, & vt alio loco diximus, Romanorum colonia. Vbi præter alias antiquitates multa nūc etiā Romanorū principū numismata reperiunt in agris & vineis. Vnde coniicimus olim fuisse Tarraconem multo maiorē. Celebratur à scriptoribꝰ multis rebus & præcipue vino, quod optimū illic legebat, & hodie legitur. Cuiꝰ ecclesia cōspicua est ædificiis & sacerdotibꝰ exculta, & titulo archiepiscopatꝰ illustris. Sita est hęc ciuitas in littore maris mediterranei, & cāpos habet amœnos valdeq; fructiferos. Post aūt Tarraconē Barcino est supius in eodē littore, oīm quas vidimus vrbiū pulcherrima. de cuius noīe & cōditore, qm̄ multę varięq; sunt opiniones, & nulla certitudo, mihi differēdū nō est. De laudibus aūt eius et rebus memorabilibus alio loco scripsimus. Tertiū locū dignitatis Ilerda sibi vendicat. De cuius etiā rebus & honoribus alibi scripsimus. Dertosam q̄q; descripsimus et eius res memorabiles, & Gerundæ fertilissimos campos. Cuius tēplū memorabile & altare totum gemmatū vidimus & opulentissimum. Sunt autē prænominatæ vrbes, vt alio loco scripsimus, Romanorū Coloniæ. In medio autē regionis Ilergetū ciuitas est Campestris, quæ Vrgelensis dicitur, in fructiferoso sita. Est & ciuitas, quæ nunc Viche dicitur, & olim vicus Aquarius vocabat. Itē Elna, Minoressa ciuitates nobiles, & Belaguaria. Quibꝰ ciuitatibus p̄grandis oppidorū numerus seruit, præter pagos innumerabiles. Quorū cōuentus certis diebꝰ vrbes complent, & opulentas faciunt. Legimus enim huius prouinciæ populos, pręter pagos, fuisse numero quadringentos. Quorum paucos & notiores referemus. Apud Galliā itaq; Narbonēsem, Ruscinonensis prouincia est, soli fertilitate diues. Cuius caput est oppidum Perpinianum purpura & lanificio nobile. Et apud montē Pyreneum Confluentani metallis, auro, argento, quondam cū effodiebantur, ditissimi. A Perpiniano autē Galliam versus est oppidum nomine Salsas cum areq; munitissima Gallis, à quibus sępe fuit acriter oppugnata, obstaculo magno, adeo, vt inde hostes oppugnatione defessi discesserint. Sunt & Empuriani fama celebres. Palarenses, & inferius Albi montani fide nobiles, Pratenses, Ceruarienses, Tarracenses, & Cardonates candido sale diuites. Itē Caprarienses, & Stereliquitani in alto loco positi arceq; muniti. A quibus non multum distant Blanenses maritimi. Apud Barcinonē oppidum nomine Molendinus regius paruum quidem, sed palmetis, hortis & aliis rebus amœnissimum. In quo etiam domus est conspicua. Hinc non multum distant Martorellani, & inferius ad meridiē Villa Frāca cognomento Panades in agro fertilissimo, qui Suesanus, à magnis suibꝰ appellatur. Sunt in eadem regione Tuirensis, Puicerdani, Caldenses Mōbiqueni cognominati, Granullēses, Villa maior, Colibrenses maritimi, Villa Franca, Confluentina, Cubellenses, q Lustrunates quoq; dicuntur. Item Arbuciani, & oppidum Cabra, Corrialenses, Pratenses cognomen regii, & oppidum Veria, atq; aliud nomine Sancti Petri Oretani. Sunt & Campredones, Torrellani,

Tarraco.

Barcino.

Ilerda.

Dertosa.

Gerunda.

Ilergetum.

Viche.

Elna, Minoressa.

Belaguaala.

Peripinianū.

Multa oppidorum nomina.

UVA. BHSC. IyR_186

Moncrini cognominati, Besalonēses, Figuerani, Talaronenses. In confinibus Aragoniæ Nauarræq; sunt Arguetani, Balterrani, Villa liberalis, Marcilia, Funenses, Andosillani, & Sanctadriani. Inde remoti diuersis in locis alia sunt oppida quorū nomina nobis occurrūt memoranda. Dematū scilicet, Miralcāpum, Castellum asium. Sunt & Rubinates, Monti Catini, Calaphitani, Cerialenses, Morellani, Bisbalenses, Poblitani, Redonates, Granolenses, & oppidū Equalatū, de quo scripsimus alio loco. Item Aldiconates, & Ampostani, in amnis Iberi ripa, quos & alibi memorauimus.

DE CIVITATIBVS ET OPPIDIS prouinciæ Carthaginensis.

CArthaginēsis prouincia quę à Carthagine noua, quam Pœni teste Plinio cōdidere, nomē accepit, regio est ingēs, & nobilium populorū multarūq; rerum copia fœlix. Quæ quidem à Granatę regni confinib⁹ Orientē versus ad Dertosanos vsq; protenditur. Ipsa vero Carthago ciuitas, à multis autoribus celebratur. Cuius portus qualis sit ex ea Vergilii descriptione colligitur. In qua est inquit in secessu longo locus, insula portum efficit & reliqua.

Duo portus insignes.

Duo siquidē Hispanię port⁹ fama ferūtur insignes, alter Nouę Carthaginis, & apud Callecos alter in oppido Coronēsi. Sunt etiā in huius maris littoribus Helchitani, Alicantina ciuitas nobilis, cuius etiā portus naues tutas cōtinent. Est & oppidū nobile nomine Dianiū, cuius vt vrbis præclaræ scriptores meminerūt. Quam ego eā esse arbitror, quæ Denia nunc appellatur. Sunt & Oliuēses, & oppidum Gandia. Quorū omnium Valētia caput est nobilissima ciuitas.

Valentiæ laudes.

Quæ, vt Plinius & Strabo tradunt, à mari remota est passuū tribus milibus. Quæ quidem non immerito inter primarias Hispanię vrbes annumeratur. Hęc enim ciuitas sanctum bene viuendi ordinē sibi constituit. Hæc suis & honestissimis moribus & sanctissimis institutis inter ciues pacē concordiāq; tuetur. Hæc lites & iurgia semper odit. Equitū præterea splendore nobilis, mercatorum cōmerciis diues, mechanicis officiis adornata. Vbi lanificiū fit maximū & panni cęteris totius Hispaniæ meliores, liberalibus disciplinis exculta, præclaris hominum ingeniis illustris, cāpis & hortis amœna. Operepretium est videre Valentinos corporis Christi festum celebrantes & aliorum cœlitū sacra mysteria recolentes lustrationesq; facientes. Qui die festo sancti Mathiæ summa humanitate supplicantes ad locum proficiscuntur, in quo cadauera iacent eorum, quib⁹ crimina mortis cā fuere. Quæ siue suspensa sint, siue iaceāt, suscipiunt, & feretris imposita ad sacrum locū deuehunt, ibiq; sacrificiis & orationibus honorifice sepeliunt. Multa deniq; fiunt, à Valentię ciuibus memoratu digna, de quibus volumen magnum confici posset. Quare multis prętermissis, quę ad Valentiæ laudē pertinebant, illud dumtaxat referam, q̄ sit Valentina ciuitas fœlix duobus Sanctis, Laurentio scilicet fortissimo martyre, & confessore Vincentio constantissimo. Quam sit & illustris duobus etiā Pontificibus, Calixto scilicet tertio, cuius auspicio Turcarum magn⁹ exercitus fuit ab Vngaria profligatus, & festum transfigurationis institutum, & eius nepote Alexandro sexto Pontifice maximo. Illud præterea non omittam, quod Marcus Tullius in Valentię laudē protulit. Qui in actione vltima contra Verrē Valentinorum inquit honestissimorum hominum testimonio. Post autem Valentiam Sagunthus memoranda nobis occurrit & summis quidem laudibus efferenda.

Sagunthus.

Fuit enim populo Romano fidelissima. Nā cum senatui populoq; Romano pareret, & ab Hannibale Carthaginēsium duce & eius exercitu validissimo nouē mensibus acriter oppugnaretur, deleri penitus maluit, q̄ à Romanis deficere. Cęterū, qui Sagunthinorum admirabilem virtutem summāq; fidem cognoscere velint, Titum Liuium legant, vbi dicit & iam omnia trās Iberum pręter Sagūthinos Carthaginensiū erāt. Fuit autē Sagūthus, vt alio loco scripsim⁹, Romanorū Colonia, vbi fuit olim theatrum, cuius adhuc forma vestigiaq; cernuntur. Hanc vrbem à Sagis Ibericis ędificatā fuisse quidā scripserūt & inde nomē accepisse. Distat autem Sagunthus, à mari teste Plinio & Strabone, mille passibus. Quam nunc Mor-

UVA. BHSC. IyR_186

uetrum vocant, muros veteres significare volentes. Cuius regionis sunt Murciani fictilibus & aliis rebus diuites, & Oriola ciuitas nobilis, & alia ciuitas nomine Xatiua, fontibus, arborū fructibus, & p̄cipue malispunicis memorabilis. Hinc remoti sunt Bōdiani, Creuillenses, Villenates, Cosentanienses, Segobricenses, oppidū nomine Sancti Mathęi, Lucenates, Lirienses, Alpontani, Lucentini, Aspenses, Torrentini, Paternionenses, Alcocerēses, Algezira, Cullerenses, Alponates, Hontenientes, Alcoini, Peñaguillani, Bratēses, Capdetani, Xaxonates, Villa regalis, Castellū Fabitanū, Ademuzini, Castellum planiciei, Morellani, Xericēses, Castillonenses, Villa formosa, Almenarenses, Buniolenses. In medio autem prouincię Carthaginensis oppida memorabilia conspiciuntur. In quibus est Concha ciuitas in vno de tribus iugis exposita. Illic enim tres colles binas valles efficiunt, per quas amnes gemini dilabuntur. Quorū alter Succharius, & alter Occharius appellatur. Qui vbi magnam ciuitatis partē circuit, in Succharium influit. In horum itaq; scopulorum altero, qui medius est, inter duos Concha sita est. Quæ in altiori loco, id est, in altis rupibus turrim habet altissimā. Vbi olim castellū fuit munitissimum. Ciuitas autem magnis ędificiis et loci natura amnibusq;, quos memorauimus, et aliis rebus memorabilis est. Quippe quæ pecoribus et lanis tenuissimis est admodum dines. Habet aūt ciuitas hęc populos Orientē versus et à lateribꝰ Almodouarēses, Cōpilonēses, Raiones, Cardinetanos, Carborēses, Moianos, Lādetanos, Requenates Villorēses, Cardinetanos alios. Ad meridiem vero sunt Villascusani, Ignestenses, Belmontani, Chinchilani, Rodani oppidum nomine sancti Clementis, Villanouani, Motenses, Alcaracenses. Eiusdem regionis est Vtana ciuitas nobilis, et Vcles equitum ordinis Sancti Iacobi cōuentibus illustris. Sunt et Taranconenses. Occurrit mihi nunc Ostolgarense castellum fortissimum, ad quod bellorum tempore plures eius ꝓuinciæ populi suę salutis causa confugiunt. In ea vero regione, quę Aragoniæ Manchia dicitur, et alio nomine Spartaria vocabaꝫ à copia Sparti, populi sunt memorabiles, & pecoribus ac tritici copia diuites. Quorum tellus etsi fluminibus caret & fontibus frumento tamen, vino, cæterisq; necessariis rebus abundat. In hac itaq; regione quāuis arida, populi tamen sunt non ignobiles, Alcaçar scilicet cognomento Consuegra, campus Tritana, Socuellamus, Villa Robleta, Prouēcia, Villa noua cognomine Cardetę, Villa noua Infantiū Villa noua cognomento Xara, Alarconenses, Castellū Garciæ Muñoci, Albacetēses, Hellini Touarrēses, Xorquerani, Alcala cognomēto Riuus, Iumillani, Checlani, Almansani, in qbus populis, vt accepimus, neq; sunt amnes neq; fontes, sed putei dūtaxat & salsi. Eiusdē regionis oppidū est antiquissimū & memorabile, quod Molina dicitur. Cuiꝰ tellus quatuor in partes, quas Sesmas Molinates appellant, diuiditur. Quarum vna campestris nominaꝫ, q̄ viginti cōtinet pagos. Altera nomine Serrana septendecim, alia Pedrigalēsis decē & octo, quarta Sauinaria viginti. Quarum domus duorū miliū & quingentorum numerum conficiūt. Quæ quidem sunt omnes pecoribus & lanis admodū diuites. Vbi molliss imę lanę numerantur ouium milia quadringenta. Sunt & alia oppida memorabilia castellis & aliis rebꝰ, Coueta scilicet, Zafra, Castilnouū, Sanctiiustum, Enbid, Fontesaxum, Estables, Mochales, Villed. Cuius dominus cudendi monetam facultatem habet dandiq; campum certaturis. Sed redeo ad Molinam cuius castellum est memorabile & turris separata, quę dicitur Aragoniæ. Multa præterea nobis occurrunt de Molinæ rebus memorabilia, quę causa breuitatis omittimus. Nam de piscibus eius, qui turtures vocantur, & sunt optimi, diximus alio loco. Quare Molinates omnium rerum copia diuites nullis aliunde rebus indigent, sed suas potius aliis suggerunt lanas præsertim cęteris omnibus totiꝰ Hispaniæ meliores. Quas mercatores ad exteras nationes deferūt, quarum commercio ditissimi fiunt. Abundant etiam Molinates agninis carnibus & arietinis, quibus magna pars vtitur Hispaniæ.

Concha ciuitas.

Molina.

UVA. BHSC. IyR_186

LIBER QVARTVS

DE ROMANORVM COLONIIS IN HISPANIA.

VOniam de ciuitatibus Hiſpaniæ loquuti ſumus, de Romanorum coloniis & aliis rebus, quæ neceſſaria nobis videntur, & lectoribꝰ, vt arbitramur, doctis præſertim non ingrata neq; ſuperflua videbunt, aliqua ſummatim dicemꝰ. Illud in primis paucis verbis repetemꝰ, quod ſupra dictum eſt, ſcripſiſſe nonnullos Hiſpaniam ab Hiſpano Herculis nepote ſeu ſucceſſore, quem Iuſtinus Hiſpalum vocat, dictam fuiſſe, & vere fortaſſe. Quod ego nec affirmo, nec reprobo. Plures enim ſunt, qui fabuloſa quę de Hercule narrantur, exiſtimant, à quorū ſententia non diſcedimus. Tametſi Herculem in Hiſpaniam veniſſe non imus inficias. Quandoquidem columnas apud Gades Herculis laborum metas & terminos plures affirmant. Cæterum Hercules Hiſpaniam, quam gregibus & armentis exhauſit, meo iudicio nō ædificiis quidem nec aliis rebus vllis excoluit. Quapropter Hiſpanię pontes inſignes & res alias memorabiles nos profecto nō Herculis, ſed Romanorum potius & præcipue Iulii Cæſaris opera eſſe coniectamus. De cuius magnanimitate mirabilique munificentia Suetonius Tranquillus hoc modo ſcripſit. Nec minore ſtudio reges atq; prouincias per terrarum orbem alliciebat, aliis captiuorum milia dono offerens, aliis citra ſenatus populiq; autoritatem, quo vellent & quoties vellent, auxilia ſummittens. Similiterq; Italiæ Galliarūq; & Hiſpaniarum, Aſię quoq; & Græciæ potentiſſimas vrbes præcipuis operibus exornans. In Alcantarę præterea ponte carmen hoc legimus. Pons in rupe Tagi diuis & Cęſare plenus. Verum enimuero hūc Alcantaræ pōtem nō Iulii, ſed Traiani Cæſaris eſſe plures autumāt. Sed ſiue Traiani ſit ſiue Iulii nihil refert, quando Romanis vterq; p̄fuit. Iter præterea longum per Hiſpaniam ſtratū lapidibus p̄ tempore brumæ, breueſq; per interualla columnas erectas, quæ viatoribus iter hyeme tectum niuibus oſtendunt, & quicquid in Hiſpania memorabile vidimus, Romanorū eſſe minime dubitamus. Propterea q̄ potentiſſimi liberaliſſimiq; fuerunt, in Hiſpania præſertim quàm plurimos annos cōmorantes. Quapropter ſi dixerimus à Romanis nōnullos Hiſpaniæ nobiles originem habuiſſe, fortaſſe non mentiemur. Sunt enim in Hiſpania multę Romanorum coloniæ patriciorum. Siquidem ſcribit Plinius in vlteriori Hiſpania quatuor iuridicos fuiſſe conuentus, Gaditanum, Cordubenſem, Aſtigitanum & Hiſpalenſem, oppidaq; numero centū ſeptuaginta quinq;. In quibus erāt colonię octo, municipia totidem, Latio antiquitus donata nouem & viginti. Et paulo poſt idē Plinius ait, & à dextera Corduba colonia Patricia cognominata, & à leua Hiſpalis colonia cognomine Romulenſis. In deſcriptione autē citerioris Hiſpanię accedūt, inquit Plinius, inſulę, quarū mētione ſepoſita, præter ciuitates aliis diſtributas, prouincia ipſa ducenta nonaginta tria cōtinet oppida. In quibꝰ erant coloniæ tredecim. Oppida ciuium Romanorum tredecim. Latinorum veterum decem & octo, fœderatorū vnum. ſtipendiaria centū triginta tria. Et ſubīde ſcribit Carthago noua colonia, & Valentia colonia tria milia paſſuū à mari remota tātūdē à mari Sagūthus ciuiū Romanorū fide nobilis. Tarraco Scipionum opus ſicut Charthago Pœnorū. Colonia Bracine cognomine Fauēcia, quā eam eſſe arbitror, quæ nunc Barcinona dicitur, & oppida Romanorū ciuium multa. Quibꝰ ſubiungit populos quadraginta quatuor. Quorum celeberrimi ſunt inquit Romanorū ciuiū Dertoſani, Gerūdenſes, Cęſarauguſta colonia ciuitas īmunis amne Ibero affuſa, vbi oppidū antea Saldyba vocabat, de q̄ alibi ſcripſimꝰ. Inferius etiā ſcribit Romanorū ciuiū Ilerdēſes in ripa Sicoris, & Oſcenſes, Tiriaſſonenſes. Latinorū veterū Caſcantenſes in fine regni Nauarrę, & Erganicenſes Aragonię. Fœderatorū Tarragenſes. Aliis p̄terea rationibꝰ & argumētis nr̄a

Suetonius.

Carmen.

Plinius.

UVA. BHSC. IyR_186

hęc confirmatur opinio. Quib⁹ absq; dubio cõstabit multas Hispanię dom⁹ primarias à nobilib⁹ Romanis habuisse principiũ. ꝓpterea q; cũ Romanor; duces & exercit⁹ ĩ Hispaniã venissent captis arcib⁹ & castellis equites nobiles p̃fecerunt. A quibus magna pars Hispaniæ castella multiq; populi Castellani nostris etiam temporibus dicuntur. Propterea quod latini custodes arcium Castellanos appellant. Et quoniam tunc Hispania multis rebus ad vitæ vsum necessariis indigebat, attulerunt in eam Romani leges, bonos mores, disciplinas, & linguã Latinã, nam tunc Hispani barbare loquebantur, & ea lingua qua nunc Vascones vtuntur, & Cantabri, quod in alio loco clarius patebit. Cæterũ dicam nunc breuiter de q̃busdã nominibus & claris in Hispania familiis, quas vt supra dictum est, à Romanis originem duxisse nõ dubito. Quæ quidem adhuc antiquos Romanorum mores, nobilitatem, & nomina retinent, nomina dico non de plebeis & cõmunibus, sed de senatoribus, patriciis, & consulibus atq; aliis Romanis viris illustribus, qui magnis rebus gestis in Romana republica floruerunt. Fuit itaq; olim Romæ Pimentariorum domus illustris, quæ nunc in Hispania Pimẽtelorum intelligi potest. Nam qui Latini non sunt, & barbare loquuntur, nomina corrumpunt, & literas pro literis p ferunt & commutant. Fuit etiam Romæ Castroniorum generosa domus, ex qua, nisi fallor, ĩ Hispania qui Castri cognominantur, originem ducunt. Imperantibus Romæ Cæsaribus, q duodecim fuerunt, Prosapiam generosam fuisse legimus, quæ Fonteia dicebatur, vnde Fõsecorum genus in Hispaniam venisse coniectamus. Fuit præterea Romæ Siluia gens illustris, q̃ nunc in Hispania maxime floret Toleti præsertim, vbi magni sunt nominis & autoritatis. Verum domus hæc à Portugaliæ regno in Castellam venisse à nonnullis prædicatur, quibus alii non assentiuntur, sed nos ita esse nec affirmare possumus, nec reprobare, itaq; aliorum iudicio relinquimus. Propterea q; Portugalię Siluia domus, & Castellæ contendere videtur, vtra earũ sit antiquior, & vtraq; se putat ãtiquiorem. Ego vero cum vtraq; sit nobilis & antiqua in antiquitate & generis nobilitate pares esse iudico. Sed in Portugalia quædam nunc reperitur antiquitas ex Romanorum temporibus. Siquidem illic in antiquissimo monumento, quod nuper repertum est, epitaphium legitur hac sententia. Hic iacet Lucius Siluius Iulii Cæsaris centurio. Præterea non dubitabunt, qui Romanas historias legerunt, Romę Plãcorũ familiã fuisse nobilissimam, & ab ea Polancos in Hispania esse oriundos, cum præsertim vnius literæ mutatione differant. Quod ęuo tam longo contigisse non mirum est. Fuerunt etiam temporibus Cęsaris in Italia magni duces, qui Petilii dicebantur, à quibus in Hispania, nec fortasse fallor, originem ducunt, qui Padillę cognominantur. Hoc tamen ego minime dubito gen⁹ hoc ab Italia in Hispaniam venisse, quod eorum demonstrant insignia, quæ sartaginis, quam Itali patellam vocant, similitudinem habent. Et hoc nemo mirari debet, quãdoquidem Romani veteres, qui fuerunt illustres & fama celebres, non propter sui generis antiquitatem, sed propter suas virtutes & res magnifice gestas à scriptoribus celebrati fuere. Qui quidem ab initio tenues ignobilesq; fuerunt, vt Lentuli. Cicerones, Fabii, qui cognominati fuerunt à leguminibus, & suis virtutibus rebusq; gestis se fecerũt illustres & immortales. Eodẽ modo Cincinati Planci, quos ante diximus, & alii multi dicti fuere, quos recensere longum esset. Quapropter alia prętermittimus, quoniam quę diximus hactenus, opinionem nostram satis confirmant, ideoq; transimus ad alia. Sunt qui credunt & minime dubitant in Hispania nobiles equites, qui Meruli dicuntur à Merulorum Romana familia oriundos. Ego vero aliorum sequor opinionem, qui dicũt Merulos non à Merulis, sed à Milonib⁹ Romanis illustribus originem ducere. Quod ego hac ratione confirmo, q; huius generis equites, quos in Hispania cognosco, vulgus indoctum Merulos appellat. Illi vero se non Merulos, sed Melos cognominant, sic eñ in eorum literis & chirographis legimus. Hoc autem nomen corruptum est propter. I. literę in. E. mutationem. Scribant igitur posthac non Melos, sed Milos. Sunt in Hispania, cęteri nobiles ex antiquis quamuis pauci, quorum cognomina sunt Coroneles. Quos bene sentiẽtes non dubitabunt à Corneliorum p̃clarissima Romanorum prosapia cognomen hoc & genus

Pimentelorũ domus.

Castrorum domus.

Fõseca dom⁹ Siluia dom⁹.

Polancorum domus.

Padillarum domus.

Merulorum domus.

Cornelia domus.

UVA. BHSC. IyR_186

accepisse. Quod illi sine dubio iudicabunt, qui facta præclara Lucii Cornelii Scipionis, aliorumq; huius cognominis legerint. Huius nominis Romę fuit mulier illustris in omnib⁹ corporis & animi virtutibus. Cuius non dissimilis visa est mulier illa immortalitate & cœlo digna Maria Coronel, ciuis Hispalensis, quæ quidem Cornelia melius diceretur. Propterea q; vt pudicitiã suã seruaret intactam, & sine labe vitã ageret, illud memorabile facin⁹ ausa est, quod Ioannes Mena non immerito suis carminibus celebrauit. Noui ego Romæ virum nobilitate generis & eruditione præclarum, cui nomen erat Paulus Cortesius. De cuius familia esse, qui nũc in Hispania Cortesii dicũtur cõiectari licet. Ingenio præsertim rebusq; gestis Ferdinãdi Cortesii Vallensis Marchionis. Qui profecto militari virtute cæteris q; corporis & animi dotibus omnes duces, qui fuerunt ab orbe condito vsq; ad tempora nostra sine dubio lõge superauit. Indagator enim rerum nouarũ vniuersum orbem circuiuit, & apud antipodas nouam inuenit Hispaniam, q sua virtate, fortitudine, & industria admirabili effecit, vt Christi nomẽ vbiq; terrarum resonaret, & magnitudo Cęsaris, & sua virtus cognosceretur. Quare si Iulius Cęsar, qui ab Aegypto in Britãniam nauigauit, magnum nomen adeptus est, & magnos honores, quibus, honoribus quo nomine Ferdinandum Cortesium, qui totũ mare mensus & vtrũq; peragrauit hęmisperium, dignũ iudicabimus? Sed de hoc viro nunc̃ satis laudato, & de Christiana religione benemerito, multa scribemus aliãs. Fuit olim Romæ domus equitum nobilissima, quibus Aquila cognomen erat. Ex hac vnus, qui Pontius Aquila dicebatur, tribun⁹ plebis imperante Iulio Cęsare plurimũ potentia & autoritate valebat. Adeo vt in negotiis & priuatis & publicis, quibus Cæsar abutebatur, non paruo fuerit obstaculo. Huius etiam cognominis in Hispania sunt equites, quos nouimus, nobilissimi. Qui, si Latinã pronunciationem considerem⁹, ab Aquila cognominantur. Quos ab illa nobilissima Romanorũ progenie venisse non dubitamus. Legim⁹ prętera Romæ Deciorum familiam vnã fuisse de primariis, ex qua fuerunt duo uiri fortissimi duces, pater, et filius, qui fortissime pugnãtes cum magnã hostium stragem fecissent, occubuerunt. A quibus, vt opinor, in Hispania ducunt originẽ viri nobiles, qui de Deça cognominantur. Et eodẽ modo de Taueriis iudico, qui Romę fuerũt olim & nunc in Hispania viri nobiles. Fuit quoq; Romę Nepotum domus illustris. Et sunt in Hispania cognominis huius viri nobiles, quos & Salmanticæ, & aliis in locis cognouim⁹. Nouimus etiam Cęsaraugustæ Cosconios non ignobiles, Quos ab illis Romanis in Hispaniam venisse non dubitamus, ad quos Marci Tullii Ciceronis epistolas legimus. Legimus etiã fuisse Romę Valerios & Cotas, quorum successores in Hispania nouimus mediocri cõditione & honesta. Noti Romę fuerunt equites illustres, qui Cassii cognominabãtur, & in Hispania eiusdem cognominis virum nobilem nouimus in domo Almirantis, qui Fernandus Cassius dicebatur. Non desunt in Hispania, qui Galli cognominantur ab antiqua Romanorum familia. Noui nãq; in Caura ciuitate Canonicũ virum generosum, qui Martinus Gallus vocabatur. Cuius etiam cognominis in Callecia sunt plures. Fuit in Italia quondam uir potens & prędiues, cui nomẽ erat Oleanus, qui Mediolanum condidit. Et nunc apud Vascones domus est Olanorum, de qua mihi discipulus fuit Ioannes Olanus, qui nunc est iureconsultus. Fuerunt etiam Romę Calui cognominati, cuius cognominis in Hispania non desunt. Sed de nobilib⁹ Hispanis, qui aliunde nomen & originem ducũt, hactenus. Volum⁹ enim breuiter aliquid de reliquis & indigenis dicere, quos Hispani naturales appellant. Qui duobus modis cognominantur, hoc est vel à patria sicut à Toleto, à Corduba, & ab Auila. Vel a rebus quas strenue gesserunt, vt Varguę, Ramirez, Machuquę, Spinosę, Macę, Latrones, Vaccæ, Quixatę, cuius familię nunc uiuit Gutterius Quixata nobilissimus eques, & omni munere naturæ prestantissimus. Alięq; domus eiusmodi, quę ab operibus suis atq; virtutibus cognominati fuere. Sunt & alii qui cognominantur ab antiquis domibus, ædificia quorum nunc extãt, veluti qui Velasqui, Mendoçæ, Gueuaræ, cęteriq; similes, qui permanent in Alaua prouincia. Illi vero qui aliunde venerunt & gentibus externis cum indigenis nullam neq; loci neq; nominis neq; pa

Corteſia domus.

Domus Aquila.

Decia dom⁹.

Tauera domus.

Nepotum domus.

Coſconia domus.

Valeria domus.

Caſſia dom⁹

Gallorũ domus.

Olana dom⁹

Caluorum domus.

UVA. BHSC. IyR_186

triæ ſimilitudinem habẽt. Nam Manrrici, qui ſunt Alemani, nomem eorũ cuiꝰ nationis ſint manifeſte declarat. Quandoquidẽ notum eſt quod apud Germanos Mã ſignificat ſocium, & Enrrique fortẽ. Guzmani autem, qui fere ſunt eiuſdem nationis, à Gothis ſe venire contendunt vel à Scythis, confirmantes, quod ego dicebam, quod Guzman eorum lingua ſocũ ſignificat, vel hominẽ Gothum magnum. Qua propter eos nonnulli Gothomanos appellant. Henrricorũ autem cognomen ab Eluetiis Galliæ populis originem duxiſſe arbitror: propterea quod in Gallia viros primarios huiꝰ terminationis cognominatos fuiſſe legimꝰ, ſicuti fuerunt Orgentorix Dũnorix, inter Eluecios magni principes cæteriq; non diſſimiles. Sed alii, qꝰ à Romanis originẽ duxiſſe diximus, cũ Hiſpanis indigenis, vt ſupra demoſtrauimus, neq; patriæ neq; domus neq; vernaculæ linguæ ſimilitudinẽ habent, quę cum patriciorum nominibus antiquis conueniat. Cuius rei contrarium probare nemo poterit. Nec Hiſpanorum q̃ uis nobiliſſimum quẽquã fore arbitror, qui ſe ſe non fœliciſſimũ putet, qui à Romanis originem duxerit. Cum preſertim olim gens Romana cęteras omnes omni genere virtutis anteceſſerit. Quod ſiquis à me ſcire voluerit, quę cauſa ſit quare Romanorum quidã ex his, quos retulimus, in Hiſpania nomen obſcurius famãq; minorem nũc habent, quam alii aduenticii & indigenę, qui nunc plurimum valent, vt ſunt Guzmani, Manrrici qui de Gothis remanẽt, & Velaſci, Mendocii Gueuarii, qui ſunt indigenę, me ſibi reſpondiſſe putet, quãdoquidem hoc mea confirmatur opinio. Propterea quod antiquitas alios obliuioni tradidit, & alios fortuna recens & fauorabilis & inconſtans, vt ſolet, altius extulit. Sic enim rebus omnibus & hominibus, qui ſunt in alto rerum faſtigio collocati, ſæpe ſolet accidere. Quapropter mihi non mirũ videtur, ſi Roma, quæ quõdam totius orbis principatum tenuit & imperium, nr̃is tẽporibus à multis opprimitur, quibus imperare conſueuit, quã tamẽ imperante Carolo Cæſare noſtro videmus in priſtinũ ſtatum reſtitutam & legitime triumphantẽ. Sed, vt ad ꝓpoſitũ redeamus, Hũc Deus rebus terminũ poſuit, vt aliæ deprimãtur & finẽ habeãt, & alię naſcant & altius in ſurgant. Et deniq; nulla terminum ſibi ſtatutum prætereat: homo præſertim qui cũ eius vita ſit fragilior atq; breuior & multis expoſita periculis q̃ cæterorum animalium, ſua vel inſatiabili cupiditate vel alienæ fœlicitatis inuidia, aliorum fœlicitatem famamq; præclarã totis viribus & enixiſſime perdere ſtudet, exiſtimans falſoq; putans ſe malis alienis altius aſcenſurum,

DE PONTIFICIBVS ET MAGNATIBVS Hiſpaniæ & officiis incuria regum

REm non ingratam facturus videor, ſi magnates atq; Pontifices Hiſpanię præcipuosq; magiſtratus & ordines breui narratione retulero. Cum præſertim hoc à me multi ſæpe requirant & efflagitent, non Hiſpani ſolum, ſed etiam gẽtes externę & aliarum nationum, quæ res Hiſpaniæ ſcire deſiderant. Dicam igitur de Hiſpaniæ Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Pontificibus aliiſq; dignitatibus, quibus Hiſpania maxime floret. Sed imprimis concilia, magiſtratus, & officia memorabilia referam. Eſt itaq; in Hiſpania domoq; Regia cõcilium ſecretorum, cuius præſidentes ſunt reges.

¶ Eſt & aliud cõciliũ iuſticiæ, qđ regale vocãt, cuiꝰ p̃ſes omne ius & facultatẽ iuſticiæ liberã habet.

¶ Eſt & aliud concilium belli gerendi, cui Rex præſidet.

¶ Concilium ordinum, hoc eſt equitum militię Sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, quorum Præſidentes à regibus eliguntur.

¶ Concilium regii cenſus & omnium bonorum, cuius ptæſidentem reges eligunt.

¶ Concilium inquiſitionis in prauos hæreticos, cuius preſes eodem modo eligitur.

¶ Concilium de rebus Indicis.

¶ Concilium de rebus Aragoniæ, in quo eſt Procancellarius & auditores q̃ rẽtes vocãtur.

¶ Sunt in Hiſpania conuentus iuridici quatuor, vnus in oppido Pincia, quod Valladolid appellant, alius in vrbe Granatæ, tertius apud Callecos, & alius in Nauarra, Cęterum Pincianus

UVA. BHSC. IyR_186

conuentus & Granatenſis ſunt maioris autoritatis, & negociantibus frequentiores. Continet autem Pincianus conuẽtus ſuę iuriſdictionis populos, qui ſunt à ripa Tagi Caſtellam verſus, & Granatenſis ab eadem ripa Bethicam ferè totam. Sunt aũt in vtroq; conuentu preſidẽtes, & auditores duodecim, & tres iuſticiæ p̃fecti, quos Alcaldes appellãt, q de criminib⁹ iudicant.

¶ In curia autem regia iuſticiæ prefecti ſunt quatuor, quos item vocãt Alcaldes, qui de criminibus cognoſcunt, & facultatem habent in toto regno cognoſcendi in ſecunda & prima inſtantia de criminalibus cauſis & ciuilibus in curia regia & in populis & aliis locis diſtantibus à curia interuallo paſſuum viginti milium, quod ſpacium illi quinq; leguas appellant. Quorũ ſuptor eſt p̃ſidens & iudices, quos auditores appellãt. Quor⁹ p̃fector⁹ duo quolibet die ſabbato cũ vno de cõſiliariis carcerẽ viſunt, vbi reorũ cauſas delictaq; cognoſcũt & iudicant. Præſidens autem & auditores carcerem quoq; viſitant ter quolibet anno, id eſt tribus paſchalibus vigiliis. Nec alios quatuor illi præfecti ſuperiores cognoſcunt. Cæterum ſi quis eorũ deliquerit, à præſidente punitur. Eſt autem præſidentis autoritas maxima, in rebus p̃ſertim iuſticię, in quibus liberam habet poteſtatem. Quæ totius regni gubernatores, magiſtrat⁹ & iudices inſtituit. Curiæ præſes inſuper poteſtatem habet comp̃hendendi quẽcunq; omnium magnatũ, ſine vllo Regis imperio, ſi cauſa iuſta fuerit, & iuſticię neceſſitas. Eſt enim dignitas hęc in officio iuſticiæ & preminentiæ ſummę autoritatis à Rege ſecunda. Quę non tenetur viſere quẽq; magnatum, quamuis primarium, neq; exire obuiam legatis & oratoribus, nec vllo proficiſci, niſi duntaxat cum Rege, aut regio iuſſu. In ſententiis autem ferendis ſuffragium non habet, ſed ſui iuris eſt & voluntatis, vt lites finiantur & cauſæ, quas voluerit. Eſt autem hoc cõcilium regale ſupremum, ad quod tanq; caput recurrunt & appellant litigantes, qui ſe non iuſte condemnatos fuiſſe conqueruntur. Sunt in hoc concilio regali ſatellites, quos Alguaziles Hiſpani vocant, ordinarii duodecim, ſtipendiarii & alii ſine ſtipendio.

¶ Sunt & racionatores ſeu computatores, quos contadores maiores appellant. Qui regũ cenſus exigunt, & de cauſis regii patrimonii cognoſcunt, & cognoſcendi & iudicandi poteſtatẽ liberam habent, & vterq; ſubſtitutũ & ſuum locum tenẽtem, & alios neceſſarios officiales & miniſtros eligunt. Qui pręterea curam gerunt ſoluẽdi ſtipendia regis alumnis & domeſticis. In Hiſpania ſiquidem nemo regibus ſeruit ſine ſtipendio & aliis emolumentis, quæ reges benemerentibus vltro largiuntur.

¶ Sunt & alii duo raciocinatores maiores, quibus omnes, qui regia negocia geſſerunt, omniũ rerum & expenſarum rationem referunt.

¶ Sunt præterea in regia domo officiorum genera multa atq; diuerſa, & in vnoquoq;, qui cæteris præſidet & maior appellatur, vt maior domus, maior cubicularius, maior venator, maior mulio, maior aquarius, maior vexilifer, maior iuſticia, maior pincerna, maior diſpenſator, maior hoſpitiorũ præfectus. Ex quib⁹ officiis aliqua poſſident Hiſpanię nõnulli magnates hęreditario iure. Pro quibus exercendis à regibus ſtipendia capiunt. Et ſunt capitanei duo regiæ perſonę cuſtodes.

¶ Sunt & equites ducenti regię p̃ſonę cuſtodes, quorũ vnuſquiſq; magno ſtipendio meret. Sunt & alii qui Continui dicuntur, & ſtipendium capiũt octoginta ducatorum.

DE PONTIFICIBVS CASTELLAE.

INter Hiſpanię pontifices, q ſunt numero quinq; & quinquaginta, Toletanus antiſtes cæteros honoribus, redditibus, & dignitate præcedit. Eſt enim Caſtellę maximus Cancellari⁹, q nũc Hiſpaniarũ primatũ tenet ratione dignitatis. Cui⁹ reddit⁹ eſt octoginta milia ducator⁹.

¶ Archiepiſcopus Hiſpalenſis ducatorum milia quatuor & viginti.

¶ Archiepiſcopus Compoſtellanus milia viginti.

¶ Granatenſis archiepiſcopus cuius redditus eſt decem milia ducatorum,

¶ Epiſcopus Burgenſis cuius cenſus eſt ducatorum milia viginti.

Epiſcopus

UVA. BHSC. IyR_186

Epiſcopus Siguntinus ducatorꝝ milium viginti. Conchenſis Epiſcopus ducatorum ſede cim milium. Placentinus quindecim milium.
Palentinus Antiſtes & Perniæ Comes tredecim milium.
Menteſanus decem milium ducatorum. Segouienſis Epiſcopus milia quatuordecim.
Auilenſis redditus eſt octo milium ducatorum. Zamorenſis duodecim milium.
Cordubenſis cuius redditus eſt duodecim milium ducatorū. Oſomenſis decē milium.
Legionenſis octo miliū. Calagurritanus redditus habet ducatorū duodecim milium.
Salmanticenſis decem milium. Pacenſis ſex milium.
Ouetenſis ſex milium. Carthaginenſis redditus eſt quinq; milium ducatorum.
Aſtoricenſis quatuor milium. Caurenſis octomilium.
Ciuitatenſis quatuor milium. Malachenſis ducatorum decem milium.
Gaditanus octo milium & quingentorum. Guadixenſis milia duo.
Abderetanus mille & quingentorum. Mondonienſis mille & quingentorum.
Tuidenſis duorum milium. Olucenſis mille & quingentorum.
Orenſis trium milium. Canarię præſulis redditus eſt octo milium ducatorum.

¶De Aragoniæ, Valentiæ, Laletaniæ, Nauarrę Pontificatibus.

Cæſar aguſtanus Archiepiſcopus habet redditus viginti milia ducatorum.
Archiepiſcopus Valentinus tredecim miliū. Archiepiſcopus Tarraconenſis octo miliū.
Tiriaſſonenſis Epiſcopus quinque milium. Epiſcopus Oſcenſis trium milium.
Segobricenſis & Albarrazinenſis trium miliū. Barcinonenſis quinq; milium.
Ilerdenſis quinq; milium. Dertoſanus octo milium.
Gerundenſis quatuor milium. Vrgellenſis ſeptem milium.
Vicenſis duorum milium & quingentorum. Eunenſis mille & quingentorum.
Pompilonenſis epiſcopus ſex milium.

¶De Portugalliæ Pontificatibus.

In Portugallia prima pontificalis dignitas eſt Archiepiſcopatꝰ Vlixbonenſis, cuius redditus eſt ducatorum milium ſedecim.
Archiepiſcopus Bragēſis duodecim miliū. Epiſcopus Eborēſis ducatorū miliū viginti,
Epiſcopus Viſei octo milium. Epiſcopus Guardianus quinq; milium.
Epiſcopus Cohimbrenſis ducatorum duodecim milium.
Epiſcopus Portus quatuor miliū ducatorum. Epiſcopus Lamegenſis ſex milium.

¶De aliis Caſtellæ dignitatibus.

Fuerunt hactenus in regno Caſtellæ tres ordines militiæ, Sancti Iacobi ſcilicet, cuiꝰ cenſus eſt ſexaginta milium ducatorum, Alcantarę, quadraginta qnq; & Calatrauæ quadraginta. Quorum principes equitum magiſtri vocabātur. Cæterum has dignitates Catholici principes ad ſe tranſtulerunt, ſibiq; ſuſtituerunt alios, qui præfecti maiores appellantur, & Hiſpano ſermone Cōmendadores maiores. Eſt itaq; nūc p̄fectus maior Caſtellæ, præfectꝰ maior Legionis, p̄fectus maior Alcantarę, p̄fectꝰ maior Calatrauæ. Sub qbꝰ p̄fectis ſunt equites multi cōmendatarii magni cenſus. Sunt & Clauigeri duo, alter Alcantarę, & alter Calatrauæ.
Eſt & præfectus militię ordinis Sancti Ioannis, cuius cenſus eſt ducatorū milia quadraginta.
Apud Aragones autem, Valentinos & Laletanos, præfectus eſt & magiſter equitum militię ordinis Monteſani.

¶Ordines Pontugallię.

Magiſter equitum de Chriſtus cognominatus.
Magiſter equitum ordinis ſancti Iacobi.

UVA. BHSC. IyR_186

Magiſter equitum cognomento Dauis.
Præfectus maior ordinis de Chriſtus cognominatus.
Præfectus maior ordinis Dauis.
Præfectus maior ordinis Sancti Iacobi.
Præfectus ordinis Sancti Ioannis.

DE TITVLIS ET OFFICIIS CASTELLAE MAGNATVM.

NOuim⁹ i Hiſpania Caſtellę Comeſtabilē, Regis cubicularīū maiorē, de familia Velaſcorū. Eſt em̄ Comeſtabilis magn⁹ princeps, q regē comitat & in bello p̄ſertim gerendo. Nouimus & Almirantē Caſtellæ, q maris Hiſpani ius habet in nauigantes & imperiū. Ideoq; dux maris & dominus intelligitur. Quę dignitas eſt Henrricorum domus.
Nouimus & Caſtellę præfectum maiorem de domo Manrricorum.
Eſt præterea prę fectus Legionis de Pimentelorum familia.
Et præfectus Andaluſię de gente Henrrica.
Item prę fectus Galliciæ Mendocius.
Præfectus Granatę de domo Cardina.
Præfectus Caçorlæ, quem creat Archiepiſcopus Toletanus.
Præfectus Murciæ cognomine Faiardus. Verumenimuero, quos præfectos nos appellamus Adelātatos Hiſpani vocāt. Sunt præterea Caſtellę regni magiſtrat⁹ & officiales ſex, quos Mariſcales appellant.

DE MAGNATIBVS CASTELLAE, Legionis, Andaluſiæ, & Callecię.

REſtat nunc dicendum nobis de magnatibus Hiſpaniæ & vnius cuiuſq; cenſu, Qui & ſi non facile colligi poteſt, noſtro tamem & aliorum iudicio, a̓ numero certo & ſcopo non longe diſcedemus.
Ex magnatibus itaq; Caſtellæ primus eſt Comeſtabilis de Velaſcorum familia. Qui Caſtellæ Comeſtabilis dicitur, & Dux de Frias, & Phari Comes, q regis eſt cubicular⁹ maior. Cuius cenſus eſt ducatorum milia ſexaginta.
Almirātus Caſtellæ & Granatæ, Comes Modicanus, dominus Methymnę Roſecę & Palētiolæ habet quolibet anno quinquaginta milia ducatorum.
Dux Aluanus Marchio Caurenſis & Comes Saluaterranus, a̓ Toleto cognominat⁹, miliaquaginta.
Dux Infantatus Marchio Sanctillanæ Comes Realis de Mançanares & Saldañæ a̓ Mēdoça & a̓ Vega nuncupatus, milia quinquaginta.
Dux Methymnæ Sidoniç Comes Nebulę domus Gothomanę qnquaginta quinq; milia.
Dux Belaranus de Stugnica familia Marchio Bañaris Comes Gibraleonis & dominus Burgillos & Capillę Caſtelleq; iuſticia maior, milia quadraginta.
Dux Naiarenſis Comes Triuigni & dñs Hamuſci de ſtirpe Manrricorū & Laræ. xxx. milia.
Dux Methymnæ cœli Comes Portuenſis cognomento Cerda regię ſtirpis & antiquiſſimæ milia triginta:
Dux Alburquerquitanus Ledeſmę Comes Cueua cognominatus, milia viginti quinq;.
Dux Arcus Marchenę dominus a̓ Leone cognominatus, milia viginti quinq;.
Dux Maquetanus Granatæ præfectus de domo Cardina, milia triginta.
Dux Scalonæ Marchio Villænę & Moiæ, Comes Sancti Stephani de Pachiecorum antiquiſſima familia, milia ſexaginta.
Dux Seſæ & Terræ Nouæ Comeſq; Caprenſis cognomento Corduba, milia ſexaginta.

De Marchionibus.

Marchio Aſtoricēſis de Oſoria gēte Traſtamaræ Comes, & Sanctarū Martarū, milia quinq; & viginti
Marchio Aquilaris Comes Caſtañedę de genere Manrrico, milia duodecim.
Marchio Zenetanus de Mendocia familia, miliatriginta.

UVA. BHSC. IyR_186

Marchio Villæ Francæ, cui cognomento eſt Toletum, milia decem.
Marchio Plicenſis domus Aquilaris & Figueroæ & Comes Ferianus, milia quadraginta.
Marchio Aiamõtanus, & Comes Benalcaçaris Stunicæ domꝰ & Sotomaioris milia triginta.
Marchio Tariphę Bethicæ q̃ prouincię prefectus generis Henrrici, triginta.
Marchio Mondeiaris Comes Tendillanus & Caſtellanus Capitaneuſq̃ generalis Granatæ Mendociæ familię, quindecim milia.
Marchio Comarenſis Donzelorum cuſtos à Corduba cognominatus, milia duodecim.
Marchio Velienſium Murcię præfectus Faiardorum domus milia triginta.
Marchio Berlanguæ Touaricæ familiæ, milia ſedecim.
Marchio Villæ Nouæ domus Portu Carrerię, milia viginti.
Marchio Vallenſis de domo Corteſia, milia ſexaginta.

DE COMITIBVS CASTELLAE.

Magnus eſt in Caſtella Comitũm numerus & cenſus, quos in hoc loco ſummatim referemꝰ.
¶ Eſt itaq̃ in Caſtella Comes Beneuentanus, q̃ p antonomaſiã comes intelligit. Eſt p̃terea Villalonenſium dominus, & Portillonenſium, cui cognomen eſt Pimentelus. Habet autem cenſum quolibet anno ducatorum milia ſexaginta.
Comes Vreniæ, dominꝰ Peñæ fidelis, cui cognomen eſt Gironius, ducatorũm milia viginti
Comes Oſornus & dominus Galiſtei de familia Manrricorũ, milia duodecim.
Eiuſdem familiæ comes Paretanus, milia duodecim.
Comes Miranditanus & princeps domus Auellanetæ, gñre Stunicꝰ, ducatorũ milia viginti.
Comes Caſtrenſis & Aſtudilli de ſtirpe Mendoçia, duodecim milia.
Comes Montis Acuti Mendocius, quindecim milia.
Comes Coruñę generis eiuſdem, decẽ milia. Comes Plicẽſis Mendocius, octo milia.
Comes Alua Liſtenſis & Garrouillenſis Henrricus, milia viginti.
Comes Alcaudetanus à Corduba & Velaſco cognominatus, decem milia.
Comes Orgacii & dominus Sanctæ Olaliæ de familia Gothomana, milia decem.
Comes Cifontanꝰ & regis primipilus, quẽ Alferez maiorẽ vocãt, de domo Siluia, milia decẽ.
Comes Fonſalitanus ab Aiala cognominatus, milia quinq̃.
Comes Salinarum cognomine Sarmentus, milia decem.
Comes Ribadei de familia Villandrãdi, qui nunc litigat, milia ſex.
Comes Montis Rei Azeuedus & Stugnicus cognominatus, milia decem.
Comes Lunę familiæ Quiñonenſis, milia quinq̃.
Comes Lemianus Oſorius & Caſtrus cognominatus, milia duodecim.
Comes Chinchonenſis domus Bobadillæ, octo milia.
Comes Ribadauię & Gallecię prefectus cognomine Mendocius, octo milia.
Comes Aquilaris Arellanus, milia decem.
Comes Siruelæ dominus Roæ Velaſcus, milia ſex. Comes Nieuæ Velaſcus, milia ſex.
Comes Oropeſanus à Toleto cognominatus, ſedecim milia.
Comes qui dicitur Saluaterranus & dominus Hempudię cognomento Aiala, milia quinq̃.
Comes Ogñatenſis de domo Gueuara, milia quatuor.
Comes Bondianus cognomine Acuña, milia quindecim.
Comes Valentiæ Portugal cognominatus, milia duodecim.
Comes Metellini de domo Villæ fortis, milia ſedecim.
Comes Geluenſis à Portugallia cognominatus, milia decem.
Comes Puñi Roſtri Arias ab Auila cognominatus, octo milia.
Comes Sancti Stephani Portus cognomento Benauides, tria milia ducatorum.
Comes Palmæ Portucarrerius, octo milia.

UVA. BHSC. IyR_186

Vicecomes Balduernę cognomine Baçanus, octo milia.
Vicecomes Altemiræ cognomine Biuerus, quatuor milia.

DE MAGNATIBVS ARAGONIAE Valentiæ, Laletaniæ, & Nauarræ.

COmestabilis Nauarræ & Comes Lerinensis Viamontanæ familiæ, octo milia.
Dux Lunę domus Aragoniæ ducatorum milia viginti.
Dux Cardonæ familię Remonfolchensis, & Comes Galladensis milia triginta.
Dux Segobricensis & Comes Ampuriarum domus Aragoniæ, milia septēdecim.
Dux Gandianus familię Borgensis milia duodecim.

De Marchionibus.

Marchio Denensis cognomento Roias & Sandoualus, milia quatuordecim.
Marchio Elchensis cognomine Cardinas, milia Decem.
Marchio Falcensis de familia Peralta, octo milia.

De Comitibus.

Comes Ribagorciæ domus Aragoniæ, ducatorum milia septem.
Comes Aranditanus de familia Durrea, milia septem.
Comes Fontanus domus Herediæ, milia quatuor.
Comes Saſtagensis, milia quatuor.
Comes Belchitanus Ixar cognominatus, milia quatuor.
Comes Oliuensis cognomento Centellas, milia quinq;.
Comes Concentainæ de domo Corella, milia quatuor.
Comes Albaidensis cognomento Milan, milia quatuor.
Comes Almenarensis, quatuor milia.

De Vicecomitibus.

Vicecomes Ebolensis Aragonię domus, tria milia.
Vicecomes Peraltæ, duo milia quingenta.
Vicecomes de Bas cognomento Cabrera, duo milia & quingenta.

De Portugallię magnatibus.

Portugalię Rex ditiſſimus.
Sunt in Portugallia præterea multi magnates illuſtres & magni cenſus. Ex quibus eſt dux Bergancię regia ſtirpe progenitus, cuius cenſus eſt, quadraginta milium ducatorum.
Dux Barcelorum filius ducis Bergancię.
Dux Cohimbræ & Marchio Turrium Nouarum, quorum cenſus & cognomina me latent.
Marchio Villæ Regalis, & Comes Alcoutini, cuius cenſus eſt quindecim milium ducatorum.

De Comitibus.

Comes Marialuę genere Coutinorum, milia duodecim.
Comes Penilensis de familia Vaſconcelorum, milia quatuor.
Comes Portalegrenus Siluerię domus & Regis conomicus maior, milia quinq;.
Comes Vemioſanus de Soſa familia, regii patrimonii procurator, milia quinq;.
Comes Monſantinus de genere Coutinorum, milia quinq;.
Comes Pratensis genere Soſanus, tria milia.
Comes Teutugalensis regia ſtirpe genitus, octo milia.
Comes Bratensis Dalmeida cognominatus, tria milia.
Comes Feirensis Pereiræ domus, tria milia.
Comes Linares Portugaliæ Regi coniunctiſſimus, tria milia.
Comes Rondonensis familiæ Coutinorum, milia quinq;.

UVA. BHSC. IyR_186

Sunt in Hispania præterea multę domus nobiles & magni census, quos enumerare longū esset. Cęterum totius Hispaniæ census, meo iudicio, in tris diuiditur partes ferè æquales, quarum vna est Regum, altera Magnatum, tertia Pontificum & sacerdotum.

DE HISPANORVM MORIBVS, INGENIIS ET HABITV.

HIspanorum hominum ingenia, mores & habitus alios fuisse quondam legimus, alios nunc esse cognoscimus. Diuersitas enim gentium, quę de multis & remotis regionib⁹ in Hispaniam venere, non solum mores, ingenia, cultus & linguam mutauit, sed etiam multarū vrbium, oppidorum, fluminum & aliarum rerum nomina deformauit. Quandoquidē consuetudines & commercia mores faciunt. Atqui bona sæpe mutantur in peius, raro autem mala vertuntur in bonum. De præteritis igitur, vt ad rem redeamus, Hispanorum moribus & ingeniis ea quę legimus apud antiquos autores, & de præsentibus, quod sentimus & longa cōsuetudine cognouimus, non ingrata narratione dicemus. Et primum de veterum Hispanorū virtute bellica magnaq; fortitudine, de qua Gręci Latinique scriptores meminerunt, aliquid referemus. Fuit itaq; gens Hispana bellicosa semp, & prona militaribus officiis, equis & armis vtens, bello magis gaudens q̄ pace, laboris & famis patiens. De cuius militari virtute Lucius Florus hoc scriptū reliquit. In vltionē igit̄ patris ac patrui missus cū exercitu Scipio, cui tam grande de Aphrica nomen fata decreuerant, bellatricem illā viris armisq; nobilē Hispaniam, illā seminariā hostilis exercit⁹, illā Hannibalis eruditricē, incredibile dictu, totā à Pyreneis mōtib⁹ in Herculis colūnas & Oceanū recupauit. Iustin⁹, Hispanoꝝ, inqt, hoim corpora ad inedią laborēq; animi, ad mortē parati. Dura oībus & stricta parsimonia, bellū q̄ ociū malūt. Si extraneus deest, domi hostē quęrūt, Sępe tormētis, p silētio rerū creditarū, immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura est, q̄ vitæ. Celebrat̄ eodē etiā bello Punico famuli illius patiētia, q vltus dominū inter tormēta risu exultauit, ferenaq; lætitia crudelitatē torquentiū vicit. Velocitas genti pnix, inquies anim⁹ plurimis, militares equi & arma sanguine ipsorū chariora. Nullus Hispanis nisi festis diebus epularū apparatus. Nullus in multis sæculis dux magnus præter Viriatū fuit, de quo scripsim⁹ alio loco. Repetenda memoria nobis est & virtus ingēs in p̄lio duorū fratrū, Mendoni scilicet, & Indibilis. Qui vt Titus Liuius meminit, Scipionē illū magnum Romanorū ducē mirū in modum fatigarūt, & p patriæ suę libertate fortissime pugnātes occubuere. Quid p̄terea de Numantinorū fortib⁹ & inuictis animis cōmemorem? De quibus Lucius Florus admiratus hæc scripsit. Numātia quantū Carthaginis, Capuę, Corinthi, opib⁹ inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus, summūq;, si viros æstimes, Hispaniæ decus. Quippe qui sine muro, sine turribus modice edito in tumulo apud flumē situata, quatuor Cæltiberorū milibus exercitū quadraginta miliū p annos quatuordecim sola sustinuit. Nec sustinuit modo, sed aliquanto sæuius perculit, & pudendis funeribus affecit. Nouissime cū inuictā esse cōstaret, opus quoq; eo fuit, qui Chartaginē deleuerat. De quib⁹ cū Scipio verā vellet & sine exceptione victoriā, eo necessitatū cōpulsi, primū, vt destinata morte in p̄liū ruerent, cū sese prius epulis quasi inferiis impleuissent, carnis semicrudæ & cęliæ, sic vocāt indigenæ ex frumēto potionē. Intellectū fuit ab Imperatore cōsilium. Itaq; non est p̄missa pugna morituris. Cum fossa atq; lorica quatuorq; castris circundatos, fames p̄meret, ab duce p̄lium orantes, vt tanq̄ viros occideret. Vbi nō impetrabāt, placuit eruptio. Sic itaq; in vltimā rabiē furorem q̄ conuersi castra hostium inuasere. Quo prælio, vt scribit Liuius, à Numantinorum quatuor milibus Romanorum milia triginta cęsa fuere. Siquidem Liuius sic refert. Cum Cęltiberis bellum gestum est à Romanis per viginti annos, quod Cantabricum appellatur, à Cantabris populis. In quo bello Numantia suas ostentauit vires. Nam duces quosdam superauit & triginta milia Romanorum illic cæsa sunt à quatuor milibus hostium. Cętetum quod Diodorus Sicul⁹ de bellica Hispanorū virtute scripsit, omittēdū nō est. Iberi quōdam, inquit, Cæltæq; pro agris bello certātes pace demū constituta cōmunicataq; inuicē pa-

Lucius Flor⁹
Laus Hispaniæ.
Iustinus.
Pueri constantia.
Viriatus.
Mendonius.
Indibilis.
Titus Liui⁹.
Luci⁹ Florus
Cælia.
Liuius.
Diodorus Siculus.

UVA. BHSC. IyR_186

tria, cū mutua cōnubia pmiſiſſent, dicunt harum rerū cōmunione id nomē ſortiti. Duæ igit robuſtæ nationes in patria fertili coniunctæ effecere, vt magnū eſſet Cæltiberorū nomē. Non enim equites modo, ſed & pedites aptos bello, robore, malorūq; tolerantia cęteris excellētio res habent. Breui vtunt veſte ac nigra, lanā habente ſimilē caprarū pilis. Armant Cęltibero rum qdam ſcutis leuib⁹, alii rotūdis vmbonibus, magnitudine clypei. Cruribus ocreas ex pi lis factas aduoluūt. Galeas ferunt æreas criſtatas palmis. Gladios inſup ex ferro puro ad palmi menſurā, quibus in cōferta vtunt pugna. Ferrum ſuo more ad cōficiēda arma pparant. Nā fer reas laminas i terrā abſcōdentes ibi tā diu eſſe ſinūt, quoad debiliori parte ferrugine abſum pta, validior ſuperſit, ex eo tū enſes fortiſſimos, tū cætera ad belli vſum arma neceſſaria cōpo nūt. Hoc pacto fabricata, cædūt omnia, vt nec ſcutū nec galea nec qd aliud eis obſiſtat. Duo bus gladiis fulti cū equeſtri certamine ſu piores euaſerit, ex equis deſiliunt, & pedeſtrē adiuuāt pugnā. Mirabilis apud eos viget conſuetudo. Nā cū mūdicia ſemp elegantes exiſtāt, vna in re vident immūdi & ſpurciciæ pleni. Vniuerſum ſiquidem corpus lauant vrina, denteſq; fricāt, hanc optimā corporis curā exiſtimātes. Quod & ſi vituperat Diodor⁹, ego tamē laudo. Ma gna ſiqdem vis ineſt vrinæ, quę multis morbis medetur, vt philoſophi dicūt & medici. Erga nepharios homines atq; hoſtes crudeles ſunt, cū aduenis aūt humani atq; hoſpitales. Adue nientes externos benigne hoſpitio recipiunt, adeo vt æmulatione quadā inuicem pro illorum honore certent. Quos aduenę ſequūtur, hos laudant, amicoſq; deorum eſſe putant. Nutrium tur affluenter variis carnibus, potū ex melle conficiunt, eius copiam prębente affatim patria. Vinum emptū bibunt mercatorum opera aduectum. Ex propinquis gētibus gratior eſt eis Vaceorū natio. Hi enim annis ſingulis ſortitos inter ſe agros colūt, fructuſq; cum cęteris cō municāt, cuiq; ſua portione pbita. Quod ſi qs agricolæ quid abſtulerit, eueſtigio mulctatur morte. Cęltiberorū fortiſſimi habent, q appellant Luſitani. Peltas in bello paruas ex neruis confectas, quibus tegatur corpus, habēt. Hiſin bello ea agilitate vtuntur, vt & ictus & ſagit tas euitent. Iaculis ferreis hamatiſq; vtūtur, quę longe iaciunt & ſumma arte. In acie diutius pſeuerāt mobili corpore leuiq;, vt facile & fugiant hoſtē & inſequant. In pferendis periculis ſupantur á Cæltiberis. In pace autē choreas leui ſaltu exercent quadam crurum agilitate. Bel la ad numerū aggrediūtur, Iberi Luſitaniq; ętate integra præſertim inopia oppreſſi, qui ro bore præſtant & audacia, in montibus aſperis diuerſiſq; per Iberiam locis latronum more le ui armatura agiliq; corpore veloces diſcurrunt. Populatiſq; agris ad mōtes veluti tutā patriā, cum locorū aſperitate nullus eō exercit⁹ adire poſſit, confugiūt. Aduerſus eos pfecti cum exer citu ſępe Romani eorum audaciam repreſſerunt, prędam autem & latrocinia nequaquā tollere potuere. Titus etiam Liui⁹ Hiſpanos hoc modo commendauit, ſcribens: prima luce, inquit, ſub iugo mōtis prelium fuit, quo intercluſam á ſuis leuem armaturam, facile etenim numero aliquantum præſtabāt, Romani ſuperaſſent, niſi Hiſpanorum cohors ad id ipſum remiſſa ab Hannibale peruenifſet. Ea montibus aſſuetior, & ad concurſandum inter ſaxa rupeſq; aptior ac leuior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu cāpeſtrem hoſtem grauem armis ſtatariūq; pugnæ genere facile eluſit. Ita haud quaq; pari certamine digreſſi Hiſpani fere oēs incolumes, Romani aliquot ſuis amiſſis in caſtra contenderunt. Idem Liuius in oppugnatio ne Capuę ſcripſit Hannibal locum difficiliorem Hiſpanis aſſignauit. Idem ſcribit, Hiſpania non quàm Italiamodo, ſed quàm vlla pars terrarum bello reparando aptior eſt locorum hominumq; ingeniis. Itaq; ergo prima Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continen tis ſint, poſtrema omniū noſtra demum ætate ductu auſpicioq; Auguſti Cęſaris perdomita eſt. Strabo quoq; de Gallorum & Hiſpanorum pugnandi virtute ſcribens ſic primum de Gal lis refert. Quam ob rem eorum facilius deſolationes euenire contingit, cum gregatim inferā tur & totus ſimul exercitus ex vniuerſis excitetur habitaculis, cum ab aliis validioribus eiici antur. Hos Romani minori negotio, quàm Hiſpanos, ſubiugarunt. His enim antea bellum inferre incipientes, nouiſſime finierunt. Illos autem medio in tempore cunctos debellaue

Quomodo fiunt arma fortiora.

Hiſpanorū ueterum cū aduenis humanitas.

Titus Liui⁹.

Strabo.

UVA. BHSC. IyR_186

runt penitus, qui intra Rhenum Pyreneoſq; montes iacent. Nam qui gregatim totis copiis irruebant, gregatim ſimul debellabantur. Hiſpani vero prelia partiti, vires, vti depoſitum, ſeruabant. Alii alio tempore aliiſq; in partibus latrocinandi more belligerantes. Hiſpanorum porro fuit olim hoſtem punctim magis adoriri q̄ cęſim, ideoq; gladiis breuibus vtebantur. Quibus, vt ſcribit Phylarc⁹, micrologia propria fuit. Qui res vel minimas plurimi faciebāt, & auaricię ſtudio ſemel tantum die cibum capiunt. Sunt, inquit & hydropotæ, & in tam aui- do ingenio, veſtibus tamen amiciuntur vel precioſiſſimis. Artemidorus autor eſt, mulieribus Hiſpanis monilia ferrea geſtare conſuetum, ē quibus in verticem ſurrectos coruos itidem fer- reos decumbere in frontem longius, vt propendens inde velum vmbellæ vicem preſtet de- fendendo ſoli. Mundus hic ſumme illis precioſus. Apicem aliq; pedali menſu protollunt, co- mamq; apte circumnectunt, galearico atri coloris ſuperiecto. Hęc nos apud Aſtures & Canta- bros ſępe vidimus, riſum vix comprimentes. Cum autem gererentur in Cantabrica res, filios ne fierent hoſtilis præda & ludibriū, matres cōtrucidarunt. Quin & puer cum parentes com- peditī aſſeruarentur & germani, confodit omnes. Mulieribus & illud proprium opere ruſti- co ſumptum ſuum exercere. Puerperę viris ipſarum vice decumbentibus adminiſtrant. Infan- tem ęditum in fluminum abluunt ripis. Cantabros ferunt iuris hoſtium factos ac patibulo af- fixos in tanta ſupplicii diritate nihilo minus perinde ac geſtientes Pæana cōcinere. Inſpectis humanis extis futura coniectant. Dextras captiuorum præciſas numinibus obtuliſſe pium il lis præcipue. Hydropotæ imprimis, id eſt, aquæ potores, qui montaua incolunt, frōte mitris culta pugnam ineunt. Aegrotos producūt, vt á prætereuntibus, quos eiuſmodi quippiam in feſtarit, aliquid ſalutaris opis afferatur. Huiuſmodi moribus quōdam vixiſſe ferūt, Callecos, Aſtures, & Cantabros & cæteros vſq; ad Pyrenea iuga morantes. Luſitanos, inquit Strabo, ſcrutatores, veloces, agiles, verſatiles eſſe fama eſt. Scutum duum pedum ad latitudinē geſtant curuū, ad anteri ora proſpectans, loris depēdens, cui neq; fibula, neq; anſa vlla eſt. Gladiolus autem pugio lateri adhæret. Plurimi lineos thoraces habent, perpauci loricis vtuntur, aut cri- ſtatis caſſidibus, nonnulli neruatis galeis. Peditibus ocreę adſunt, vnuſquiſq; plura fert iacula. Quidam vtuntur & haſtilibus, quibus cuſpides ſunt æreæ. Vnicus illis eſt cibus, mundus qui dem ac ſimplex, montes preſertim incolentibus. Aquarum potores & humi cubitores, lōgas, vt fœminæ, inferius diffundunt comas. Hirco maxime veſcuntur, quem & Marti immolant, ſicut & captiuos & equos. Gymnica etiā conficiunt certamina, armis exercent ludos, & equis & ceſtibus & curſibus & tumultuaria pugna & inſtructo per cohortes p̄lio. Mōtani homines duabus anni partibus querna veſcunt glande. Quam cū ſiccauerint, frangunt, molūt, panes conficiunt, & ad tēpus reponūt. Hordeaceo vtunt vino. Pro oleo butyrū vſurpāt. Sedētes cœ nitant, inter potandū ducto ad tibiā vel tubā choro ſaltant inflexis exultantes pollicibus.

Phylarcus.

Artemidor⁹.

Antiquarum mulierū cul- tus.

Pueri facin⁹.

Strabo.

DE VETERVM HISPANORVM CONSTAN- TIA ET FIDELITATE.

DE bellica Hiſpanorū virtute, moribus & ingeniis loquuti, de fide atq; conſtantia pau- ca referem⁹. Quæ q̄dē duæ virtutes cū in aliis multis Hiſpanis, tū vero in Sagūthinor⁹ animis admirabiles fuere. Qui q̄dē, vt fidē ſeruarēt, crudeliſſimā ſubire mortē maluerūt, q̄ á Romanis deficere. De qb⁹ Luci⁹ Flor⁹ hoc mō gemēdo cōſcripſit. In cauſa belli Carthaginē ſibus cōtra Romanos Sagunth⁹ delata eſt, Hiſpaniæ ciuitas & opulēta & fidei erga Romanos magnū quidē, ſed triſte monumentū. Quā Hannibal, cauſas nouorū motuū q̄rens, & ſuis & ipſorū manibus euertit, vt Italiā ſibi rupto fœdere apiret. Sūma fœderū Romanis religio eſt. Itaq; ad auditū ſociæ ciuitatis obſidiū, memores icti cū Pœnis q̄q; fœderis, nō ſtatim ad ar ma p̄currūt, dum prius more legitimo q̄ri malūt, interim nouē iā mēſib⁹ feſſi Sagūthini fa me, machinis, ferro, & igne, verſa deniq; in rabiē fide īmanē ī foro excitāt rogū, tū deſup ſe ſu oſq; cū opib⁹ ſuis ferro & igne corrumpūt. Quod et Valeri⁹ Max. hoc modo meminit. Poſt duor⁹ i Hiſpania Scipionū, totidēq; Romani ſanguinis exercituū miſerabilē ſtragē Sagūthini

Lucius Flor⁹

Val. Max.

UVA. BHSC. IyR_186

victricibus Hannibalis armis intra mœnia vrbis suæ compulsi, cũ vim Punicam vlterius nequirent arcere, collatis in forum, quæ vnicuiq; erant chariſſima, atq; vndiq; circundatis accensiſq; ignis nutrimentis, ne à ſocietate noſtra deſiſterent, publico & communi rogo ſemetipſi ſupiecere. Silius etiã Italicus Sagũthinorũ nobiliſſimas animas cõmẽdans hoc modo cecinit.

Silius.

At uos ſydereæ, quas nulla æquauerit ætas,
Ite decus terrarum animæ uenerabile uulgus
Helyſium, & caſtas ſedes decorate piorum.
Quis uero non æqua dedit uictoria nomen
Audite ô gentes, neu rumpite fœdera pacis,
Nec regnis poſtferte fidem.

Liuius.

Cæterum, qui Sagũthinorum erga Romanos fidem cognoſcere velit, Liuium legat ex eo loco, vbi ſic incipit. Et iam omnia trãs Iberum, prẽter Sagũthinos, Carthaginenſium erãt. Probatur Hiſpanorũ fides & Iulii Cæſaris iudicio. Qui cum totũ terrarũ orbem ſubegiſſet, Romam reuerſus ſuæ ſalutis cauſa Hiſpanorum cuſtodes elegit. Quos cum dimiſiſſet fide Romanorũ fretus paulo poſt occiſus eſt. Qua de re Suetonius meminit. Auguſtus etiã Cæſar in ſui cuſtodiã Calagurritanos elegit, quod idẽ Suetonius in Octauiani vita commemorat.

Suetonius.

Calagurritanorum laus.

DE VETERVM HISPANORVM LINGVA.

PRimis totius Hiſpaniæ cultoribus & indigenis vſq; ad aduentum Carthaginenſiũ et Romanorum, qui tunc omnes latine loquebantur, eam linguam fuiſſe quidam autumant, qua nunc Vaſcones vtuntur & Cantabri. Qui tot ſæculis & temporum varietatibus, neq; linguam, neq; mores, neq; corporis cultus vnq̃ mutauere. Cæterum gen⁹ illud ſermonis Hiſpani initium habuiſſe credendum eſt, non ab Iberis, non à Sagis, nec à Fœnicibus, quos in Hiſpaniam quondam veniſſe quidam ſcripſerunt, ſed à primis illis Hiſpaniæ cultoribus, quos linguarum diuerſitas à patriæ ſedibus exulare coegit. Quiſquis igitur ille fuerit, qui in Hiſpanũ orbem è turre Babilonica ſe primum contulit, iſdem profecto vnum ſecũ attulit é ſeptuagin ta duobus idioma, quæ in illius nouæ ciuitatis erectione Deus Optimus Maximus turrim cõſtruentibus impartiuit. Quod cũm in reliquis Hiſpaniæ partibus ob aduenticias gentes immutatum fuerit, aut corruptum, apud Vaſcones tamen & Cantabros eãdem illius idiomatis formam abſq; mutatione ulla perſeueraſſe indicio eſt, regionum illarum veluti ſolitudo, ac nulla cum exteris nationibus vel conſuetudo vel commercium. Quæ duo maxime ſolent, vt ſupra diximus, linguam ſimul cum moribus immutare. Quatuor ſiquidem ſunt hominum ſpecies in Hiſpania, dũtaxat indigenarum, nulliuſq; gentis externæ participantium, Galleci ſcilicet, Cantabri, Vaſcones, & Aſturiarum montani populi. Quibus cũ neq; Græci, neq; Iudæi, neq; Carthaginenſes, aut Romani, aliæve gentes externæ commercium habuere. Cuius rei cauſam inde ni fallor, augurari licebit, q̃ harum regionum incolæ ſic ſemper fuerunt bellaciſſimi, atq; hoc tempore, vel q̃ Imperatores de hiſce regionibus victoriam reportantes (ſi qui tamen fuerunt) apud eaſdem ob locorum aſperitatem, gẽtiſq; mores indomitæ, diuti⁹ commorari noluerũt. Quod ſi noſtra hæc de origine Hiſpani ſermonis opinio quibuſdam lectoribus obſcura videbitur & minus probabilis, vna tamen ſimillima in re fiet q̃ veriſſima. Videmus enim Granatæ regni populos barbaricæ gentis à Catholicis principibus deuictos, Chriſtianorum cõſuetudine atq; conuictu linguam noſtram, quam vulgo Caſtellanam vocamus, iam omnes didiciſſe, ſibiq; propriam, vernaculam, & natiuam oblitos penitus. Qui vero montes aſperos & inacceſſibiles, quos Alpuxarras appellant, incolunt, ſuis moribus & lingua vti. Idem igit̃ & Cãtabris & Vaſconibus accidiſſe, qui in Hiſpaniæ prælijs ac tumultib⁹ ad regiones aſperitate locorum haud ſumme cognitas receſſerunt, minime mirum fuerit. Vnum interim fatebor ingenue antiquum illud Hiſpanorum idioma, quod integrum vſq; ad hæc ferè tempora manſit, &

UVA. BHSC. IyR_186

incorruptum, ætate nostra plurimum esse etiam apud Cantabros deformatum ob communē iam illorum cum exteris nationibus consuetudinem. Est itaq; vt vel summis, quod aiunt, labiis antiquę illius Hispanę linguæ gustatiunculam attingamus, eiusdem idiomatis proprium in compluribus dictionibus singularem numerum in. A. literam, pluralem vero in, ac, desinere, vt Lurra singulari p terra, & Lurrac numero plurali pro terris. Tametsi genus hoc loquendi nonnulli opinantur non aliunde aduectum fuisse, sed indigenarum, hoc est, non à gentibus aduenticiis Hispanos doctos fuisse, sed à natura. Cui? sermonis exēpla quædā ponere placuit.

¶ Vocant itaq; Vascones Cœlum, Ceruia. Terram, Lurra. Solem, Eguzquia. Lunam, Irargui'a. Stellam, Içarra. Nubem, Odeya. Panem, Ogui'a. Vinum, Arda'oa. Carnem, Aragui'a. Maritū, Senarra. Flumē, Iba'ya. Bibo, Edatēdo't. Lego, Iracurtendot. Domū, Eche'a. Villam, Vria. Lectum, Oeca. Interulam, Alcandō'rea. Senem, çarra. Album, çuri'a. Nigrum, Belça. Rubrum, Gorri'a. Piscem, Arraya. Amare, Onerextea. Dormio, Lonaçà. Video, Bacusi't. Hominē, Guiçona. Mulierem, Emaztea. Filium, Seme'a. Filiam, Alaue'a. Patrem, Ayte'a. Matrē, Ame'a. Fratrem, Anage'a. Sororem, Arreue'a. Corpus, Gorpuçà. Ignem, Sua. Formosum, Ederra. Comedere, Ian. Curro, Laster eguitendot

Hispanorū primæ linguæ uocabula.

¶ Habent etiam numerandi modum dicentes. Vnum, Bat. Duo, Bi. Tria, Iru. Quatuor, Lau. Quinq;, Bost. Sex, Sey. Septem, çaçpi'. Octo, çorci'. Nouem, Vedraçi'. Decem, Amarr. Viginti, Oguey. Triginta, Oguey'tamar. Quadragīta, Berroguey. Quīquaginta, Berroguey'tamar. Sexagīta, Yruroguey. Septuaginta, Iruroguey'tamar. Octoginta, Lauroguey. Nonaginta, Lauroguey'tamar. Centum, Eun.

LIBER QVINTVS

DE LAVDIBVS QVAS HISPANI NOSTRI temporis in officio militari meruerunt.

Scripsimus hactenus de veterum Hispanorū moribus & ratione viuendi. Reliquum est igitur vt aliquid de præsentibus breuiter attingamus. Nam si res in bello gestas ab Hispanis nostri temporis, aliaq; præclara facinora stilo prosequi vellemus, nimirum maiora volumina conficerē q̄ Liuius atq; alii multi vel Latini, vel Græci scriptores de Romanorū rebus gestis conscripsere. Siquidem neq; Crispus alter, neq; Valerius Maximus, aut Suetonius, qui paucis verbis multa magnaq; perstrinxerunt, Hispanorū nostri sæculi virtutes egregias & res memorabiles, non dico modicis, sed ne maximis quidem voluminibus comprehenderent. Quos enim scriptores non defatigarent, quos poetas non deterrerent, cuius ingenium fœlix q̄libet & facundum nō superarent numerus & magnitudo rerum quas Hispani viri admodum fortes ętate nostra domi forisq; gesserunt admirabiles? Aut quis Hispaniæ duces magnanimos, quis inuictissimos equites & fortissimos milites, quos in bello Granatensi cōtra Mauros acerrimos hostes animosissime pugnātes vidimus, enumerauerit, aut meritis laudibus prosequetur? Qui p̄fecto debellatis ferocissimis hostibus magnos triumphos & ingentes laudes famamq; gloriosam meruerūt. Quas deinde victorias in Italia magnaq; Græcia de pugnacissimis Gallis habuere? Sūt enim semperq; fuerunt Hispani natura bellaces, Qui vel à teneris annis armis libentius & equis studēt, q̄ cæteris artibus & officiis. Quapropter cum Frāciscus Rex Gallorum per Hispaniam proficisceretur, & adulescentulos impubes ensibus præcinctos aspexisset: O fœlix, inquit, Hispania, quę viros parit & nutrit armatos. Expertus enim fuerat Hispanorū vires & inuictissimos animos. Quos armorum splendor vsusq; delectat, & tubarum sonitus acuit & vehementer accendit. Quare meo quidem & aliorum iudici omortales omnes Hispani bellica virtute præcedunt.

Hispani natura bellaces.

Gallorū Regis inuidia.

UVA. BHSC. IyR_186

Quippe qui non modo viribus corporis & agilitate plurimum valent, sed etiam animi fortitudine laborum, famisq; tolerantia, atq; prudentissimis consiliis, quibus optimi duces vti solent, maxime pollent.

DE HISPANORVM INGENIIS AD LITERAS CAPESSENDAS.

SVnt Hispani præterea ad literas aliasq; res & mechanicas artes capessendas idonei prompticq;. Qui facile mechanicas artes & liberales addiscunt, & magnas ingenii dotes & altas animi virtutes exercent. Quorum tamen plærisq; vix quotam partem rerum, quas admirandum sibi proposuerunt, consequuti, falsam sibi scientiæ persuasionem induunt, & lucri cupiditate capti, alii sibi populi regum q; gratiam conciliant, & mortuorum fiunt hęredes. Alii calũniose stultorum lites controuersiasq; differentes magnam pecuniarum summã venantur. Alii hominum vitæ necisq; sese dominos constituunt, & fiunt non solum bonorum, sed etiam animarum negociatores. Qui quoniam non, vt scientiam adipiscantur, dant operã literis, sed vtilitatis amore flagrantes, etsi pecuniarum diuites fiunt, pauperrimi tamen moriuntur. Siquidẽ statim veniunt in obliuionem, & eorum nomina cum vita simul extinguntur. Tametsi cupiditas hęc humanarum rerum, & amor cæcus habendi vbiq; terrarum cõmunis est. Sed ad Hispanos redeo. Quorum qui sese literarum studiis applicant, & non quęstus, sed scientiæ causa quam cœperunt ire viam pergunt, itidies altius euolantes, cœlunt scandunt, & morientes se vixisse laborum suorum monumentis, quę sunt immortalia, testimonium relinquunt. Nos autẽ talium virorum quosdam non solum præteritorum, sed etiam nunc viuentium, quos vel consuetudine, vel suis operibus famaq; cognouimus, in alio loco nominatim recensebimus.

Cupiditas inimica uirtutis & scientiæ.

Indocti pauperes moriuntur.

DE HISPANORVM VRBANITATE ET diligentia in educandis liberis.

PRobantur Hispanorum mores & vrbanitas et in liberis educandis probitas & diligentia, quę quidem maxima est virtus. Siquidem liberis priusq; nascantur, nutrices prospiciunt, & pædagogos moribus & vrbanitate probatos. Quod non tam bene fit apud alias gentes. Quapropter Hispanorum mores & virtutes egregias, optimamq; consuetudinem Gallorum Rex expertus, ex Hispania discedens, vbi filios obsides relinq̃bat, eos tristes & quasi flentes hoc modo consolabatur. Ego filii charissimi vos in Hispaniam venisse non moleste fero, sed magnas Deo gratias ago. Siquidem vos non vt obsides apud hostes barbaros relinquo, sed cum Hispaniæ principibus consanguineis nostris, & nobilissimis equitibus, vt eorum mores addiscatis & vrbanitatem. Quibus quidem Hispani sine dubio reliquos omnes longe prę stant. Nouimus in multis Hispaniæ viris, & nonnullis etiam mulieribus, meritoq; laudandam admirabilem patientiæ virtutem, simulationem quandam ac dissimulationem. Quę quidem suo loco & tempore summa est prudẽtia, præsertim si vel necessitatis causa fiat, vel honoris.

Galliæ Regis uerba ad filios.

DE LINGVA QVA NVNC VTVNTVR HISPANI.

SErmo vero, quo nunc vtuntur Hispani, Latinus est, quem à Romanis acceperunt, ideoq; Romancium vocant. Qui propter aduentum Barbarorum aliquantulum degenerauit à lingua Latina. Quod si neq; Gothi neq; Mauri, Barbaræ gẽtes, in Hispaniam venissent, tã Latinus esset nunc Hispanorum sermo, quàm fuit Romanorum tempore Marci Tullii. Cæterum lingua hæc, quæ nunc etiam Castellana vocatur, in Bethica prouincia totaq; Lusitania, id est, à Gadibus vsq; ad ciuitatem Burgensem & Cæsaraugustam multo est elegantior, multoq; copiosior. Cuius rei causam esse arbitror, vel q̃ in hac regione, quę fertiliorem Hispanię partem mediumq; ferè continet, plures Romanorum coloniæ fuerunt, q̃ in aliis Hispaniæ partibus. Vel q̃ in ciuitatibus & populis huius regionis Hispaniæ principes, multiq; nobiles, qui magis ornate loquũtur, q̃ cæteri, frequentius cõmorant q̃ in aliis. Vel ratione climatis, quo

UVA. BHSC. IyR_186

pars illa tegitur Hispaniæ, quā diximus. Sub cuius sydere terra fertilior est & clariora nascuntur ingenia. Hispanorū autem linguam, quam Romanam esse diximus, Græcæ quoq; participem fuisse quibusdā vocabulis, quib⁹ adhuc vtuntur Hispani, facile probabimus. Siquidem loquacē hominem, quem Græci pampharrō vocant, Hispani fampharronem dicunt, & ōma Græci dicunt, & Hispani, pro accipe vel possīde. Pasō Græci dicunt, & Hispani paso pro sīste vel mane. Itē cara qđ Græce caput significat. Camis Græce dicitur, quā Hispani camā vocant. Tios Græce & Hispani tio. Reo Græce, & Hispane rio. Artos Græce dicitur quod significat panē, & inde Artesam dicunt Hispani, in qua panis conficitur. Camarā dicunt Hispani, Græciq;, quæ significat fornicē. Vtuntur Hispani præterea, en, præpositione Græca p, in, latina. Fungus etiam dicitur à Græcis & latinis quo vocabulo vtūtur Hispani, & tumorē significat. Multa præterea nobis occurrunt huiusmodi vocabula, quæ, ne fastidio sint lectoribus, prætermittimus. Verū enim vero vocabula hæc Græca, quibus nunc vtuntur Hispani, non á Græcis, vt opinor, sed à Romanis acceperunt. Qui Græcorum consuetudine linguam quoq; Græcam callebant. Qui venientes in Hispaniā & in ea cōmorantes, Hispanos vtrāq; linguam docuere Latinam præsertim. Quam postea, vt supra diximus, gentes Barbaræ deprauarunt. Quę tamen non adeo deformari potuit, vt non sit magis latina & Romano sermoni propinquior q̄ cæteræ linguę, quę sunt á latina corruptæ & elegantior ac facundior omnibus, exceptis Græca & latina. Legimus enim nonnullas epistolas Hispano sermone scriptas esse latinas. In quibus nomina & verba latina sunt omnia. Ideoq; Romanum sermonem, qui male pronunciant Romancium vocant.

Quibus uocabulis Hispani utuntr Græcis.

DE HISPANORVM SOBRIETATE ET ALIIS VIRTVTIBVS.

Admirabilis est Hispanorū ferē ominum virtus magnaq; laude digna sobrietas. Quibus cū quinquaginta ferē annos cōmorati, ne vnū quidē vidimus hominem temulētum, sed viros complures hydropotas & plærasq; fœminas abstemias cognouimus. Exquo nostra illa fulcitur opinio, Hispanos á Romanis originem habuisse. Quibus olim lege sanctum erat, ne mulieres vinum sub pœna capitis degustarent. Illud vero prætermittendū nō est, qđ aiaduertimus, Hispanorū scilicet plærosq; circa corporis cultū nimis esse studiosos. Quippequi vestes aliaq; corporis ornamēta liberalius ac profusius emunt, q̄ victū vel res alias q̄libet necessarias. Quā quidem rē & si Stoicidę nonnulli vituperāt, nos tamen laudamus, in diuitibus præsertim, si non ābitionis, sed honoris & liberalitatis causa faciunt. Placēt igitur nobis Hispanorum mores, fatisfaciunt ingenia, & probantur habitus. Quapropter Hispanorū consuetudinem quærimus & viuendi ordinem sequimur. Qui non minori studio rebus diuinis incumbunt & animarū suarum saluti prospicitūt, q̄ diuitiis & voluptatibus oblectātur. Enim uero magna nūc est Hispanorum religio, magnus dei timor & cultus, magna sacerdotibus animarū cura. Qui nō solū rem diuinam omniaq; sacrorū misteria solenniter celebrāt, sed etiā populos sibi cōmissos concionibus & exemplis diligenter instruūt. Homines præterea non modo nobiles & literati, verum etiā plebei & indocti præceptis ecclesiæ Christiq; mādatis obedientissime seruiunt. Quorū quidem alii saltē semel in anno, alii bis, nōnulli ter, multi quater, & plæriq; non modo senes, sed etiā iuuenes adulescēteq; decies, singulisq; mensibus sese vel suis parochis, vel aliis sacerdotibus detegūt. Quare meo quidē iudicio in orbe toto terrarum nulla gens est hodie Hispana, vt ita dicā, Christianior. Cuius quidē rei Ferdinādus & Helisabella catholici principes causa fuere. Qui prēteritorum regū negligentia plęrosq; Hispaniæ populos in luxuriā & omne maleficiorum genus lapsos suæ virtutis exēplo iustiticiā cę terasq; virtutes exercentes ad suū timorem, ad reuerētiam legū, ad dei cognitionem vsumq; bene viuendi reduxerūt. Quos etiam maleficiis assuetos, raptores, superbos, crudeles, sacrilegos, & prophanos, non solum iusticię iugum subire & rationi parere compulerūt, sed etiam probos, continentes, modestos, humiles & religiosos effecerūt. Tantū quippe valet bonorū

Laus regum Catholicorū

UVA. BHSC. IyR_186

principum virtus. Tales enim populi fieri solēt, qualis est princeps sub cuius imperio regunt. Ei⁹ namq; mores siue bonos siue malos, imitantur. A Catholicis itaq; principibus Hispaniæ populi sanctis legibus instituti bonisq; moribus informati Christianissime viuūt. Quippe qui iusticiā metuunt, ecclesiæ præceptis obediunt, diuinis officiis adsunt, conciones audiunt, sacerdotes venerantur, maioribus cedūt, proximos diligunt, amicos colunt, nocent nemini, consolantur afflictos, inopes adiuuant, viam demostrāt errantibus, peccantes admonent, pœnitentib⁹ ignoscunt, fidē seruant, studiosos amāt, improbos odio habent. Quapropter apud Hispanos ego vitā agere malo, q̄ apud alios. Tenet enim me secū maximeq; delectat Hispanorum mos egregius, vrbanitas singularis, & nobilissima consuetudo, non solum equitum, sacerdotum & ciuium, sed etiam paganorum & agricolarum.

DE SANCTIS ET MARTYRIBVS HISPANIAE.

Inuitabūt lectores, religiosos p̄sertim, deuotosq; Christianos, qui contemplatiuam vitā agūt, Sanctorum Martyrūq; virtutes, sanctissimi mores exēplaq; ꝓficua, & opus nostrū gratius facient & illustrius. Legant igit Hispanię Sanctos & Martyres diligentissime sacerdotes, & eorū exempla imitentur & vitam. Doceāt etiā præceptores suos discipulos sanctissimas lectiones. Studeāt & cōciōatores sanctoꝝ putilibus exēplis & i suis pulpitis auditores istruāt.

DE SANCTO VINCENTIO MARTYRE.

FVit & Vincētius alter Hispanus, vir sanctissimus, inuictissimus, & constantissimus martyr. Sixti Papę discipulus, & diui Laurentii Martyris scientia & virtute p̄stantissim⁹. Qui, vt quidam volunt, apud Abilam ciuitatem Lusitanę prouinciæ martyriū pertulit acerbissimum. Alii autē apud Valentiam patriā simul cum Valerio ipsius vrbis Episcopo à Decia no prouincię p̄side martyriū passum diuum Vincentium ferunt. Sunt etiam qui patria non Valentinum, sed Hosca fuisse velint. Cuius denicq; martyrium omnium fere Martyrū pœnas & cruciatus superauit. Summa enim pœna carceris, famis inopia, cathenarū stridore, manib⁹ collo ceruicibus ferri pondera sustinens, per omnes corporis artus mortalia supplicia pateret. Quod diuus Augustinus summo cum stupore miratus his verbis ostendit. Magnum & admirandum spectaculum noster animus cepit, nec immanissimā & pernicioſissimam, sicut solent in theatris quarumcūq; nugarum, sed plane vtilissimam & fructuosissimam voluptatem oculis interioribus hausimus, cum beati Vincentii passio legeretur. Terret inquit videre inuictam Martyris animam contra insidias antiqui hostis, contra sæuiciam imperii Deciani, cōtra dolores, mortis carnis accerrima conflictatione certantem, & in exilio diu cuncta superantem. Nam Decianus ipse sanctissimum hominem in eculeo primum leuatum, toto corpore distendi iussit, distentumq; diuersis vulneribus cruciari, cruciatū etiam pectinib⁹ lacerari, & carnifices ad crudelius sæuiendū verberibus, fecit vrgeri. Eiusdē deinde corpus in craticula positum cum vncinis ferreis aperiri, & ardentes laminas infigi ac sale ignito aspergi, laceratum in teterrimo carcere fecit includi, ibiq; testas acutissimas cōgeri, in lignoq; pedes eius affigi & sine humano solacio derelinqui. Eaq; supplicia multoq; maiora diuū Vincentium p̄stantissime fortissimeq; vincentem diuus Augustinus admiratus alibi sic dicebat. Beatus Vincentius vere Vincēti⁹ fuit, qa fortissime omnia mortis pericula vicit. Vicit inq; in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exustus, vicit summersus, vicit viuus, vicit & mortuus. Quia eo mortuo, vt eius sacra habet historia, angelos ei dixisse ferunt. Agnosce o' Vincenti quia pro cuius nomine viriliter decertasti, ipse tibi coronā præparatā seruat in cœlis, q te victorē fecit in pœnis. Eiusq; passionē nobilēq; triūphū Petrus Rāsanus Panormita & vates, luculētissimis versibus, quos Romę Panormiq; legimus, expressit. Diuus Augustinus præterea huius sanctissimi Martyris præconiū quanto sit honore excipiendū, multis sermonibus demōstrauit. Eius autem celebre festum meritissime celebramus. Cuius nomē cum apud omnes Christianos, tum vero apud Hispanos p̄cipue colitur.

UVA. BHSC. IyR_186

DE DIVO LAVRENTIO MARTYRE.

SVbnectendus est Vincentio Laurentius. Hunc enim cum illo si compares, vter eorū plꝰ laudis & gloriæ meruerit facile iudicare non possis. Pari nanq; scientia, doctrina, patientia fortitudine, martyrio, fide, morte deniq; floruere. Laurentius enim Sixti Pontificis archidiaconus & adoptionis filius Romę via Tyburtina, pſidēte Decio, post multa virtutū insignia, & plurima tormentorum genera, id est, carceris, verberum & laminarum ardentium exustionem, ad vltimum quarto Idus Augusti in craticula ferrea crudelissime assatus, martyrium cōstantissime compleuit. Hunc nonnulli cuiusdam Hispaniæ ducis filium fuisse ferunt. Quem dæmon infantulum è cunis in nemus asportauerat, sed beatus Sixtus Pontifex cum in eadem prouincia prædicaret, sub quadam arbore lauro diuinitus inueniens eum, Laurētium vocauit, & diligenti cura nutriri ac edoceri iussit. Quem adultum secum vnà cum Vincentio Romam perduxit. Vqi postea factus Pontifex constituit eum suum archidiaconum. Laurentius itaq; si mul & Vincentius Christi fortissimi duces pro Christiana fide strenuissime militantes & Hispaniæ laudis plurimum tribuerunt, & in cœlis parem sibi gloriam sunt adepti. Fuit aūt Laurentius ab Ipolito Romano patrico clarissimo sepultus. Qui & ipse à Deciano comprehenſꝰ quod Christianus esset diu atq; acriter cęditur, & cum idolis sacrificare nollet, iterum tam diu fustibus cæsus est ad defatigationem cædentium. Sed cum iterum non acquiesceret, Decianus iracundia percitus atq; plenus Valeriano Prefecto præcepit, vt exquisita omni eius facultate eum crudeli examinatione interficeret. Qui iussa complens Imperatoris primo omnē ipsius familiam in conspectu eius morte capitis affecit. Deinde ipsum ligatis pedibus ad caudā indomitorum equorū per cardetos ac tribulos crudeliter distrahi tādiu iussit, donec spiritū emisit. quo defuncto nocte illa Iustinus sacerdos frusta eius corporis collecta simul cū seruorū suorꝫ corporibus sepeliuit extra portę Tyburtinæ muros idibꝰ Augusti, quo die eorꝫ natale colit.

DE DIVO ILLEFONSO.

ETsi permultę Hispanię vrbes merito Sanctis suis illustrantur, Toletana tamē clarissima ciuitas Illefonsi gloriosissimi meritis innumeris maiorem in modū gloriari potest. Huius nanq; Sancti parentes Toletani ciues, & generis nobilitate, & morum vitęq; sanctitate maxime floruere. Pater enim nomine Stephanus assidue munera pauperibus erogauit, mater vero Lucia nomine, dies continuos ac noctes orationibus ad diuam Mariam Virginem Dei genitricem semper impēdit, orauitq; vt sibi tandem proles nasceretur. Cui quiescenti Maria Virgo visibiliter apparuit, dixitq; Lucia tibi filium prænuncio nascituru m. Qui magnā Hispanis omnibus lucem afferet. Quæ cum hæc dixisset, summo splendore refulgens ab illius oculis euanuit. Concepit itaq; deinde Lucia sanctissima mulier, & filium peperit Illefonsum. Cuiꝰ vitam, quam sanctissime semper egit, enarrare longum esset. Eam itaq; & omnia quę de huius Sancti mirabilia dici possent, prætermitto, cum præsertim à multis aliis plene scripta fuerint. Cęterum cum adolescentiam disciplinis & rebus sacris impēdisset, postea Eugenio in Toleti Archiepiscopatu succedens in eo vitam sanctissime finiuit, qui propter suam erga Virginem Dei genitricem contemplationem dicitur, & sine dubio creditꝫ, ab ea vestem candidā rem diuinam celebraturus accepisse in ecclesia Toletana, vbi nunc extat altare, in quo celebrauit.

DE SANCTA LEOCADIA TOLETANA.

LEocadia quoq; virgo celeberrima Toleti orta fuisse perhibetur. Quę propter sanctissimos eius mores et Christi cultum, cui feruentissime seruiebat, à Deciano Hispaniæ præfecto tanꝫ Christiana capitur, & apud vrbem Toletanam carceri mancipatur. Vbi cum grauissimos beatę Eulalię & reliquorum martyrum cruciatus audisset, positis in oratione genibꝰ quinto idus Decembris impollutum deo reddidit spiritum. Sunt qui dicūt Leocadiam à cru-

UVA. BHSC. IyR_186

delissimis Deciani satellitibus ab altis vrbis Toletanę mœnibus fuisse præcipitatā, vsq; ad locum, vbi nunc eius ecclesia colitur extra vrbem. De cuius vita & morte plures etiā scripserūt.

DE SANCTO MARCIELE ET SANCTA NONA.

SAnctus Marciel & sancta Nona ciues Legionis fuerunt, & genere nobiles. Qui filios habuerūt numero duodecim, Christianę religionis cultores sanctissimos. Quorū vndecim cum patre Marciele vno die martyrium passi fuerunt acerbissimum. Quos cum sancta Nona vidisset extinctos, unicum filium paruulum brachiis complexa flexis genibus, & multis perfusa lachrymis, Deum orauit, vt eam cū filio à vitæ periculis eriperet. Et cū hoc dixisset repente lacus exortus est, qui statim matrē cū filio diuinitus absorbuit. Cuius aquā bibētes infirmi sanantur. Vbi Legionensis ciuitas circa lacum templum ędificauit, quod sanctæ Nonæ dicit. De sanctis autem martyribus Marcielis & Nonæ filiis, alibi scripsimus.

DE EVLALIA VIRGINE ET MARTYRE.

EVlalia virgo ac martyr sanctissima natione Barchinonēsis in Emerita Augusta ciuitate olim florētissima, pro Christi fide & confessione Deciani prouinciæ præsidis iussu, primo eculeo suspensa & exungulata, demum cum ardentes ad vtrumq; latus laminæ admotæ fuissent, igne hausto quarto idus Decembris Deo spiritum reddidit.

DE SANCTA FLORENTINA.

ADiiciam his diuam Florentinam Isidori Fulgentii & Leandri aliorumq; sanctorū florentissimam beatissimamq; sororem. Quæ non minus Hispaniam atq; parentes ipsa, quam omnes sanctissimi fratres decorarunt. Seuerianum autem Torturamq; Carthaginis nouæ duces istorum sanctorū parentes, qui tales progenuere liberos, si quis quoq; sanctos appellauerit, nunq; quidem mihi non bene dixisse iudicabitur. Huiusmodi enim fructus non nisi ex huiusmodi arbore nasci potuisse quis dubitet? Sed, vt ad rem redeam, hæc sanctissima virgo cum vitam ageret sanctissimam, monasteriis quadraginta prę ficitur. In quibus mille virgines vitam agebant deuotissime deo famulantes. Demum Iustiniani temporibus à vita discedens, sanctorum numero relata est.

DE SANCTO TVRIBIO ASTORICAE EPISCOPO.

DIuus autem Turibius innumeris claruit miraculis, & Christianā religionem ac fidē catholicam q̄ maxime iuuit. Nam quum adolescens in Hierusalem profectus esset, ibi annos ferè quinq; vitā egit sanctissimā. Mox autem ab angelo monitus in Hispaniā multis cum reliquiis sanctorum atq; Dei Optimi Maximi reuersus, cōplures ob pſecutionē sæuissimā tiranbātes ad Christi fidē hortatus est. Cuius honor maximus Palentiæ celebratur.

DE SANCTA CRISTETA ET SANCTA SABINA.

LEgimus Cristetam & Sabinam Christi martyres & Auilenses fuisse, & vt nonnulli volunt, sancti Vincētii sorores. Quæ vt Christi nomen sequerētur acerbissimū martyriū passæ fuere. Quarū memoriā & festū Auilenses ciues diligentissime concelebrant.

DE DIVO PETRO COGNOMINE BARCHO.

DIuus autem Petrus cognomento Barchus, cū post multa eius miracula vita functus inueniretur, inter Barchitanos & Auilenses orta contentione, an Barchitanus esset, an Auilensis, eū effossis oculis equæ imposuere. Quæ luminibus extinctis onus vehēs sanctissimū, Auilā diui Petri natale solum diuinitus peruenit. Vbi eius Sancti memoria celebratur.

DE SANCTO VICTORE MARTYRE.

DIui quoq; Victoris martyrio mirum in modum gaudet Hispania. Hic enim in Ceresano natus oppido adolescentiā literis & sacris diuinisq; rebus impendit. In antro primo vitam egit asperrimam, quod ipse suis manibus effodit. Deinde vero Mauros patriā suam op

UVA. BHSC. IyR_186

pugnare Angelo nunciante, & Christianos amouere & abducere à Christi cultu protinus occurrit. Et Christianos omnes catholica retinuit in fide, & in hostes vehementer hortatus est. Quod cum Mauri animaduertissent, eũ pœnis acerbissimis sustulerũt. Itaq; martyrii corona donatus à Christo in cœlestiũ numero aggregatus, sempiterno gaudio perfruitur.

DE ENGRATIA VIRGINE ET MARTYRE.

ENgratia virgo & martyr sanctissima pro Christi religione & amore ardẽtissimo sæuissimis pœnis & tormentis affecta, Christo animam reddidit. De cuius operibus & miraculis magna narratur historia, & Cæsar Augustæ solẽniter celebratur.

DE DECEM ET OCTO MARTYRIBVS.

EOdem autem tempore, quo Engratia martyrium passa est, duo etiam de viginti iuuenes nobilissimos martyrio coronatos fuisse legimus. Qui simul omnes libentissime p Christi amore mortem oppetere voluerunt. Decem autem & octo fuerunt, Hisitius, Apodemius, Linxius, Successus, Faustus, Marcianus, Vrbanus, Publius, Matutinus, Casianus, Fœlix, Ianuarius, Primitiuus, Quintilianus, Enotus, Cecilianus, Frontonius & Optatus.

DE SANCTO LAVRIANO ARCHIepiscopo Hispalensi

LAurianus Hispalensis Archiepiscopus vir sanctissimus cum Hispali diuino cultui diligẽtissime seruiret, & Christianos ad augendam fidem catholicam animaret, Rex Hispaniæ temporis illius, nomine Totila, exitium ei parabat. Quã ob rem Lauriano per quietem Angelum ita sibi dicentem audiuit: Surge Lauriane & ab hac vrbe statim discedas, nã ciuitas hęc propter hostium Christianę religionis tyrannidem, sæuissima lõgissimaq; peste vexabitur, & Hispania tota septem annos nullis irrigabitur pluuiis, & flumina ferè omnia deficient. Quo audito Laurianus surgens Romã statim profectus est. Vbi sanctissimus vir innumeris miraculis cognoscitur. Mox autem ab eodem Angelo mõitus vt in Hispaniam rediret, quia pro fide Christi martyrium patieum oporteret, reuertẽs in itinere à Totilæ regis satellitibus capite obtruncatur. Quod quidem caput abscissum manibus suis accepit. Quod cũ satellites vidissent metu perterriti ad Christi fidem conuersi & baptismatis oleo perũcti caput Laureani flentes Hispalim detulerunt. Et cũ regi omnia quę viderant retulissent, Rex quoq; Christi nomen assumpsit, & huius sancti & aliorum templa ędificare præcepit.

DE SANCTO BRAVLIO EPISCOPO CAESARAVGVSTANO.

REuertor nunc ad sanctorum familiam celeberrimã. Nam Seuerianus & Tortura coniuges & nouæ Carthaginis duces sex filios duasq; filias pgenuere. Qui vt alibi diximus Hispaniam totam & Christianam religionem summis laudibus extulerunt. Nam præter eos, quos in Florẽtinæ sororis vita memorauimus, tres alii fratres fuere, Hermegildus scilicet martyr, Recaredus, cuius opera plures homines ad fidem catholicam cõuersi fuere, & Braulius Cęsarauguſtanus Episcopꝰ. Quos tamẽ alii Leuigildi & Theodosiæ filios fuisse tradiderũt. Sũt etiam qui hos tres tribus aliis fratres patrueles fuisse opinantur. Braulius autem, vt ad rem redeam, Episcopus Cæsarauguſtæ ciuitatis electus est diuinitꝰ. Nam cum ex multis quem eligerent in plurimorum sapientum concilio hærerent, subito flamma super Brauli caput omnibꝰ visa est. Quæ innoxia cœli conuexa petens Braulum episcopatus dignitate decorãdum, cæterisq; præferendum significauit. Episcopus igitẽ electus, religioni Christianæ multum pfuit.

DE SANCTO FVLGENTIO EPISCOPO HASTIGITANO

FVlgentius primo Hastigitano episcopatui, deinde Carthaginensi præfuit. Qui quantũ in utroq; fructus fecerit plures testantur. Cæterũ cum Arriana hęresis Christianos à Dei

UVA. BHSC. IyR_186

cultu conaretur abducere, cõuocato multorum Episcoporum & Hispanorum principum cõcilio, apud Toletũ Fulgentius, concionibus suis & miris operibus, Arrianos omnes fortiter oppressit, & Christianos qui à fide Christi nonnihil erant alienati, summa prudentia & exemplis ad pristinum Dei cultum reduxit. Fuit autem vir eruditissimus. Quippe qui linguam Hebream, Græcam, Latinam & Arabicam callebat. Demum cum annum ageret sextum & sexagesimum, conuocatis Leandro fratre Hispalẽsi Episcopo, & Laureano amicissimo Episcopo Gaditano, quem non secus ac fratrem diligebat, summa cum gloria kalendis Ianuariis é vita migrauit. Cuius fun? & à plurimis Episcopis & à Recaredo Rege honorificentissime celebratum est. Corpus autem eius ex Carthagine noua Hispalim translatum est, & simul cum sancti Isidori sui fratris corpore sepultum.

DE DIVO REGE FERDINANDO.

Diuus quidem Ferdinandus Hispaniæ Rex nõ immerito inter sanctos annumerãdus est. Summa enim sanctitate miraculis innumeris & moribus integerrimis admodũ claruit. Quippe q Dei effigiẽ, quã semper habebat apud se, deuotissime adorabat, summa q̃ veneratione celebrabat. Ab ea itaq̃, qcquid & necessario & honeste petebat, facile semp assequebat. Hoc igitur dei numine adiuuante, Hispali aliisq̃ pluribus oppidis fugatis Mauris potit? est. Sic itaq̃ de religione Christiana bñmerit?, sanctissime moriẽs Hispali sepult? est. Vbi semp & maxima & plurima miracula visa fuere. Quæ si qs forte scire volet plene, ei? historiã plegat.

DE SANCTO VALERIANO EPISCOPO CAESARAVGVSTAE.

Diuus etiam Valerianus Cæsarauguſtanus Episcopus Diocleciani iussu simul cum diuo Vincentio martyriũ passus est acerbissimum, & cœlesti corona donatus à Christo. De quo etiam longa legitur historia.

DE SANCTO FROYLANO EPISCOPO LEGIONENSI.

Legimus Froylanum Legionensem Põtificem virũ fuisse sanctissimũ: Et Attilanũ ei? collegam, dignissimũ, qui Zamoræ ciuitatis episcopatum promeruit. Cæterũ de Froylano multa narrat historia memoratu dignissima. Fuit autem tempore cuiusdã regis Alphõsi, qui cum esset in Ouetana vrbe apud Astures, & Froylani fama sanctitatis totã peragrasset Hispaniam, Froylanum ad se vocauit. Cui facultatem dedit ædificandi monasteria & cœnobia & eligendi monachos vita probos, qui ea colerent, & Christianæ religioni militarẽt. Multa p̃terea de Froylani sanctitate leguntur, quæ causa breuitatis omittimus.

DE CLAVDIO, LVPERTIO, ET VICTORICO pueris Martyribus fortissimis.

Apud Legionẽ Hispaniæ vrbẽ tres pueri martyrium cõstantissime ptulerunt, tres Babiloniæ viros imitantes. Quos cũ Roman? p̃ses ad se vocasset, dixit eis. Quid cũ mul tamilia Romanor̃ p̃ceptis obediunt, vos summa audacia, vt nobis nunciatur, vultis resistere? Pueri autem responderunt, habetur in lege nostra, videntes non videant, & audientes non audiant. Et ideo tot milia Romanorum vidisti, sed horum omniũ mirabiliorem multitudinẽ videre no potuisti, à quibus te modo superatum probabis. Dic quid nobis hodie, aut quid tibi per nos putas esse præstandum? Præses dixit, præstandum mihi à vobis nihil quæro, sed solum scire volo cui cõsentire vos dicitis, aut quã habetis cõfidentiã. Respõderũt pueri nobis in q̃ sit confidentia si vis scire possumus te instruere. Habem? cõfidentiã in P̃rem & Filiũ & Spiritũ sanctũ, q̃ i Trinitate vnũ sunt, & i hoc cõfidentes Impatores vr̃os & vos, q ab eis ordinati estis, in agone cõstituti vincim?. Dixerũt etiã cũ ex patre Diabolo sis, fac quicquid tibi persuadet pater tuus. Tunc Præfectus iussit eos interfici, qui laudantes deum tradiderunt spiritũ. Sed qui pro

UVA. BHSC. IyR_186

qui pro trinitate pati cupierunt, tres in vno tumulo ſepulti ſunt in ciuitate Legionẽſi, vbi nũc eorum corpora maximo cum honore venerantur.

DE EMETHERIO ET CELEDONIO ET ALIIS MARTYRIBVS.

EMetherium & Celedonium citerioris Hiſpaniæ fuiſſe legimus Equites nobiles. Qui cum primum in caſtris ſæcularibus ſtrenue militaſſent, deinde repentino Sancti Spiritus ardore ſuccenſi, poſitis mundi armis ad fœlicis palmæ prælium cucurrerunt, & fuerunt in vtroq; victores, & in vtroq; glorioſi. Nam, vt à principio Dominum ſequuti ſunt, ſic à Deo, qui præmia merentibus elargitur, electi fuere. De quibus Diuus Gregorius hoc modo loquitur. Pone hinc procellam perſecutionis, inde naufragia tumeſcentia ad deſiderium floren tis palmæ perlati ſunt. Inter primas itaq; dignitates Regnorum cœleſtium ponẽdi ſunt. Qui ad paſſionem venerunt non quæſiti. Excellentis voti eſt inter tormenta proſilire, vbi non eſt criminis latuiſſe. Credo inquit idem Gregorius eos prælium ſubituros hoc modo inuicem fu iſſe locutos. Diu eſt fratres chariſſimi, quod in his vanis ſæculi militamus, vbi amiſſio tãti ocii breuiſſimo caduci temporis fine concluſa eſt. Sequamur veri Regis ſigna victricia. Ecce immi net bellum fidei. Eſt occaſio nobis augere ordinem militandi, veteranus miles mundi tirocinium cœleſte ſuſcipiat. Relectis mortalibus telis ſumamus arma diuina. Quæ in conflictibus non pateſcant, ne infirmis mucronibus infracta diſſoluantur, fortius continuo ſentiemus nos eſſe munitos, cum ſigniferi nominis elata vexilla in hoſtem, qui nobis vincendus eſt, inferentur. Firmet pectus intrepidum contexta fidei opera virtutum lorica. Operiant vulnerum loca oppoſita ſpei, ſcuti impenetrabilis protectione fiducia. Attollant galeę adhærentes inuicem charitatis erecta faſtigia. Feriat vbiq; hoſtem miſſilibus ſuis vibrata cõfeſſio. Hæc ſunt munimina ſempiterna. Sic itaq; pro Chriſto fortiſſime militantes apud vrbem Legionẽſem martyrium paſſi fuere. Vbi nunc a Legionenſibus non immerito ſolemniter eorum feſtum celebratur, & multo longior hiſtoria legitur.

DE NVNILONE ET ALODIA MARTYRIBVS.

ANno Chriſtianæ Salutis octingenteſimo quinquageſimo primo, cum Sarracenorum Gentes Hiſpaniam ferè totam occupaſſent, præceperunt vt qui Chriſtianus eſſet, aut Chriſtum Dei filium denegaret, aut gladio ſectus occumberet. Quod impium ædictum & ferale præceptum per Hiſpaniam totam diuulgatum magnum timorem Chriſtianis omnibus incuſſit. Quapropter Hiſpanorum complures Chriſtianæ religioni ſibiq; prudentiſſime conſulentes, & nefandam Mahometi ſectam fugientes, patriam q; ſuam deſerentes, vt alibi latius ſcripſimus, ad Pyreneos montes & Cantabriæ Galleciæq; montana loca ſeſe contulerunt. Quorum ſucceſſores poſt multos annos Hiſpaniæ fuerunt recuperationis autores. De quibus in libro de Aragoniæ Regibus hiſtoriam ſcripſimus pleniorem. Quare nunc ad Nunilonem & Alodiam Martyres redeo. Erant itaq; ſub idem tempus in Oſcha citerioris Hiſpaniæ ciuitate duæ ſorores ætatis admodum parulæ. Quarum altera natu maior Nunilo & altera dicebatur Alodia. Quas pater iniqu? dereliquerat, & mater, quæ Chriſtiana erat, ab infantia nutriuerat, & in Chriſti fide diligenter edocuerat. Illæ autem matre defuncta cum ad intellectus ætatem peruenirent, cœperunt in fide CHRISTI proficere ieiuniis, orationibus, & vigiliis incumbere. Quibus & gratia Sancti Spiritus adiutæ, martyrium fortiſſime pertulerunt acerbiſſimum. O Beatiſſimæ Virgines atq; fortiſſimæ, quæ amore Chriſtianæ religionis accenſæ, mundi fallacias, tyrannos, & mortis tormenta vicerunt, vt in cœlum victrices & triumphantes aſcenderent.

UVA. BHSC. IyR_186

DE DIVO PETRO PRAESVLE OSOMENSI.

INter miracula atq; virtutes, quas Deus ad laudem & honorem vitæ viri venerabilis Osomensis Episcopi operari dignatus est, insignia quædam & inauditæ nouitatis spectaculum contigisse narratur. Cum enim vir honestus apud villam, quæ Fresuelo dicebatur, in territorio videlicet Osomensi esset, & post ecclesiæ consecrationem eiusdem loci domorum cogente penuria sub arbore, quæ ilex vocatur, iuxta posita cum suo comitatu ad reficiendum resideret, cumq; manuum ablutioni aquam non haberent, quod multis incredibile fortasse videbitur, aqua desuper veniens ex prædicta arbore scaturiens contra naturam descendit. Quæ cũ magna admiratione omnium qui aderant & manibus abluendis & siti petentium sese obtulit. Quæ res admiranda & eorum oculos non latuit, & circumiacentes regiones fama volãter impleuit. Idem Pontifex cum negotiis emergentibus, multorum precibus adductus, Palentiam veniisset, reprehensibile ducens sæcularibus rebus & necessitatibus se cõtinua sollicitudine implicari, inter mundanas varietaets manentis desiderio ciuitatis accensus, proposuit in ecclesia Beati Antonini in vigiliis & orationibus pernoctare, & propositum executus est ad effectum. Quapropter ego & Dei magna opera referẽs, & huius beatissimi viri sanctitatem, ob cuius memoriam, hęc atq; alia diuina clæmentia dignabatur ostendere, quod prædixi miraculum describens non solum præsentium, sed etiam futuræ posteritatis memoriæ cõmendare decreui.

DE SANCTO ZOYLO MARTYRE CORDVBENSI.

BEatissimus Martyr Zoylus parentibus clarissimis Cordubensibus progenit⁹, ab infantia Christianus, cum esset adolescens & publice Christum profiteretur, subito à Paganis arreptus ad prætorium cuiusdam iudicis pręsentatus est, atq; ab ipso, vt ad culturam dæmonum rediret, diu est exhortatus. Qui cum multa dierum spacia, tam sermonibus quam muneribus, admonitus esset, in cimiterio præfatæ ciuitatis cum peregrinorum corporibus est sepultus, ne aliquando à Christianis cognosceretur, & digna veneratione coleretur. Sed cũ Christo donante pax ecclesiæ dedita esset temporib⁹ Regis Sisebuti, quidam vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapitus nomine, ex laico vitam appetens monachi, sic ad summum sacerdotium electus est. Et quoniam pro amore Christi sæculum dimiserat, non distulit illum fraudare bonis suis. Cum corpus suum ieiuniis maceratum in stramine reclinaret, per quietem noctis ostensum est ei, quo loco corpus prædicti Martyris iaceret, & quo nomine vocaretur, & pro cuius amore capite plexus esset. Qui mane facto cõgregatis fratribus & vulgi multitudine, quę viderat indicauit. Atq; cum omnibus Christianis ad ostensum sibi locum sine mora perrexit. Ad quem perueniens rastrum manu arripiens effodere cœpit quousq; ad corpus beatissimi martyris, sicut à paganis fuerat absconditum, Deo iuuante peruenit. Quo quidem inuẽto gaudio magno repleti sunt omnes. Præfatus denicq; Episcopus præ amoris magnitudine, cum corpus Sancti Zoyli osculis demulceret, atq; indignum se iudicans vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias, subito osculando crebrius caruit primorum dentium adiutorio. Quos ab oris officio vt minutos esse conspexit in sarcophago, vbi viri corpus humatum fuerat, proiecit. Peracto inuentionis obsequio sequenti nocte per visum Sanctus Zoylus ita affatus est ei. Cur me sępius osculando verberasti? iam pro eis quę à me poposcras intercedens à Domino Iesu Christo impetrasti, & nunc certus esto quia dimissa tibi sunt peccata.

DE SANCTA IVLITA ET CIRICO EIVS FILIO MARTYRIBVS.

TEmpore q̃ Alexander Impator aduersus Christianos persecutiones exercebat, & innumeros variis cruciatib⁹, & excogitatis pœnaq; mortib⁹ afficiebat, Iulitã matronã nobi

UVA. BHSC. IyR_186

lem in lege domini diu noctuq; meditantē, & fama boni operis celebrē, missis officialibus suis iussit præsentari tribunalibus. Erat autem Iulita Deo seruiens in timore, casteq; filium paruulum nutriebat. Cui cum lacte carnis disciplinam tradidit diuinæ legis. Inter charos denicq; complexus & maternę pietatis oscula, vt verum patrem agnosceret, coleret, atq; diligeret, dū lacte dulci ex eius aleretur vberibus, ab ipsius ore pro tempore fidei imbuebatur dogmatib⁹. Insurgentibus igitur aduersum se persecutionibus pro sua paruuliq; salute confessionis p̄ces ad dominum voce clamauit. Et ipse cuius est salus, benedictionem ei dedit suę gratię. Ante cō spectum denicq; præsentata Præsidis, & ab eo requisita, cuius esset ꝓuincię vel ciuitatis, & quę ei proprii cognitio nominis, ita respondit. De Hispania quidem prouincia, & de primoribus ciuitatis y coniorū progenita, ad Siciliæ, tuas deuitās persecutiones, loca demigraui. Tarsoq; sum commorata. Et cum sim vere Christiana mihi nomen est Iulita. Cui Præses. Hortor, inqt te, tu tibi consule, & Imperatoris iussa perfice, atq; debita diis nostris libamina redde. Cui beata Iulita respondit. Ego immundis non sacrifico dæmoniis, q̄ vnius viui & veri Dei vera sum cultrix. Ait Præses, sacrifica diis anteq̄ ad tormenta perducaris. Et illa nec diis tuis vanis sacrifico, nec tormenta paueſco. Interim dum inter eos hi sermones conferūtur, alma genitrix Cirici filii nō modico anxiabatur mœrore animi. Quod ipsa posita in procinctu belli pro confessione fidei sui destituta videretur solatio paruuli, martyrium cum filio passa cœlum ascendit. Anno domini ducentesimo trigesimo.

DE SANCTO FELICI ET ANASTASIO ET SANCTA DIGNA MARTYRIBVS.

BEatus Fœlix monachus ex oppido Complutensi progenitus natione Getulius ex quadam occasione in Asturias deuolutus est. Vbi & fidem catholicam, & religionem monasticam didicit sub professione veræ fidei gladio decisus est. Eadem die quoq; sanctus Anastasius, qui ab ineunte ætate apud Basilicā sancti Aciscli Cordubensis disciplinis & literis eruditus vsq; ad plenam iuuentutem ibidem in diaconatus officio degit. Et post monasticam vitam, quam dudum expleto ministerio oblectat⁹ in cœnobiis egerat, demum sacerdotio est applicatus. Deinde concitato gressu palatium petens astat consulibus, hostemq; iudicis assertionum stimulis feriens gladio confestim abscissus affligitur. Quædam præterea virgo adolescentula eodem die merito & nomine Digna, Deo reuelante & confortante, processit. Paulo siquidem ante martyrium suum assistere sibi per somnium vidit puellam specie & habitu ornatam angelico, rosas & lilia manu gestātem. Quam cum nomen causamq; sui percunctaretur aduētus, Ego sum, inquit Agatha, olim propter Christum diris attrita suppliciis, & nunc veni partem tibi purpurei muneris huius conferre. Accipe itaq; rosam donarium & age viriliter in domino. Nam reliquas rosarum & liliorum, quas in manibus gesto, datura sum Sancto Fœlici, & Anastasio tecum hinc martyribus migraturis. Tali denicq; virgo sacratissima visu ac munere illustrata cum dextera colloquētis rosam susciperet, beata Agatha admissa cœlestibus auris ab oculis intuentis eleuatur. Hæc autem puella cum pro summa humilitate atq; obedientia inter conuirgines vltimam se indicaret, essetq; incomparabili habitu obfœcundata, nunquam tamen se Dignā patiebatur appellari. Dicebatq; nec sine lachrymis, nolite me Dignam vocare, sed magis indignam, pro cuius merito siue etiam nomine debeo insigniri. Quę paulo post vna cum aliis crudelissime tormentis affecta spiritum Deo reddidit.

DE SANCTO IOANNE PRESBYTERO ET CONFESSORE CHRISTI.

SAnctam nunc vitam laudesq; Ioannis, cui cognomen fuit Ortega, referemus. Qui dū cōfessor fuit & amicissim⁹ natione Hispan⁹ de regione Burgēsi i rure cāpestri Quintana

UVA. BHSC. IyR_186

forti nomine, parentibus infimis ortus. Qui cum adhuc teneræ esset ætatis, in vtilia declinãs exercitia humanę mortalitatis & quasi se Deo offerẽs, literarum studiis adhæsit, vt dicere posset, hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri gloriabimur. Inde est quod implens dominus petitiones eius, transeunte temporis spacio, sancto instans proposito, iã iuuenis ad sacros ordines promotus est. Quibus ascriptus intẽsior solito, corde, voce, opere diuino obtemperauit obsequio. In cui⁹ tempore, magna orta discordia, accidit vt in bellum tota ferẽ conuerteretur Hispania. Siquidem post mortem Castellæ Regis Alphonsi, qui sine hærede virilis sexus obierat, Rex Aragonum, qui Castellæ Regis filiam vxorem duxerat, Hispaniam totam sibi submittere volebat, cum non esset qui ei resistere posset in bello. Quod cum animaduertisset Beatus Ioannes pacis amator, propter afflictionem patriæ vehementer indoluit. Et cum dispersionem & exterminium gentis agricolæ, superante malicia, consideraret, sciens in tumultu bellorum bona sua perditum iri, existimans ea quantulacunq; multo melius i operibus misericordiæ distribuere, sic secum dicebat. Væ mihi quare peruersitas superbiæ metas offendit innocentiæ! Verum illud inquit est poetæ dictum. Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. Sic itaq; pietatis visceribus affluens bonorum suorum partem pauperib⁹ erogauit. Quorum possessiones hostilis furor surripuerat. Partem autem sibi retinuit, non ad auariciam, sed potius ad gratiam Omnipotentis impetrandam. Quoniam cum videret nullo modo se posse manere in patria natiuitatis suæ, sumpto consilio diuinę contemplationis, proficisci statuit Hierusalem. Sumptis itaq; rebus, quas sibi seruauerat, & obnoxias temporali perditioni cernebat, eas in itinere Sanctę peregrinationis expendens, in scientiæ thesauris, vbi nec rubigo, neq; tinea demolitur, collocauit. Sic itaq; vir Dei insistens fidei pacem quærens, bellum fugiens, locum pacis Hierusalem visitauit, vt iuxta Psalmistam adoraret vbi steterunt pedes Domini.

DE FAVSTO, ET IANVARIO, ET MARTIALE MARTYRIBVS.

OLim cum Præses Eugenius Cordubam venisset, ei Faustus, Ianuarius, & Martialis occurrerunt dicẽtes. Quid tibi vis Eugeni, qui Dei seruis mauis inuidere q̃ credere! Tũc Eugenius ira percitus dixit, ô infœlices homines, quid vos esse vultis! Faustus respondit, nos Christiani Christum fatentes, qui dominus vnus est, per quem omnia, & nos per ipsum facti sumus. Eugenius dixit. Vnde vobis hæc est tam desperata societas! Faustus respondit. Desperatio in nobis non est, nisi in te solo, qui nos Deum negare frustra compellis. Hoc cum dixisset Faustus, magis iratus Præses, imponite dixit Faustum in eculeo, qui tã irreuerenter mihi respondit. Tunc Ianuarius Fausto dixit. O charissime tu pro nobis hoc pateris, qui meritis peccatorum nostrorum te socium esse voluisti. Cui Faustus respondens dixit. Societas nostra Ianuari manst in terra semper, & imperpetuum manebit in cœlo. Hoc cum audisset Eugenius admiratus dixit. Quę est ista nunc allocutio vestra, q̃ tam impie voluistis ambo respõdere mihi! Ianuarius dixit. Nobis confessio Christi & nulla est impietas. Tunc Eugenius ad Martialem conuersus dixit. Vides istorum animi dementiam, qua te in societatem suam contraxerunt! Noli maleficis istis & impiis te credere. Cui Martialis dixit. Solus Deus immortalis est, qui cœlum fecit & terram, ipse pro tuis malis operibus te puniet. Quod audiens Eugeni⁹ & hic, inquit, ponatur in eculeo. Quod cũ fieri vidisset Martialis, o beata dixit immortalitas gloriæ Christi, qua nos tibi frater Fauste sociasti. Tum dixit Eugenius satellitib⁹ suis, torquete eos donec adorent Deos nostros. Faustus autem dum torqueretur, difficile est, inquit, tibi & patri tuo, qui diabolus est, nos à paternis legibus ad mortalitatem tuam conuertere. Propter quod Eugenius dixit, abscindantur ei nares & auriculæ, supercilia radantur, dentesq; mandibulæ superioris euellantur. Quod cum factum esset, Faustus Deo gratias agens magis hilaris factus est. Eugenius Ianuario dicebat. Vides ne Ianuari quanta tormenta passus fuerit Fau

UVA. BHSC. IyR_186

stus, dum deceptus opinione sua pertinaciter imperio meo parere recusat? Ianuarius autem dixit, impietas ista & pertinacia Fausti in me maneat, & eius vinculum charitatis. Ad cuius verba dixit Eugenius. Auferantur & huic quæ illi præcepimus. Dūq; torqueretur Ianuarius Eugenius Martialem sic alloquitur. Vides Martialis sociorum tuorum dementiam, & quæ illis mala venerūt? Tu igitur consule tibi, teq; disiunge ab illorum mala consuetudine, praua q; voluntate. Martialis autem dixit. Consolatio mea Deus est, quem ipsi gaudentes magna voce testantur. Ideoq; confitendus & laudandus est Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus. Tunc Eugenius maiori furore succensus, iussit eos igne comburi. Cumq; perducti fuissent ad locum suæ passionis, sic vno spiritu plebem Christi alloqui cœperunt dicentes. Vos charissimi mei & Christi fideles nolite credere huic Diabolo inimico, sed agnoscite vos ad Dei similitudinem & imaginem esse factos. Illum igitur adorate, & illum benedicite, qui autor est omnium. Nō vt isti dicunt adoretis opera manuum ipsorum. Quoniam ligna & petra, aurum & argentum sunt opera manuum hominū. Vos itaq; contemnentes huius iniuriam, & confidentes in Iesu Christo soli Deo sine cessatione quotidie referte laudes. Et cum ducerent eos lictores, per quorum manus fuerant cruciati, cœperunt eos igni compellere, simulq; traditi flammis, exultantes tradiderunt Deo spiritum.

DE SPERATO MARTYRE ET SOCIIS EIVS.

APud nouam Carthaginem adductos Speratum, Natalium, Cirinum, Donatam, Secundam, Bessiā, & alios hoc socios, Saturnin⁹ Romanoꝝ Procōsul talib⁹ verbis alloqtur. Potestis ab Imperatoribus veniam promereri, si Deorum nostrorum cerimonias obseruaueritis. Cui Sanctus Speratus hoc modo respondit. Nunq̄ male gessisse consci sumus, iniquitati opem & assensum non præbuimus, nulli vnq̄ male dixisse recolimus, sed male tractati ac lacessiti Deo gratias semper egimus, orantes etiam pro malefactoribus, & ista norma ab Imperatore nostro tradita nobis est. Hęc cum dixisset Speratus, Sanctus Cirinus dixit. Nō te aliud à nobis oportet audire Proconsul, nisi ea quæ socius noster Speratus confessus est. Cuius verbis Sancta Donata suæ quoq; mentis conceptum adiecit. Honorem Cæsari, quia Deus præcepit, reddimus. Timorem autem & cultum Christo prestamus. Sancta quoq; Bessia sic est locuta. Hoc meditabitur cor meum semper, & labia mea pronunciabunt, quia Christiana sum. Sancta Secunda subinde dixit. Ego quoq; Christiana sum, & à professione sociorū meorum nunquā recedam. Tunc Saturninus videns eos tam constantes & fortes, sententiam dedit dicens. Speratum, Natalium, Cirinum, Donatam, Secundam, Bessiam, & omnes qui Christi ritum professi sunt, gladio placet interire. Tunc Speratus dixit, Deo gratias. Natalius dixit hodie in cœlo martyres sumus Deo gratias. Proconsul vero iussit Sanctos decollari, Sanctum Speratū, Natalium, Cirinum, Beturium, Felicem, Aquilinum, Letarium, Ianuariū, Generosam, Bassiā Donatā, & Secundā. Qui lætantes ad locū martyrii veniētes beatas animas Deo tradiderūt.

DE SANCTO FLORENTIO MARTYRE.

SAnctus Florentius martyr Hispanus & genere nobilis sub Detiano præside passus martyrio coronatus est. Hoc legitur in catalogo sanctorū Romano. Cuius reliquię sanctæ nostris temporibus in ecclesia Hispalensi apud sacrarium cū aliis Sanctorum reliquiis in magno precio ac veneratione fidelium Christianorum in capsula visuntur. Quæ talibus versiculis in vrna simul inclusis designātur. Requiescit in pace Florenti⁹ vir sanctus, die septimo kl̄as Martias. Vixit annis quinquaginta tres, & depositus est die tertia Idus Martias. Era quinquagesima tertia. Anno Domini quadringentesimo octogesimo quinto.

DE SANCTO EVGENIO TOLETANAE sedis Archiepiscopo & martyre.

UVA. BHSC. IyR_186

RAymundus olim Toletanæ sedis antistes ad concilium apud Remos Galliæ populos celebrandum temporibus Eugenii Summi Pontificis cum aliis multis Episcopis in Galliam profectus est. Qui cum in vrbe Parisiorum ad ecclesiam Sancti Dionisii orandi gratia diuertisset, in eadem ecclesia quoddam sepulchrum inuenit, quod apud eos magnæ venerationis habebatur. In quo ex eius superscriptione beati Eugenii Toletani Archiepiscopi corp⁹ humatum esse cognouit. De quo diligentius inquirens qs fuerit, vel qua ratione à propria sede quieuerit, tum ex relatu hominum, tum ex eius vita, quam ibi descriptam inuenit, deprehendit. Scriptura siquidem continebat hunc Eugenium à Beato Dionisio in Galliam proficiscẽte ab vrbe Arelatensi in Hispaniam directum Toletanę sedi præfuisse. Qui postq̃ visitauit magistrum suum Dionisium cum iter esset ingressus, à Gentilibus deprehensus & ex fidei confessione quis esset cognitus, gladio aperiente viam, qua magister suus illuc iam præcesserat, cœlũ coronatus ingreditur. Cuius corpus post multum temporis diuina reuelatione repertum in ecclesia Beati Dionisii magna fidelium lętitia & exultatione cõdit̃. Vbi propter meritũ sanctitatis & gloriã miraculorum, quę ibi fiebant, ab omnibus q̃ deuotissime venerabatur.

DE SANCTO ATTILANO.

OPerę precium est Sanctorum virtutes & gesta cognoscere, vel propter eorum memoriã, quæ semp eluceat, vel maxime ꝓpter exẽpla quæ sunt nobis salutifera documẽta. Quare Beatus Attilanus annũ agens quintum & vigesimũ, audiẽs in Morerola monasterio, quod à Zamora non longe distabat, homines sanctissime vixisse, illuc statim se contulit. Vbi decennium sub Floriani Abbatis disciplina militauit. Cuius honestatem sanctitatem q̃ cognoscens Florianus eum in monasterii Priorem constituit. Quorum temporibus Zamorensis atq̃ Legionensis Pontifices à mortali vita discesserunt. Attilanus in Episcopatu Zamorensi, & Florianus in Legionensi successerunt. Propterea quod per omnem regionem clarissima eorum fama virtutũ peruolabat. Qui die sancti Spiritus illo mysterio fuere roborati. Quapropter Attilanus templa, loca, omnesq̃ populos summa cura gubernabat, & annos fere decem magnos & assiduos labores tollerauit. Qui memor exactæ vitæ criminũq̃ suoꝝ, q̃ antea cõmiserat, pergre proficisci statuit. Episcopatus itaq̃ reddit⁹ pauperib⁹ mãdat cõmunes fieri, quod multis rationibus suos hortat̃, quoniã necessitate coact⁹ se per aliquod tempus recessurum dicebat. Quod si secus mandatum feciſſent, Deus iratus maledictione condemnaret. Hoc audientes q vitam eius nouerant clamant omnes. Te sequemur quocunq̃ vadis ô mortalium omnium clę mentissime, quare nos in tanta calamitate relinquis? Per Deũ vnicum quicquid rogas nos facturos testamur. Ille autem verbis illorũ fidem adhibẽs, cum eos benedixisset, statim discessit. Cũq̃ venisset ad pontem prope templum Sancti Laurentii, anulum, quem digito gestabat, de ponte proiecit̃ in flumen, sic dicens. Quando anulum hunc reuisero, tunc ab omnipotenti Deo delictorum meorũ veniam promerebor. Inde autem discedens cũ vno comite, quẽ plurimum diligebat, adeo festinauit, vt eum defatigatum reliquerit in itinere. Sol⁹ itaq̃ se pannis induit q̃ vilissimis, adeo vt à nemine cognosci posset, & duos annos eleemosinis vixit. Quẽ tandem vox in somnis audita diuinitus sic admonuit, Attilane iamiam tuum ad pontificatũ perge, tuæ enim exauditæ sunt preces. Ipse q̃, prę cepto audito, se itineri accinxit. Venit itaq̃ noctu ad heremum, quę Sancti Vincentii de Cornu vocabatur, & cõuicina sancto sepulchro. Vbi quædam muliercula cum marito suo illum in parua domo receperunt, eiq̃ cœnam non lautam quidem dederunt. Mane autem maritus & vxor pro piscibus ad Episcopi domum vadunt, vt antea consueuerant. Et Attilianum rogant vt interim domum custodiat. Quibus dantur pisces, immemores vnius, quem domi reliquerant: reuersi pro eo dederunt piscem maioris ponderis. Quos pisces Attilanum rogant vt prę paret donec ipsa pro aqua & maritus pro igne vadunt. Quib⁹ Attilan⁹ respondit obsequẽter. Cũq̃ maiorẽ piscẽ accepisset dũ ei⁹ viscera volueret, anulũ, quẽ à põte deiecerat, inuenit. Tũc repẽte ꝓn⁹ & genib⁹ flexis deo gra

UVA. BHSC. IyR_186

tias egit & cõtinuo spõte cãpanæ sonitũ dederũt, & magna totius ciuitatis admiratio orta est. Quappter per omnes domos & hospitia atq; hospitales pquirunt, nihilq; cõperiebant. Cũ essent itaq; omnes solliciti, tãdem vir quidam procurator rei familiaris Episcopi meminit, de viro quodam, quem mulierecula sibi dixerat hospitatum apud se, nescius cuius dignitatis esset. Omnes illuc concurrunt sacerdotes & tota ciuitas. Attilanus autem veste nõ preciosa neq; nouna, sed vili atq; detrita inuentus est, Deo gratias agens. Quapropter omnes ei gratulantes, & Deo gratias agentes cum magno gaudio reduxerunt in ciuitatem. Qui postea vixit annos circiter octo sanctis semper operibus incumbens. Quem vita functum nomine ciuitatis Vrbanus Pontifex Maximus in sanctorum numerum canonizatum aggregauit, Anno millesimo secundo, quo regnabat in Hispania Rex Henrricus.

DE SANCTO TORQVATO ET SOCIIS EIVS.

PRout scribit Calixtus Romanus Pontifex in libro, quem de vita Sancti Iacobi & miraculis ædidit, in Hispania Diuus Iacobus è Gallecia prouincia nouem discipulos elegit. Quorum septem, duobus aliis in Gallecia prædicãdi causa remanentibus, cum eo Hierosolimas perrexerunt. Qui corpus eius post passionem per mare in Galleciam deportarũt. Ex quibus, vt idem Calixtus & beatus Hieronymus scripserunt, nonnulli cum beati Iacobi corpus i Gallecia sepelissent, Romam se contulerunt, & ab apostolis Petro & Paulo coronis episcopalibus ordinati ad prædicandum Dei verbum in Hispaniam adhuc errore Gentilitatis implicatam missi fuere. Qui sua prædicatione innumerabilem Hispanorum multitudinem ad Christi cultum conuerterunt. Torquatus apud Gaditanos, quos tunc Accios vocabant, Ethesiphon ad Abderenses, quos tunc Vergos, & nunc eorum patriam Almeriam dicunt. Secundus ad Abulenses, quorum ciuitas adhuc antiquum retinet nomen, Indaletius ad Vrsios, quorum ciuitas Vnga vel Verga vocabatur. Cęcilius ad Iliberos, id est Granatẽses, Hesichius ad Cartheios, id est, Ventosanos. Eufrasius ad Licurgitanos. Qui omnes idibus Maiis in pace quieuerunt. In quorum quidem memoriam ad hoc vsq; tempus miraculum cernitur, & eorum glorioſissimę mortis probatissimum testimonium. Siquidem in eorum vigilia singulis annis ad sepulchrum Sancti Torquati retro ecclesiam diuinitus arbor oliuæ florens maturis fructibus onustatur. De quibus oleum statim conficitur, vnde lampades ante eius altare venerandum accenduntur. Quod apud Acitanam vrbem fieri quidam scripserunt. Ego vero quæ sit vrbs Acitana non bene compertum habeo. Alii vero duo Sancti Iacobi discipuli, scilicet Athanasius & Theodorus, vt i beati Leonis epistola legitur, iuxta apostolicum corp? vnus ad dexteram, & alius ad leuam sepultus est.

DE MAGNA CAESARAVGVSTANORVM Martyrum multitudine.

AB hinc anno millesimo centesimo trigesimo septimo Martyres innumerabiles Cæsaraugustę passi fuere. Tunc enim in Hispania indies Christianorũ crescente numero Diocletianus & Maximianus Imperatores metuẽtes ne Romano & totius orbis priuarent imperio, Dacianum præsidem ad persequendum Christianos in Hispaniam miserunt. Qui Cæsaraugustam ingressus cum Christianorum mentes à sancto proposito reuocare non potuisset, aduocatis vrbis satellitibus iussit vt ex vrbe Christianorum multitudo pelleretur. Quam milites eius armati ex locis occultis subito prosilientes occiderent. Ipse autem Dacianus interea ciuitatis portas clauserat, vt si quis aciem mucronis fugiens ad vrbem rediret, nequaq; ingrederetur cruento gladio periturus. Satellites itaq; percurrunt, prȩconum voces resonãt per vrbẽ, portęq; reserantur. Cæterum gaudens piorum Christionorum vtriusq; sexus ingens multitudo progreditur, Gloria, cantans, in excelsis Deo. Quibus digressis ex officio impietatis obsc-

UVA. BHSC. IyR_186

rantur portæ ciuitatis, & ex occultis repente locis prosiliunt armatorum cunei. Prosternuntur non resistentium corpora catholicorum innumerabilium. Præses autē non satiatus crudelitate sua præcepit multitudini paganorum, vt per omnes ciuitatis plateas iacentia corpora cōgesta ignibus traderent. Qui vt nihil crudelitatis intentatum relinqueret, omnes diuersorum criminum reos, qui in ergastulis carcerum tenebantur, amputatis capitibus sociari iussit sanctorum corporibus, & simul ignibus comburi. Congesta sunt igitur Sanctorum corpora corporibus damnatorū & coniuncta. Quę & si simul cōcremata fuere, virtute tamē cœlesti sunt ab illis separata. Quæ quidem fuerunt omnia facta veluti frumenti candida massa. O fœlix & nimium beata ciuitas Cæsarauguſtana beatorum sanguine circumfusa, quę tot milium martyrum oblationes domino consecrasti.

DE SANCTO LAMBERTO, ET SANCTO GREGORIO.

CVm in Hispania citeriori apud Iberum amnem locustarum multitudo ingens per multos annos fructus omnes deuastaret, eamq; nec precibus nec votis nec sacrificiis illius regionis incolæ abigere potuissent, tandem multorum consilio, vel potius diuino monitu p nūcios Romanum consuluere Pontificem, quomodo suis & aliorū precibus & consiliis tāto possent obuiare malo. Quorum lachrymosas preces Pontifex audiens triduanum populo ieiuniū indixit, orans vt Deus, cuius dispositioni cuncta subiacent, reuelare dignaretur, quo ordine pestis illa sedari posset. Post autem triduum angelus Romano Pontifici, & cuidam Cardinali visibiliter apparens nunciauit, vt Gregorium, qui propter operum suorum sanctitatē ad Hostiensem pontificatū promotus fuerat, mitteret. Quod Romanus Pontifex adimplens beatū Gregorium statim misit in Hispaniam. Qui cum venisset primum oppidum Calagorritanū vbi locustarum densissima nubes campos obumbrabat, visitauit. Cuius præsentiam pestis illa sustinere non valens, sicut fumus à vento repulsa est. Pergens deinde Lucronium cęteraſq; visitans circūadiacentes regiones & fructus à locustis & corpora à langoribus, & animas à vitiis virtute diuina sua q; prędicatione liberauit. Qui etiam quendam opilionem nomine Dominicum monitione diuina ad eum venientē sacerdotem ordinauit, & indiuiduum comitem semper habuit. Qui nunc sanctus Dominicus vulgo dela Calçada dicitur. Beatus vero Gregorius plenus virtutibus prophetico spiritu pollens & maximis corruscans miraculis fœlix migrauit ad Dominum. Cum autem Dacianus prędes in Hispaniam aduenięs multa sanctorum corpora laniaret, & innumerabilium martyrum Cæsarauguſtanorū sanguinē sęuissime profudisset, cupiens Christianitatis nomen funditus delere, sub prędonis voce tale promulgauit edictum, vt si quis latenter Christianum liberum aut in ruribꝰ seruum teneret, sub Talionis pœna statim proderet aut negare cogeret fidem. Cumq; beatus Lambertus sub cuiusdam infidelis dominio in rure laborando degeret, dominus eum alloquēs duorum optionem dedit, aut fidem negare, aut gladio succumbere. Quod audiens Lambertus intrepida voce respōdit, ante mori se velle q; domini fidē negare. Quapropter iratus dominꝰ euaginato gladio vno ictu caput eius abscidit. Martyr vero domini proprium caput propriis manibus accipięs vsq; ad eum locum, bobus prędeuntibus, peruenit, vbi innumerabilium martyrum preciosa corpora iacebāt. Qui cantās: Exultabūt sancti in gloria, cęteriſq; nutu diuino respōdentibꝰ, Lætabūt in cubilibꝰ suis, genibus flexis tanq; in cubili amœno inter reliquos martyres se collocauit.

DE AEMILIANO CHRISTI CONFESSORE.

SAnctus Aemilianꝰ in Aragoniæ puincia iuxta mōtē Cachū pastor ouiū fuit pastor hominū futurus. Qui oues ducebat ad vireta montiū, & vt pastorū mos est, citharā secum ferebat, ne ad gregis custodiam torpor impediret ociosam mētem nulla q; exercitatione suspensam. Cum autem ad dispositum locum peruenisset, eum diuinitus sopor inuasit. Qui citharæ

UVA. BHSC. IyR_186

materiam vertit in literarum inſtrumenta, animamq; opilionis in actum contemplationis. Expergefactus cœleſtem meditatur vitam. Relinquens ſubinde curam ouium ſtatim fœlicem Heremitam adiit, qui erat in Caſtro Libio. Poſt cuius ſalutarem doctrinam in heremo habitans annis ferè quadragenis angelorum ſolummodo collegio fungebatur. Quem Tiriaſſonenſis Epiſcopus Vrgelienſis eccleſię, vbi nunc eius corpus habetur, glorioſum preſbyterum ordinauit. Qui preſbyter ordinatus dæmonium oratione fugauit. Armētarium monachum à tumore ventris ſanauit, Barbaram fœminam a paraliſi morbo, aliam q; claudam curauit, & ancillę cuiuſdam Senatoris cęcæ viſus reſtituit. Ante annum autem ſuæ migrationis & vitæ ferè centeſimum, cum ei reuelatum eſſet humanos ſe finiturum labores, & omnipotentis perceptu rum promiſſiones ad vitam ſe conuertit aſperiorem, & qui ſe vigiliis ieiuniiſq; iā deſiccauerat, denuo veteranus miles militiam aggreditur nouam, vt finis eſſet præſtantior. Eodem igit' anno quadraginta diebus ante reuelatur ei excidium Cantabriæ. Vnde nūcio miſſo iubet ad diē feſtum paſchæ ſenatum pręſto eſſe. Qui cum ad ſtatutum diem conueniſſent, narrat illis quod viderat. Secreta eorum cædes, furta, inceſta, violentias, cętera q; vitia increpat, pœnitentiam vt agant pro his omnibus prædicat. Appropinquante autem mortis tempore accerſiuit Aſſellū preſbyterum ſanctiſſimum contubernalem. In cuius pręſentia fœliciſſima eius anima à corpore ſoluta, cœlo eſt reddita.

DE EVROSIA VIRGINE ET MARTYRE.

RHodorici regis temporib⁹ Mauris per inſidias Iuliani Comitis Hiſpaniam deuaſtantibus, Euroſia Bohemiæ Regis filia Aragoniæ Regi per nuncios deſpōſata veniēs in Hiſpaniam, cū Maurorū rabiem ſęuientē cōtra Chriſtianos audiſſet, ad mōtes Pyreneos fugiēs, in ſpelunca apud oppidum, quod Verna vocabatur, latuit cum multis Hiſpaniæ & Bohemię nobilibus, qui cum ea venerant. Ad quam ſpeluncam cū Mauri peruenīſſent, equites Euroſiæ fortiſſime contra Mauros pugnantes, omnes demum Maurorum multitudine circūuenti oppreſſiq; ceciderunt, & Euroſia ab hoſtibus capta. Quæ cum Regis filia agnoſceretur, & eſſet forma pulcherrima, admonita à Maurorum principe vt Chriſtianam legem deſereret, & ei cōiugio copularetur, nolens illius fraudulentibus ſuaſionibus acquieſcere, ipſa cum paucis ſuoq; qui prælio remanſerant, iugulatur. Quæ cum ferientis gladiū patienter expectaret, hęc angelica vox audita eſt. Veni electa mea ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi dominus prępauit, & donum, vt quotieſcunq; pro pluuia vel contra quācunq; tempeſtatem fueris à Chriſti fidelibus inuocata, erit eorum oratio exaudita. Cum hoc audiſſet brachiis detruncatis & pedibus ſpirauit. In loco autem vbi concidit miracula multa poſtea viſa fuere. Corp⁹ vero poſt aliquot annos cuidam paſtori diuinitus demonſtratum eſt. Et inuentum ſolēniter & maximo gaudio Chriſtianorum ad Iacam ciuitatem delatum eſt, vbi in arca reconditum in eccleſia cathedrali ſuauiſſime redolet.

DE FRVCTVOSO, EVLOGIO, ET Augurio Martyribus.

FRuctuoſus Tarraconenſis Epiſcopus cū Augurio & Eulogio Diaconib⁹ ſuis ab Aemiliani ſatellitibus in carcerem conięcti fuere. Vbi poſtero die Fructuoſus Rogatianum baptizauit. Poſt diem autem quintum ad Aemilianum præſidem perducti fuerunt, & Fructuoſo dixit Aemilianus. Audiſti quid Imperatores iuſſerunt? Fructuoſus dixit. Neſcio quid Imperatores vri iuſſerunt. Ego vero Chriſtianus ſum. Aemilianus dixit. Pręceperunt deos coli. Fructuoſus reſpondit. Ego vnum Deum colo, qui fecit cœlum & terrā, mare & omnia quæ in eis ſunt. Aemilianus dixit: Scis eſſe Deos? Fructuoſus dixit. Neſcio. Aemilianus dixit. Scies poſtea. Fructuoſus autem orare cœpit intra ſe. Aemilian⁹ Augurio dixit. Noli verba Fructuoſi auſcultare. Cui reſpondit Augurius. Ego Deum colo omnipotentem. Aemilianus Eulogio. Nunqd

UVA. BHSC. IyR_186

& tu Fructuosum colis? Eulogius dixit. Ego ipsum colo, quem & Fructuosus. Aemilian⁹ Fructuoso dixit. Episcopus es? Fructuosus respondit. Sum. Aemilianus dixit, fuisti. Et statim iussit eos viuos comburi. Qui cum ducerētur ad incendium populus Fructuoso condolere cœpit, quoniam eum diligebant etiam Gentiles. Educti de carcere & flammis iniecti manib⁹ instar crucis expansis orantes, vt vincula, quibus astringebantur, urerentur, apertum est cœlum super eos, uidēntib⁹ etiam Præsidis Aemiliani domesticis. Qui Aemiliani filiæ, cui seruiebāt, ostenderunt, Fructuosum cum diaconibus suis cœlum ascendere coronatos, adhuc stipitib⁹, quibus alligati fuerant, permanentibus. Aemilianus autem ad videndum vocatus, quia non dignus erat, videre tantam gloriam non meruit. O beati martyres igne probati sicut aurum, vestiti lorica fidei, & galea salutis. Qui coronati sunt corona cœlesti & immarcessibili.

DE SANCTO ELESMO.

AT Elesmus etsi fuit natione Gallus, & ex claris parētibus ortus, & vir sanctissimus, à Regina tamen Hispaniæ & Alphonso Rege per literas & nuncios rogatus, in Hispaniam venit. Vbi cōmoratus, perspectis eius moribus & vitę sanctitate Hispaniæ principes eū apud se habere volentes, ei sacellum, quod Sancti Ioannis Euangelistæ nomine iuxta portam ciuitatis Burgensis in peregrinorum sepulturam condiderant, destinarunt. In quod Elesmus vir diuinis consecratus officiis magnis fundis & redditibus à rege donatus se recepit. Vbi super humum nudam dormiturus iacebat. Qui ieiunabat assidue & indefessus orabat, quottidieq; sacris operabatur. Erat sedulus eleemosinarum largitor, egrotātium & peregrinorum in re & verbo diligens consolator. Cuius multa magnaq; miracula, quæ Deus per illi⁹ virtutes ostendit, quoniam sunt ab aliis scripta latius, prætermitto. Eius autem venerabile corpus in sacello p̄memorato funeratum est, & simulachrum eius lapideum ante ianuā templi vidimus.

DE SANCTA GENTOLLA, ET HELENA MARTYRIBVS.

GEntolla virgo Hispana cum multis virtutibus esset insignis, Christianam q; religionem accuratissime seruaret ad Regem, qui tunc in Hispania rerum summā tenebat, ducta est. Qui videns eam in Christo, prædicando constantissimam cruciari crudelissime iussit. Et postea Seditio præfecto sęuioribus, si non mutaret animum, afficiendam tormentis tradidit. In qua Seditius omnia tormentorum genera exercuit. Ad quæ vidēda frequēs mulierū turba dolentium intromissa est. Quæ Gentollam solando rogabant vt sententiam mutaret. Quib⁹ illa sereno vultu se maiora pati paratissimam esse respondit. Omniaq; sæuissima tormenta ad mortem vsq; sustinuit. Ad quam veniens Helena mulier nobilis hortata est, vt nō deficeret in tormentis. Cui Gentolla respondit, tu vide soror mea ne deficias, quę simul mecū pro Christo trucidanda es. Et paulo post prędes vtramq; decollari iussit. Quarum corpora in Burgensi ecclesia translata fuerunt.

DE SANCTO IVLIANO DOCTORE Archiepiscopo Toletano.

IVlianus cognomento Pomerius ecclesiæ Toletanæ fuit Archiepiscopus tertius post diuū Illephonsum. Fuit in omni genere literarum doctissimus, & præcipue in sacris. Quem magister sententiarum citat in libro quarto, scribens de igne purgatorii & inferni, & autoritate viri huius doctissimi atq; sanctissimi confirmat opinionem suam. Scripsit hic libros complures, qui temporum iniquitate & hominum negligentia non apparent. Obiit vir hic sanctissimus octauo die Marci, quo in ecclesia Toletana festum eius celebratur.

DE SANTA CASILLA.

FVit olim Toleti Rex Mauritanicæ gentis nomine Canō homo viribus potens & armis strenuus. Qui multis annis aduersus Christianos bellū gessit, multaq; damna catholicę fidei cultoribus intulit, atq; q̄plurimos Christianos captiuos longo tempore tenuit. Cæterū

UVA. BHSC. IyR_186

huic Christianę religionis hosti validissimo crudelissimóq; dispensatione diuina, filia fuit vnica nomine Casilla, vel vt alii volunt Casilda, vt tam sæua pgenies & stirps tā nequam florem & fructum miri candoris afferret, super quē spiritus domini conquiesceret. Virgo siquidem regii generis ita semper ab infantia in virtutum creuerat fastigium, vt cor eius & pietas, quę secundum Apostolū ad omnia plurimū valet, miro modo repleuerat & ipsius præcordia veluti gladius bis acutus penetrauerat, vt Dei totam famulam in suum videretur dominium vendicasse. Stupendo nāq; modo & admirabili virginem illam spiritus ille deificus per deuotionis incendium sursum semper agebat in Deum, per compassionis molicię trāsformabat in Christum, per pietatem descensionis inclinabat ad proximum. Feruido siquidem & teneris annis tenebatur affectu, ita vt affluctis Christianis, licet Sarracenica nata esset progenie, intentissimę compassionis teneritudine condescenderet. Atq; siquid penuriæ aut defectus in aliquo cerneret, pii cordis dulcedine regebat in lachrymis. Habebat enim clementiam ingenitam, quam super infusa Dei pietas duplicabat. Ipsius itaq; liquescebat animus ad captiuos pauperes, vt quibus manum non poterat, exibebat affectum. Consuetudinis siquidem eiꝰ erat singulis diebus ineffabiliter, nisi aliquid esset impediēs, pietatis per viscera Christi almi Iesu propter reuerentiam, captiuos Christicolas inopes sua cū gratissima presentia visitare, ipsisq; per largitatis impensionē porrigere manus adiutrices, pectoris gerēs in scrutinio aueris literis conscriptam Dauidicā sententiam, qua intonuit. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, Mira res & insolita, à naturali incisa oleastro, contra naturā sui generis, in bonā transibat oliuam, vt fructum bonum posset afferre. Vnde arbor infructuosa ramum producere valuit vberrimum. Hęc autē Sancta Casilda (ne lectores eius laudes & virtutes ignorent) cum fluxū sanguinis pateretur, vna cum captiuis Christianis, quos e vinculis, absente patre, liberauit, ad Boecium fontem, de quo alio loco scripsimus, se contulit. Vbi lota statim conualuit, ibiq; permānsit, & non sine multis miraculis, quæ Deus propter illius sanctitatem multis Christianis ostendit, vitam finiuit. Qua propter Christiani subinde in cacumine montis, vnde fonticulus oritur, ædem sacram condiderunt, quę nūc à Christianis excolitur nomine & appellatione Sanctę Casildę.

DE SANCTO FRVCTO.

FRucti autē serui Dei sanctissimam & asperrimam vitā Segouiensis quotannis exultans cantat ecclesia. Qui cum diues esset, omnia quę habebat vēdidit, & precū rerum, quas produxerat, totum pauperibus erogauit, & pene nudus in heremū se contulit, ibiq; in spelūca inter montanas feras & sine humano contubernio vitam egit solitariam & inopē. Qui spiritu Dei plenus, diuinis assuetus præceptis, perfectionis Euangelicę fuit sedulus emulator. Vnde venditis omnibus, & precio distributo egenis, ad heremi squalorem, factus solitarius, abiit. Et nudus sequutus est infatigabiliter Christū nudum. De cuius eximiis virtutibus & magnis laudibus pręter hymnos deuotissimas etiam lectiones in eius historia legētur. Exquibus vnā solenniter cantat ecclesia. Quā hic exponere placuit. Cum patris nostri Fructi glorioſi merita singularia & opera mirabilia nobis in mentē veniunt, nostrā nimirū vitā iure reprehendimus. Quæ qdē, si cū Fructi sanctitate cōparet admodū vilis est & non sine maxima culpa.

DE SERVANDO ET GERMANO MARTYRIBVS.

LEgimus etiam Seruandi & Germani martyrium. Qui cum viri nobiles essent dæmones expellebant, & per impositionem manuum multos langores curabant in Emerita vrbe Lusitanię prouincię. Quod cum præses audisset eos ad se vinctos cathenis adduci iussit. Et in Mauritaniam prouinciam profecturus secū ducere decreuit. Illi autem labores itineris, cathenas & famem, guadētes, animi virtute tolerabant. Tandem cūuentum esset in locum qui dicebatur Vsianus, apud Gades iussit præses, vt colla eorum carnifices amputarent. Ducti igitur ad collem flexis genibus orantes Deum, gladium sacris ceruicibus exceperunt. Quos Seruādus Hispali cū Iusta & Rufina, Germanus vero in Augusta Emerita sepultus est.

UVA. BHSC. IyR_186

DE FACVNDO ET PRIMITIVO MARTYRIBVS.

IN Hiſpania præſes Detianus ſuper ripã fluminis, quod Seya dicebatur, ſecus ſtratam, vbi erat Idolum ad immolandũ ei, multitudinem gentiũ congregauit. Erant autẽ nõ longe ab eodem loco duo fratres, Facundꝰ & Primitiuus Chriſtianiſſimi. Qui noluerũt Idolo immolare. Et propterea accuſati apud iudicem ducti ſunt apud eum. Quos cũ multis minis exhortatus ſuiſſet, vt Idolis immolarent, reſpõderũt, nos quotidie immolamus domino Ieſu Chriſto, & nobis optabile eſt pro eo pati. Et ſic vſq; ad mortem perſeuerarunt.

DE SANCTO LEANDRO EPISCOPO HISPALENSI.

INter cęteros autẽ Hiſpanos homines doctrinis excellentes Leander Hiſpalenſis Epiſcopꝰ ſanctitate, doctrina, atq; eloquẽtia maxime floruit. Cuius cõcionibus & exemplis tota Veſegotarum gens per Recaredum eorum regem ab Arriana, impietate cõuerſa eſt. Quippequi multa ad catholicæ fidei confirmationẽ & ipſius Arriani hęreſis confutationẽ compoſuit. Nã eandem peſtem Vandali plures in Hiſpaniam ex Affrica detulerant. Huiç autẽ Leandro viro inſigni diuus Gregorius Pontifex, adhuc monachus moralium ſuorum librum ſcripſit.

DE SANCTO ISIDORO HISPALENSI EPISCOPO.

LEandro viro docto ſanctoq; frater Iſidorus doctiſſimus ac ſanctiſſimus in Hiſpalenſis epiſcopatus dignitate ſucceſſit. Qui vnus inter omnes Hiſpaniæ tum ſanctitate, tũ literis clarus non ſecus ac ſol inter omnia ſydera fulſit. Natus enim ex ſtirpe regia, verus nobilis, verus doctus, verus ſanctus & cunctis virtutibꝰ excellens plurimum & patriam Hiſpaniam & Chriſtianam religionẽ illuſtrauit. Fuit autem diui Gregorii Papæ diſcipulus, à quo & doctrinam & ſanctitatem doctus ob doctrinam ſingularem maximaſq; virtutes miraculaq; per multa in magnam apud omnes admirationem deuenit. Qui cũ eruditiſſimꝰ eſſet plurima ad Chriſtianam fidẽ pertinenti, ac de aliis rebus librorum volumina cõfecit. Quorum hęc præcipua fuertũ. Ethimologiarum libri viginti, de ſummo bono tres. Allegoriarum tres, Aſtronomię liber vnus, officiorum libri duo, ad Floram ſororem libri duo, differentiarũ liber vnus. Scripſit & de viris illuſtribus & grãmaticæ vocabulis. Item hiſtoriam ab Adam vſq; ad ſua tempora, & Longobardorum geſta mandauit literis, multorũq; ſanctorum vitas. Librum inſuper de Coſmographia & rerum naturis, multaq; alia ac pene innumerabilia opera compoſuit.

Præcepta ſalutaria. D. Iſidori

Ex cuius libris hæc ſalutaria præcepta conſiliaq; ſapientiæ plena collegimus, quæ ſequuntur.

¶ Patienter abvno ferendũ eſt, quod multis accidit. Difficile eſt prauã vincere conſuetudinem, aſſidua namq; conſuetudo in natura conuertitur. Conor à lapſu reſurgere, & non valeo vſui repugnare. Trahor amore boni, retrahor malæ conſuetudinis lege. Quãuis cum dolore vſui malo reſiſte. Corrumpi non poteſt corpus, niſi prius corruptus fuerit animus. Caſtitas hominẽ cœlo coniungit & angelorum comitem facit. Saturi libido ſemper eſt accẽſa, ieiunio vero deprimitur. Venis vino plenis in membris luxuria pullulat. Pocula ſunt enim luxuriæ inſtrumenta & igni adiecto fomite magis incendium creſcit. Si vis à fornicatione eſſe tutus, eſto corpore & viſione, muliere diſcretus. Circa ſerpent enim poſitẽus diu illeęſus nõ eris.

Sententiæ ſcitu dignæ.

Eiuſdẽ Sanctiſſententię memoratu dignę de patientia & humilitate.

¶ Quantum humilitate cor inclinatur ad infima, tantum proficit in excelſo. Primus humilitatis gradus eſt libenter audire veritatẽ, memoriter retinere, voluntarie proficere. Veritas mentem fugit, quã humilẽ non inuenit. Deſcende vt aſcendas, humiliare vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Eſto paruus in oculis tuis, vt ſis magnꝰ in oculis Dei. Tanto enim eris apud deũ precioſior, quãto fueris ante oculos tuos deſpectior. Humilitas caſum neſcit. Aequalis eſto in omnibus, mentem neq; gaudio cõmmutes neq; moerore. Nullus te caſus imparatum inueniat. Nullus ſit caſus, quẽ non præmeditatio tua præuiderit. Propone tibi nihil eſſe, quod non poſſit accidere, nam præcogitatio moleſtias futuras attenuat, improuiſa autẽ mala grauiter feriunt. Quod tibi in alio diſplicet, in te ipſo diſpliceat. Para tibi contra verbum aſperum to-

UVA. BHSC. IyR_186

lerantiæ clypeum, cõtra linguæ gladiũ patientiæ scutũ. Conuiciũ non retorqueas, cõtumeliã ne repetas, tene silentii patientiã, tacẽdo facili⁹ vinces. Aperi tranqllo corde dolorẽ iniurię, vulnus q̃uis graue sit apertũ euaporat, valde aũt comedit animũ vuln⁹ incluſũ. Inuidia ſibimet primũ nocet, primũ actorẽ ſuũ mordet, eſt enĩ animę tinea, quæ ſenſum comedit, pectus vrit, mẽtem afficit, cor quaſi peſtis depaſcit. Eiuſde ſancti p̃cepta de bona & honeſta cõuerſatione.

Præcepta de honeſta conuerſatione.

¶Profeſſionem tuam habitu & inceſſu demõſtra, ſit in geſtu grauitas, ĩ inceſſu honeſtas, nihil laſciuię, nihil dedecoris, nihil petulantiæ, nihil inſolentiæ, nihil in inceſſu tuo leuitatis appareat. Mores hominis lingua pandit, qualis enim ſermo talis & animus exiſtimaẽ. Alienã vitam non laceres, de malo alieno os tuum non inquines. Non detrahas peccanti, ſed condole. Quod in aliis detrahas in te potius pertimeſcas. Detrahentes quoq; non audias, pari enim reatu detrahentes & audientes tenentur. Inter fideles non cõputantur, qui quod vouerunt non adimplent, quia fidem promiſſionis non ſoluunt. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, impia eſt promiſſio, quæ ſcelere impletur. Nulla pœna grauior eſt, q̃ mala conſcientia, mens enĩ malæ conſcientiæ propriis ſtimulis agitatur. Prauas cogitationes tuas manifeſta, vitium enim proditum cito curatur. In bonis dilatio nocet. Sæpe natura moribus immutatur, conſuetudine ſuperatur. Quod cum difficultate cœperis, per vſum cum voluntate perficies. Non ſolum factor, ſed etiam conſcius peccati tenetur obnoxius. Hæc itaq; præcepta ſalutifera de ſancti glorioſiſſimi codicibus hauſimus. Cuius dies feſtus, cum ſanctus fuerit egregius, cum apud Chriſtianos omnes, tum vero apud Hiſpanos deuotiſſime celebratur.

DE DIVO ANTHONIO SACRARVM literarum archa cognominato.

DIuus autem Antonius Hiſpanus & ex Vlixbona ciuitate oriundus atq; ordinis minorum ſacerdos admodũ quidem & vita ſanctus, & multis virtutibus adornatus fuit. Qui apud Patauium innumeris clar⁹ miraculis ſumma cum gloria Deo animã reſtituit. Quas ob res á Gregorio ſummo Pontifice ſanctorum confeſſorum conſortio relatus eſt. Cæterum cũ religioſos omnes non ſolum ſui temporis & ætatis, verumetiam priorum ſæculorũ longe literis omnib⁹ p̃ſtaret, ſacrarum lr̃arũ Archa cognominari meruit. Et cũ Toloſæ Bononiæq; atq; Patauii theologiã diuti⁹ egregie docuiſſet. Hac de re non paucos ædidiſſe libros phibeẽ.

DE DIVO VINCENTIO THEOLOGO CELEBERRIMO.

DIuus etiam Vincentius patria, vt quidam volunt, Valentinus, quantum Hiſpaniam patriam religionem Chriſtianam illuſtrauerit, narrare quis poſſet? Hic enim prædicatorũ ordini ſeruiens declamator ac theologus celeberrim⁹, nõ doctrina modo celebri, ſed inſignis ſanctitate ſingulari, plurimum quidem Chriſtianæ religioni cunctiſq; mortalibus p̃deſſe maxime ſtuduit. Quippe q cũ cõcionandi munere facũdiſſimus & vehemẽtiſſimus eſſet, quoad vixit, religionem Chriſtianam & fidem catholicam prædicando, docendo, & monendo, non verbis modo, ſed exemplis augere ac iuuare nõ deſtitit. Qui cum & in morte & poſt mortem plurimis miraculis claruiſſet, Calixtus tertius Summus Pontifex eiuſdem patriæ, de quo poſtea ſcribemus, anno domini. M.CCCC.LV. Eas ob res in ſanctorum numero eum aggregauit, & eius feſtum Nonis Aprilis celebrari iuſſit. Qui dies etſi in Hiſpania tota diligenter & honorifice coliẽ, multo tñ magis apud Valentiã, vbi natale ſolũ p̃fia diuo Vincẽtio ſui nominis gaudet alũno. De cuius admodũ p̃ficuis concionibus & aliis rebus alibi plene ſcripſimus.

DE SANCTO DOMINICO CALAGVRRITANO.

ET ſi ſtatueram de Hiſpanię ſanctis & martyribus ſeparatim ſcribere, quoniam tũ hi omnes ferè literis floruerunt, & in his diuum Iſidorum atq; alios ſanctiſſimos annumeraui

UVA. BHSC. IyR_186

mus, eorum quidem locum sibi quisq; vt mihi venerit in mentē, sortiet̄. Prę-sertim cū id Sanctum nullum moleste laturum certo sciam. Hunc itaq; locum diu⁹ Dominicus sibi vēdicat. Qui mirabili sanctitate & doctrina singulari decoratus, & religionis Christianę quasi matutinum sydus effulgens, in Calagurra Hispanię ciuitate natus, vt accepimus, ex regulari canonico vocatus á Deo cum sociis fratribus duodecim prædicatorum ordinem incredibili feruore religionis instituit. Quo instituto diuinitus á gloriosissima Dei genitrice Maria etiā ipsius habitum religionis assumpsit. Cuius religionis cum esset cultor maximus procurante Innocentio tertio Pontifice maximo hæresim apud Tolosam nuper obortam mira celeritate atq; virtute compescuit. Deinde autem ab Honorio sequenti Pontifice ipsius ordinis cōfirmationem meruit obtinere. Quo quidem confirmato innumerabilia ferme monasteria condidit, ac plurimis signis miraculisq; clarissimus vniuersam penè Europam docendo prędicandoq; perlustrauit. De cuius multis miraculis vnum hic duntaxat exponā, quod in Sicilia contigit. In Augusta itaq; Sicilię ciuitate deuotę cuiusdam matronæ filia vitio lapidis longo tempore laborauit. Nullo autem medicinæ consilio suffragante, solum sibi supererat insciturę remedium. Cū igitur dies esset statuta, qua puellam oportebat inscidi, mater filiæ periculum timens prędicētī die ad ecclesiam beati Dominici se contulit, & orationi se dedit, suamq; filiam Deo & sancto Dominico voto quo potuit commendauit. Sequenti ergo nocte dormienti puellæ beatus Dominicus astitit, & in manu eius lapidem, quo torquebat̄, posuit & abscessit. Quem puella euigilans & se liberatam inueniens matri dedit & visionem per ordinem explicauit. Mater vero cum ingenti lætitia lapidem ad fratres attulit, rem quoq; gestam corā multis exposuit. Quē fratres in ecclesia ante imaginem beati Dominici, & in futuram memoriam iam stupendi miraculi suspenderunt. Tandem anno nostræ salutis millesimo ducētesimo vigesimo tertio apud Bononiam Italię vrbem Nonis Augustis migrauit ad Dominum. Quem postea Gregorius eius auditis miraculis & vitæ sanctimonia, in sanctorum numerū retulit.

DE SACRIS AEDIBVS ET LOCIS IN HISPANIA religiosis & miraculis celebratis.

HAbet Hispania præter sanctos & martyres, quos supra memorauimus, alios etiam complures, & sacras ædes & domos insignes miraculis celebratas, Quas non Hispaniæ solū populi, sed externę quoq; gentes & principes religionis Christianæ cultores frequentare solent, sua vota promissaq; soluentes. Veniūt enim de remotissimis regionibus & ex Europa fere tota Christiani Reges magni q; principes peregrinātes in Hispaniam Compostellāq; Callecię prouinciæ ciuitatem sancti Iacobi miraculis inuitati sua dona magnaq; ferētes. Qui summi Pontificis autoritate gratiaq; Sancti spiritus omni culpa pœnaq; soluti, lętantes domū suā reuertuntur. Operæpretium est anno remissionis peccatorum, quod iubileum vocant, videre præter Hispanos q̄plurimos, innumeros etiam peregrinos ad hoc sanctissimum templū confluentes. Cæterum de huius apostoli miraculis & vita sanctissima multi scripserunt, & magna circumfertur historia. Quam qui videre voluerint legant apud alios, & præsertim apud Gregorium pontificem maximum. Qui de sancti Iacobi miraculis & meritis plenissime scripsit.

Compostella

¶ In oppido prouincię Lusitaniæ, quod Guadalupum vocant, & vt alio loco scripsimus, luporum flumen interpretatur, domus est ordinis sancti Hieronymi Virgini deiparæ cōsecrata, fama celebris & miraculorum monumentis illustris. Cui quicunq; se commendant votaq; promittunt ab omni periculo liberantur. In qua quidem domo plurima miraculorum signa, multa magnaq; cernunt̄, q̄ numerare longū esset. Idecq; p̄termittim⁹ qm̄ legunt̄ apud alios.

Guadalupus

¶ In Ouetana vrbe præter crucem, quam diuinitus Angeli fecerūt, alia q̄plurima memoratu digna leguntur. De quibus pauca referre libet, vt ea qui legerint, videre cupiāt. Illic enim colitur archa ab apostolis ex incorruptibili materia fabricata, Deiq; magnis operibus plena. Quam Deus omnium rerū maximus opifex mirabiliter ab vrbe Hyerosolimitana in Aphri

Ouetana.

UVA. BHSC. IyR_186

cam, ex Aphrica in Carthaginem nouam, ex Carthagine Hispalim, ab Hispali Toletum, & ex Toleto in Asturias ad ecclesiam sancti Saluatoris, & in locum, qui dicebatur Ouetum, transtulit. Quam cum sacerdotes aperuissent, in ea multas archulas inuenerunt, alias aureas, alias argenteas, & alias eburneas. Quibus magno cum Dei timore reclusis scripta quædam viderunt affixa. In quibus archana multa continebantur. Quæ nunc in Ouetana custodiuntur ecclesia & peregrinis illac transeuntibus demonstrantur. Quorum multa prætermittentes, pauca, q̃ sunt in ecclesia Ouetana monumenta salutifera breuiter enarrabimus. Continent itaq; in hoc sanctissimo templo res quæ sequuntur admirabiles. De ligno crucis domini, de spinis eius coronæ, de sepulchro, de sindone & tunica, de pannis in quibus Christus nascens inuolutus iacuit in p̃sepio, de pane cœnæ domini. Item de pane quo dominus hominum milia quinq; satiauit. De mana, quod Deus pluit filiis Israel, de terra montis Oliueti, in qua dominus tenuit pedes ascensurus in cœlum, & in qua pedes tenuit quando Lazarum suscitauit. Et de sepulchro Lazari. De lacte virginis Dei genitricis. De capillis & vestimentis eius. Vnus de triginta denariis, quibus Iudas dominum vendidit. Item pallium & ornamentum, quod Regina cœli dedit Illephonso Archiepiscopo Toletano, & de alio pallio Heliç prophetæ. Vestimentũ beati Tirsi martyris. Manus sancti Stephani protomartyris. Calceum dextri pedis Apostoli sancti Petri. Frons diui Ioannis Baptistæ & de eiusdem capillis. De ossibus sanctorum innocẽtum. De articulis digitorum. De ossibus trium puerorum, Ananiæ, Azariæ, & Misaelis. De capillis, cũ quibus beata Maria Magdalena tersit pedes domini. De lapide, quo signatum fuit domini sepulchrum. De Oliua, quam dominus tenuit in festo Ramis palmarum. De petra montis Sinai supra quam Moyses ieiunauit. De virga qua Moyses mare rubrum diuisit filiis Israel. Ibi sunt & sportæ Petri & Andreæ Apostolorũ. Et partes piscis assati & fauũ mellis. Et præterea multa corpora sanctorũ martyrũ, & ossa pphetarũ, Cõfessorũ ac Virginũ. Diuersa ibi sunt pignora recondita, q̃rum numerũ Dei solius est cõprehendere. Hæc itaq; & alia multa in archa p̃dicta cõtinent. Sed sunt pręterea in ecclesia Ouetana sanctorũ martyrũ corpora, Eulogii scilicet, Lucretii, & Eulaliæ virginis, sancti Pelagii martyris, & Vincẽtii martyris & abbatis, & sancti Iuliani pontificis, & corpus Regis Casti, qui Ouetanam fundauit ecclesiam. Crux ibi quoq; cõspicitur ab Angelis condita, atq; vna de sex hydriis, in quib⁹ dñs aquã cõuertit in vinũ.

¶ Cæsarauguſta felicissima ciuitas Mariæ virginis, quæ Pilaria cognominat, multis decorata miraculis insignis est & quotidie sanctissime colitur. Cuius ecclesia diuus Iacobus incho auit, & populus Cæsarauguſtanus absoluit, magnisq; redditibus instituit. Quæ nunc assidue multis sacrificiis & orationib⁹ deuotissimis frequentat. De cuius miraculis & altissimo mysterio multa scripta fuerunt, quæ nunc in eo templo diligentissime seruantur. *Cæsaraugusta.*

¶ In monte, quem Serratum vocant, apud Barcinonem beatæ Mariæ virginis assidue miracula multa diuinaq; mysteria summa cũ veneratione celeberrima cantat ecclesia. Domus est in altissimo monte sita, & in amœnissimo conualle & altissimis rupibus adhærens, & à multis non solum Hispaniæ populis, sed etiam ab externis gentibus & peregrinis frequentata. Quę supra se & in altioribus locis montisq; iugis domunculas & ædiculas habet, in quibus viri religiosissimi Deo seruientes solitariam vitam agunt. Qui se adeuntibus sermocinant, & sanctissime consulunt. Hæc pręterea domus quamuis parua cubicula, tamẽ habet & hospitia in quibus reges, duces, marchiones, comites & equites separatim recipiunt. Huius aũt sanctissimæ religionis & deuotissimæ dom⁹ ordinẽ diuinaq; mysteria multaq; miracula, q̃ magno idigẽt volumine, causa breuitatis omittimus, q̃ñ sunt ab aliis autoribus commemorata. *Mons Serratus.*

¶ Daroca fœliciſſima ciuitas non immerito ſuis corporalibus gaudet. In quibus hoſtiam, quam ſacerdos inter ſacrificandum conſecrauerat, & ſuperuenientibus hoſtibus inuolutã panniculo candido ſub lapide repoſuerat, inuenit in carnem conuerſam, & pãniculo adhærentem cum victrix à prælio reuertiſſet. Quæ quidẽ res admirabilis & pro magno celebrata miraculo fecit vrbem Darocam fœlicem & memorabilem. *Daroca.*

UVA. BHSC. IyR_186

Mentesa. ¶ Mentesa quoq; , quam Iaenē vocant , vna de primariis Bethicæ prouinciæ ciuitatibus Christi sudariò, quā dicimus alio nomine Veronicam, nō immerito gloriatur. Hoc enim Sānctissimo munere donata ciuitas illa est admodū fœlix , est admodū diues, & visitat' á multis & maxime colitur. Cæterum Sudarium hoc qui diligenter intuentur cuius sit coloris discernere minime possunt, tanta inest ei diuinitas & colorum varietas.

Ciuitas Burgensis. ¶ Apud Aucam vrbē, quā Burgensem nunc appellant, templū est ordinis sancti Augusti ni venerabile magnæ deuotionis. In quo Christi saluatoris imaginē crucifixam adorauimus. Quæ á Nichodemo facta peribetur. Hāc imaginen inuenisse mercatorē quendam cōmemorant in archa maris fluctibus agitata. Cuius imaginis inuocato numine multos infirmos conualuisse nobis affirmarunt plures homines fidedigni.

Baluaneda. ¶ In oppido nomine Baluaneda dom⁹ est ordinis sancti Benedicti, vbi vir sanctus Athanasius habitum religionis accepit. In qua quidem domo, sicut & in Compostella, Iubileum celebratur quolibet septēnio. Quo Christianis cōfessis & pœnitentib⁹ oia peccata dimittūtur.

Rupes Gallica. ¶ In iugo montis altissimi, quam rupem Gallicā vocant, ædes est sacra deigenitrici dicata. Quæ propter magna dei opera summa veneratione colitur & a multis Hispaniæ populis & peregrinantibus frequentatur & á pluribus etiam Salmanticæ studentibus.

Sanctus Dominicus Calciatensis. ¶ In antiquissima ciuitate, quam Sancti Dominici Calciatensis vulgus appellat, gallū vidimus & gallinā. Qui dū vixerunt cuius coloris fuissent ignoramus. Postea vero cum iugulati fuissent & assi candidissimi reuixerunt, magnā Dei potentiam summūq; miraculū referētes. Cuius rei veritas & ratio sic se habet. Vir quidā probus & amic⁹ Dei & vxor eius optima mulier cum filio adulescentulo magnæ probitatis ad sanctū Iacobum Compostellam proficiscentes, in hanc vrbem itineris labore defessi ingrediuntur, & quiescendi gratia restiterūt in domo cuiusdā, qui adultam filiā habebat. Quæ cū adolescetē pulchra facie vidisset eius amore capta est. Et cum iuuenis ab ea requisitus atq; vexatus ei⁹, voto repugnasset, amorem conuertit in odium, & ei nocere cupiens, tempore quo discedere volebant eius cucullo craterā sui patris clam reposuit. Cūq; peregrini mane discessissent exclamauit puella corā parentib⁹ craterā sibi fuisse subreptam. Quod audiens Prætor satellites confestim misit vt peregrinos reducerent. Qui cū venissent puella cōscia sui sceleris accesit ad iuuenē & crateram eruit é cucullo. Quapropter comperto delicto, iuuenis in campū productus iniqua sententia & sine culpa laqueo suspensus est, miseriq; parentes cum filium deplorassent, postea discedentes Cōpostellam peruenerunt. Vbi solutis votis & Deo gratias agentes subinde, redeūtes ad locum peruenerunt, vbi filius erat suspensus, & mater multis perfusa lachrymis ad filium accessit multū desuadente marito. Cumq; filium suspiceret dixit ei fili⁹, mater mea noli flere super me, ego enim viuus sum, quoniam virgo Dei genitrix & sanctus Iacobus me sustinent & seruāt incolumē. Vade charissima mater ad iudicē, qui me falso condēnauit, & dic ei me viuere propter innocentiā meā, vt me liberari iubeat, tibiq; restituat. Properat sollicita mater, & p̄ nimio gaudio flens vberi⁹, prætorē conuenit in mensa sedentē, qui Gallum, & gallinā assos scindere volebat. Prætor inquit filius meus viuit, iube solui obsecro. Quod cum audisset prætor existimans eam quod dicebat propter amorem maternū somniasse, respondit subridens, quid hoc est bona mulier? Ne falaris, sic enim viuit filius tuus, vt viuūt, hæ aues. Et vix hoc dixerat, cū gallus & gallina saltauerunt in mensa, statiq; gallus cantauit, Quod cum prętor vidisset attonit⁹ cōtinuo egreditur, vocat sacerdotes, & ciues proficiscuntur ad iuuenē suspēsum, & inuenerunt incolumem valdeq; lætantem, & parentibus restituunt, domumq; reuersi gallum capiunt & gallinam, & in ecclesiam transferunt magna solennitate. Quæ ibi clausæ, res admirabiles & Dei potentiam testificantes obseruantur. Vbi septennio viuunt, hūc enim terminum Deus illis instituit, & in fine septennii anteq; moriantur pullum relinquunt & pullā sui coloris & magnitudinis & hoc fit in ea ecclesia quolibet septēnio. Magnæ quoq; admirationis est quod omnes per hanc vrbem transeuntes peregrini, qui sunt innumerabiles, galli huius & gallinæ plumam capiunt & nunq;

UVA. BHSC. IyR_186

nun q̄ illis plumæ deficiunt, hoc ego testor propterea q̄ vidi & interfui, plumāq̄ mecū fero.

¶ Apud oppidū Olianā, qđ est in ripa Sicoris, & distat ab Ilerda passuū milia circiter. XL. domus est Mariæ virginis Castiluedrensis in alto loco posita. Ad quā domū singulis annis in Martio mense diebus Veneris ex insula fluminis tria lumina cærulei coloris ascēdunt, & ecclesiam p̄ fenestras ingressa, lāpades accendūt, & subinde descendūt ad eundē locū vnde venerāt, ibiq̄ ab inspicientiū oculis euanescūt. Quæ res admirabilis à populis illius regionis & viris fide dignis affirmatur.

¶ Sunt in Hispania p̄terea Cartusianorū domus magnę venerationis, numero tredecim. Quarum antiquissima est Scaladei apud Tarraconem. Porta cœli Valētinæ diœcesis. Paularia diœcesis Toletanæ. Beata Maria de Couis apud Hispalim. Mons hylaris, Barcinonensis diœcesis. Vallis Christi, Segobricensis. Miraflores, apud vrbem Burgensem. Domus Aniaga, Palentinæ diœcesis. Domus Xericia diœcesis Gaditanæ. Dom⁹ beatę Mariæ de Fōtibus, Oscensis diœcesis. Domus apud vrbem Granatā, quæ nostris temporibus instituta fuit à principib⁹ catholicis. Et domus Nazareni diœcesis Maioricensis,

Hæc itaq̄ sunt deuotissimi Christiani, quæ vidimus in Hispania loca religionis memorabilia & domus insignes propter diuina mysteria & opera sanctissima, multaq̄ miracula, quę Deus in illis ostendit. Quarū principia, causas, & historias, cæteraq̄ res prætermittimus propter multitudinem magnitudinemq̄. Quisquis igitur omnia plene scire voluerit, quærat à sacerdotibus, qui domos, quas memorauimus, diligentissime colunt, & omnia mysteria callēt.

LIBER SEXTVS

DE PRIMIS HISPANIAE ET ALIARVM REGIONVM CVLTORIBVS.

NVNC AVTEM de primis Hispaniæ & aliarum prouinciarum cultoribus scripturus lectores admoneo, vt ea quæ dixero nō ex meo capite deprompta fuisse putent, sed ab aliis & non indoctis scriptoribus, apud quos latius diffusa sunt, accepta. Scribūt itaq̄ Iosephus & Berosus, quibus diuus Hieronymus & Eusebius assentiuntur, Tubalem quintogenitū Iapeti filii Noę primū Hispaniæ Regem fuisse. Idē Berosus asserit Noam cognomento Ianū, ex Phœnicia in Hispaniā traiecisse. Qui Tubali nepoti suo ex Iapeto filio colonias duas reliqt de suo nomine dictas Noęlas & Noæglas. Quas Plinius Noægas & Noęlas ppellauit. Tubal itaq̄ primus Hispaniæ Rex fuisse phibet. Quod vt clarius fiat, q̄dam nobis altius repetenda sunt. Quibus nō Hispaniæ solū, sed aliarū quoq̄ terrarū primus cultus demōstrabit. Iaphet igitur Noæ filius, vt docet Genesis, cui pater Noe benedicēs ait, dilatet dñs deus domū filiorū tuorū, in Europā p̄fectus filios septē p̄genuit. Quorū ē duobus septē quoq̄ nepotes habuit. Filii aūt Gomer, Magog, Meder, Iauan, Tubal, Mosochoc, & Thiras fuere. Qui regionē, q̄ á Tauro & Amano mōtibus incipit, & p Asiā vsq̄ Tanaim flumē p̄tendit, coluere. Ex quib⁹ Gomer primus Iani filius in Europa Gomoritas instituit. Quos deinde Græci Galathas appellarūt. Magog aūt in Scythiā venīēs de se Magogas formauit, quos Græci dixere Scythas. A qb⁹ & Gothia & Scythia regiones dictę fuere. Meder vero seu Mede⁹ Medorū gentes instituit. E qbus Media regio nomē accepit, q̄ inter Persiā & Assyriā sita est. Quæ tñ à quibusdā Medo Medusæ filio nūcupata existimatur. Iauam insuper Ionib⁹, idest, Græcis nomē dedit, vnde Ionium mare dicitur, & Ionia Græcorum tellus. Quam tamen Vitruuius ab Ionio nomen accepisse refert Athenensium duce. Tubal autē cōdidit Hispanos, ut supra dictū est. Ante cuius aduentum in Hispaniā neminem venisse, præter eius auum Noam multi pro certo habent. Cęterū quoniā de primis Hispaniæ cultoribus loquimur, aliarū quoq̄ prouinciarū cul

Iosephus. *Berosus.* *Hieronymus* *Eusebius.* *Plinius.* *Tubal.* *Iaphet.* *Iaphet septē filios habuit.* *Gomoritæ.* *Galathæ.* *Gothia.* *Scythia.* *Vitruuius.*

UVA. BHSC. IyR_186

tus initia referre nō ab opere nostro alienū ducim⁹, Mosochoc itaq; Capadoces instituit. Qui Capadociā regionē vocarūt. Quā postea Cęsareā dixere Romani. Deniq; Thyras vltimus Iani filius Tyreses condidit. A quibus Thracia nomē accepit. Nūc aūt quoniā diximus, quas regiones & gentes septē Iani filii coluerūt, quas etiā nepotes instituerūt, breuiter explicabimus. Ascanes enim Gomeris filius & Iani nepos instituit Sarmatas, qui nūc in Scythia Meotidos paludis ꝓfundū incolūt. Quæ qdem regio, teste Lucio Floro, tenuis est & inutilis ac infœlicibus arboribus & barbarie plena. Adeo vt penè pacē & humanitatis cultū nō intelligant. Nostris ꝑsertim tēporibus Lutheriana hæresim, sectam q; nefandissimā colētes. Hāc em̄ ꝓuinciā plures mecū Bohemiā esse opinant. Raphas aūt secūdus Gomeris filius Ripheos, qui Paphlagones appellant, & Troianos cōdidit. Vnde regio Paphlagonia dicit. Hi aūt, vt Cornelius inquit, olim in Italiā transierūt. A quib⁹ Enei, ideſt, Veneti dicti fuere, & prouincia Venetia nomen accepit. Tergoma quoq;, siue Tigrā Gomeris filius tertiꝰ, vt Iosephꝰ narrat, informauit Tygrameos. Quos Græci Phriges vocarunt. Qui deinde à Dardano Iouis & Electræ filio Dardani dicti fuere. Postea vero Troiani à Troe Dardani filio. Fuit præterea & Elisas Iauæ filius. Qui Elyseis imperauit. Qui nunc Eolii à Gręcis denominantur, & à quibus etiam insula in freto Siculo Eolia dicitur. Fuit & secundus Iauæ filius nomine Tarsis. Qui Tarsos populos in Asia condidit. Qui quondam Cilices dicti fuerunt, vnde regio Cilicia nominatur. Multa præterea commemorare possemus, quæ causa breuitatis omittimus, vt ad incœptum rede amus. Ab his autē & eorū successoribus Augustino referente linguæ & gētes ferè omnes institutę fuere. Nā à Cethi Iauę filio Cypri cognominati sunt, & à Rhadami eiusdē filio Rhodii. Vocauit etiam Assur Assyrios, & Heber Hebræos, & Mersa Merseos. Qui deinde dicti sunt Aegiptii ab Aegipto fratre Danai, vt testis est Eusebius. Sed ad Tubalē redeo. Cui filius succesſit Iberus. De cuiꝰ nomine amnis Iberus, vt quidā volunt, nomē accepit, & Iberia dicitur Hispania. Post Iberū autem Iubalda Rex tertiꝰ Hispaniæ suscepit imperiū. A quo Iubalda mōs nomen accepit, teste Beroso. Quem Ptolemęus vel eius scriptores pro Iubalda Iubedam scripserunt, & Mauri barbaræ linguæ Zibaltar appellāt. Iubaldæ vero Brygum succesſisse narrat Berosus. Quem Aramei Castellanum significare dicunt, & Brygola Castellū in alto loco positum. Quapropter Brygum Regem nonnulli dictum putant, vel q̄ in vexillo castellū gerebat, vt Berosus asserit, vel q̄ in Hispania castella multa fundauerit. Quibus suū nomē indidit, q̄ etiā Ptolemæus cōprobare videtur. Hinc itaq; sunt in Hispania nomina quædā, quæ terminantur i Bryga, vt Laccobryga, Mirobryga, & alia plura, de qbus alio loco scripsim⁹. Quintum Hispanię Regē Tagum fuisse memoriæ Berosus prodidit. A quo Tagus amnis in Hispania dictus, vt idē Berosus ait, pisculentus & aureis arenis diues, vt alio loco diximus. Post autē Tagū Bethus Hispanis imperauit, vt quidā scribūt. A quo Bethis fluuius & Bethica prouincia, hoc est patria fœlix & beata, vt quidā scripserūt. Quā magnus etiā Homerus Elysios campos, vt alio loco scripsimus, appellauit, teste Strabone. Hebræi vero Bethū à Behin dictū putant, quod interpretatur à Hieronymo locus vitæ meę, ideſt, optatæ fœlicitatis, quæ cuiq; vitæ locus est & cāpus Elysius. Cęterū Beto Geriō i Hispaniæ principatu succesſisse fertur. Qui tyrannidē, vt Berosus scripsit, exercuit. Fuit aūt Geriō Aphri generis. Cuius nomē aduenā significare dicunt. Hic teste Beroso, ex Mauritania traiecit in Hispaniā, quā sibi parere coegit. Cui Greco cognomento fuit Chryseus, & Latino Aureus. Propterea q̄, vt scribit Berosus & Diodorus Siculus, à magnis diuitiis nomē assumpsit. A quo, ni fallor, Gerione dom⁹ in Hispania antiquissima cognomen accepit, q̄ nunc Gironia dicitur. Moriēs aūt Gerion tres reliqt filios, quos Trigeminos Geriones appellarūt. Propterea q̄, vt alio loco scripsimus, vnanimes fuerunt, summaq; cōcordia vixerunt. Quos, vt aiunt, Hercules Lybius Osiridis filius contra se venientes campestri certamine sustulit. Hercules aūt victoria potitus ex Hispania discedens Hispalum Hispanię regno præfecit. De cuius nomine Hispalim et Hispaniā dictā fuisse quidam volunt. Quibus assentitur Toletanus antistes Rhodoricus insignis historicus. Hunc au-

Thyras.
Ascanes.
Sarmatas.
Lucius Flor⁹
Bohemia.
Raphas.
Cornelius.
Venetia.
Tergoma.
Elisas.
Eolia.
Tarsis.
Augustinus.
Cethis.
Rhadamis.
Assur.
Heber.
Mersas.
Eusebius.
Iberus.
Iubalda.
Brygus.
Brygola.
Ptolemæus.
Nomina in Bryga termi nalia.
Tagus.
Bethus.
Homerus.
Strabo.
Hieronymus
Gerion.
Geriones tri gemeni.
Hercules Lybius.
Hispalus.
Toletanus Antistes.

UVA. BHSC. IyR_186

tem Hispalum Herculis filium fuisse memorant. Siquidem Hispanus & Iliberia eius filia nepotes Herculis à scriptoribus Hispanis referuntur. Hispalo autem mortuo regnum suscepit Hispanię nepos Herculis cui nomen erat Hispan⁹. A quo Hispalim vrbem & Hispaniam nominatam fuisse nonnulli volūt. Hercules autem cū in Italia res memorabiles gessisset, & magnis laboribus functus esset, vt Berosus est autor, in Hispaniam rediit, vbi nepos eius Hispan⁹ imperabat. Quo mortuo Hercules ipse, quamuis admodum senex, Hispaniæ regnum suscepit. Ibiq; paulo post è vita discessit apud Gades. Vbi Gaditani templum in eius memoriam condiderunt. Quod Pomponius Mella, Suetonius Tranquillus & Berosus affirmant. Rhodoric⁹ Archiepiscopus Toletanus Herculem scribit in Hispaniam Atlantem secum duxisse. Quē Berosus non Maurum, sed Italum fuisse narrat. Cui frater erat Hesperus, vt scribit Iginius, quem Lybius Hercules sibi successorem reliquit. Quem postea Atlas ei⁹ frater ab Hispania pellens in Italiam fugere compulit, vt scribit Iginius. Quapropter Hispaniam & Italiam Hesperias ab Hespero Rege dictas affirmāt. Atlas itaq; Hespero fratre pulso regnare cœpit in Hispania. Quem Berosus Atlantem Italum kytim nominauit. Qui cum Sicorum filiū Hispaniæ Regem instituisset, in Siciliam primum, deinde in Italiam traiecit, vt Hetrusca refert historia. Itaq; successit Atlanti filius nomine Sicor⁹, vt Berosus asserit. A quo Sicorim flumen dictum fuisse opinant. Sicoro vero Sicanus filius successit, vt ait Berosus. A quo Siculis & Italis nomen inditum est clarissimū. Quod à poetis & scriptoribus maxime celebrat. Successit aūt Sicano Siceleus. Qui Siculis, vt Dionisius Halicarnaseus meminit, nomē dedit. Defuncto autem Siceleo Lusus eius filius in Hispania regnauit. A quo Lusitaniā dictā esse nōnulli contendunt, & multas etiam colonias ī Hispaniam traductas. Reliquit aūt Lusus Hispanię Regē Siculum. Cæterū sciendū est Hispanos olim nō Reges proprios, sed duces habuisse, vt Trogus scribit. Ideoq; Sicorus, Sicanus, Siceleus & Sicul⁹, nō Reges, sed Duces dicebant. Habuit aūt Sicul⁹ successorē Testā. Qui, vt qdam scribunt, ex Lybia fuit oriūdus in Tritonide patria Mineruę & vrbē Testā cōdidit in littore maris apud Valentiā. De cui⁹ nomine Ptolemæus populos ꝓpinquos Cōtestanos appellauit. Post Testā vero Romus Hispanis, vt qdam volūt, imperauit. Qui Valentiā vrbē clarissimā cōdidit, & de nomine suo Romā vocauit. Quā postea, sicut alio loco diximus, Romani nominis significatione seruata, Valentiā dixerūt. Regnauit in Hispania post Romū Palatous, qui Valentię domicilū habuisse fert. Quā quidē rē populi Valētiæ propinqui, q Palatoi nominant, vero simile facit, & etiā domus equitū Valentinoꝝ, q Palatoi dicebant, & nūc Mōpalai dicunt. Palatoū Cacus Cæltiber, vt quidā scribūt, ab Hispania ꝓpulit. Qui victoriā consequut⁹, vt aiūt, Caco monti nomē dedit. Quē tamen mōtem Martialis non Cacū, sed Canū vocat. Quidā vero dicūt Palatoū victū à Caco fuisse, propterea q adolescens nondū militarem disciplinā pceperat. Cæterū Cacus Vulcani fili⁹ existimabat, qñ primus in Hispania ferrū inuenit, & arma cōficere docuit. Quē victū ab Hercule fuisse poetæ fabulantur. Sunt etiā q dicunt Cacū á Palatoo, q ætate firmiori arma resumpserat, profligatū in Italiā fugisse. Quo pulso Palatous Hispanię regnū recuperauit. Caco aūt sublato successit Erythrus in Hispania, qui nomē ab Erythreis colonis nomē accepit. Qui, teste Plinio, à mari rubro venientes in Hispaniā Erythrā insulā coluerūt. Deniq; post Erythrū in Hispaniæ regno successisse fert Mellicola. Qui proprio suo nomine Gorgoris dicebat, & Mellicola cognomē accepit, vt quidā scribūt, quoniā primus Hispanos vsum mellis edocuit. Hic nepotē ex filia habuit nomine Habidē. De cuius aduersa fortuna cęteriscq; rebus, quas gessit, Iustin⁹ meminit. Hi sunt itaq; quos memorauimus antiquos Hispanię Reges. De quibus autores multi pleni⁹ cōscripserunt. Cęterū post prænominatos Reges vscq; ad tēpora Carthaginensiū & Romanorum, qui successerint, alios in Hispania principes non reperio. Verū enimuero Carthaginēses & Romani pro Hispaniæ dominio magna bella gesserunt. In quibus tandem victis & expulsis Carthaginensibus Hispaniam Romani sibi prouinciam fecerunt, eamq; tenuerunt vscq; ad Gothorum aduentum. De quibus nobis hoc loco scribendum est.

Iliberia. *Hispanus* *Hercules.* *Hesperus.* *Atlas.* *Sicorus.* *Sicanus.* *Siceleus.* *Lusus.* *Siculus.* *Trogus.* *Testa.* *Romus.* *Palatous.* *Palatoa domus.* *Cacus.* *Erythrus.* *Mellicola.* *Iustinus.*

UVA. BHSC. IyR_186

DE GOTHORVM ADVENTV IN HISPANIAM.

HActenus Hiſpaniæ gentis originem breuiter explicauimus. Nunc autem, vt Gothorũ aduentum in Hiſpaniam referamus, pauca prius repetere neceſſe eſt. Quibus hiſtoria multo facilius intelligetur. Cum itaq; Carthaginenſes Gaditanis conſanguineis ſuis cum Hiſpanis bellum gerentibus auxilio veniſſent, victis hoſtibus Hiſpaniæ partem tenuere. Quam poſtea per Amilcarem & eius generum Aſdrubalem, ac poſtremo per Hannibalem p enè totã occuparunt. Deinde vero Carthaginenſibus bello Romanorum occupatis, Romani miſſis in Hiſpaniam Scipionibus, primo Pœnos prouincia expulerunt, & poſtea cum ipſis Hiſpanis grauiſſima bella geſſerunt per ducentos annos, hoc eſt à primis Scipionibus vſq; ad Auguſtũ Cæſarem. Tametſi non continue, vt ſcribit Florus, ſed vt cauſæ laceſſiuerant. Nec initio cum Hiſpanis, ſed cum Pœnis in Hiſpania. Primi autem Scipiones, vt idem Flor⁹ meminit, per Pyreneum iugum Annonem, Aſdrubalem q; fratrem Hannibalis cæcidere. Capta q; eo impetu fuiſſet Hiſpania, niſi illi occubuiſſent. Quibus Affricanus ſucceſſit, qui ſtatim capta Carthagine Hiſpaniam ſtipendiariam Romanis fecit, omnem q; vltra citra q; Iberum amnem imperio ſubiecit, primuſq; Romanorum victor ad Gades & Oceani ora peruenit. Cæltiberos primus prelio fregit Marcus Cato Cenſorinus. Deinde Gracchus pater Grachorum eos vrbiũ euerſione mulctauit. Deniq; ſæpe deficientibus, Numãtia ciuitas eorum bellũ annos quatuor decim ſuſtinuit, victoq; p Megaram fortiſſimum ducem Romanorum exercitu, Pompeium aggreſſi fœdus maluere cum debellare potuiſſent. Hoſtilium deinde Mancinum fregere, cum hoc quo q; fœdus maluere contenti armorum manubiis, cum ad internitionem ſequire potuiſſent, ſed fœderis ignominia deditus Hoſtilius fuit. Poſtremo Scipio minor vrbem euertit, cũ ſeſe ſuaq; omnia, Sagunthinorum more, igni tradidiſſent. Sed de Numantia ſcribemus alio loco. Bethicam Fabius maximus conſul oppreſſerat, ſed à ſucceſſore Pompilio violata victoria eſt. Qui conficiendę rei cupidus fractum ducem per fraudem & inſidias & domeſticos peruſſores aggreſſus eſt. Turdulos Metellus Macedonicus vicit. Vacceos Lucullus. De quibus Scipio poſterior ſingulari certamine prouocatus, opima retulit ſpolia. Luſitanos vero & omnis Calleciæ populos Decius Brutus latius domuit, ſimul formidatum militibus obliuionis fluuium tranſmiſit vſq; ad vltimum Occidentem. Eos aũt Viriat⁹ erexit. Qui annos. XIIII. cum Populo Romano varia victoria pugnauit. Cuius ea virtus & abſtinentia fuit, vt conſulares exercitus cum ſæpe viciſſet tantis rebus geſtis, non armorum, non veſtis cultum, non deniq; victum mutauerit, ſed, vt ſcribit Florus, in eo habitu, quo primum bellum cœperat, perſeuerauerit, vt quiuis gregarius miles ipſo imperatore opulentior videretur. Tumultuantes etiam Hiſpanos Marcus Iunius Silui⁹ pacauit. Deniq; omnes occaſione belli Sertoriani per Lucium Metellum & Pompeium Magnum in deditionem accepti fuere. Poſtea autem prorogato Pompeio in quinquennium imperio attriti ſunt, & ab Auguſto tandem Cantaber omniũ vltimus ſubiugatus eſt vna cum reliqua Hiſpania in prouincię formam reducta, eoq; modo per prætores adminiſtrata, vſq; ad Honorii principis tempora. Quibus temporibus primũ Vandali & Alani, mox Gothi, poſtremo Mauri diuerſis cladibus Hiſpaniam diripuerunt. Vandali ſiquidem Bethicę partem occupauere, quæ adhuc ab Hiſpanis Vandalia, corrupto q; vocabulo Vandaluſia dicitur. Cæterum Vandali paucis annis in Hiſpania commorati, poſt à Gothis expulſi in Aphricam traiecerunt. Gothi autem & Alani, qui hodie Cathalani dicuntur, in Hiſpania conſederunt. De quibus, & eorum rebus geſtis, ac de patria vnde venerint, ſummatim dicemus. Gothorum varia genera traduntur. Cornelius Tacit⁹ in hiſtoria Germanica Gothinos Gothos appellat, & inter Germanos ponit. Cui aſſentire videtur Ablauius Gothus, qui ſuum genus ex inſula maris Germanici prodire commemorat. Extat & Hollandiæ nomen inſulæ. Spartianus autem in vita Cæſarum Gethas eos eſſe dicit. Quorum. CCC. milia Claudius. II. princeps apud Martinopolim in Meſia prelio deleuit. Procopi⁹ vero Græcus au-

Amilcar. Aſdrubal. Hannibal. II. Scipiones. Amon. Marc⁹ Cato Cenſorinus. Gracchus. Megara. Hoſtilius. Scipio minor Fabius Max. Pompilius. Metellus. Lucullus. Deci⁹ Brut⁹. Viriatus. Lucius Flor⁹ Marc⁹ Iuni⁹ Siluius. L. Metellus. Pompeius. Aug. Cæſar. Honorius princeps. Vandaluzia Cathalani. C. Tacitus. Ablauius. Spartianus. Procopius.

UVA. BHSC. IyR_186

tor, qui ſub Iuſtiniano ſcripſit hiſtoriam, dicit Gothos & Viſigothos, Vandalos & Alanos vno Sarmatarum nomine appellari, eandem q̃ eſſe nationem, tantum ducibus, quorum nomina accepere diſcretos. Homines albos eſſe, coma flaua, magnis oculis, eiſdem q̃ penitus legibus, ſecta Arriana, & lingua Gothica. Idem ſcribit famam eſſe primum Gothos ex Cimmeriis, qui ad Tanaim habitabant, veniſſe iuuenes quoſdam venando ceruam q̃ inſequendo fluuium traieciſſe. Qui reuerſi deinde ſuis agrum optimum ſe vidiſſe renunciarunt. Illi autem armis freti cum exercitu ad Iſtrum vſq̃ vincendo peruenerunt. Qui poſtea cum Romano Imperatore fœdus inierunt, demum in Italiam primum, & deinde in Hiſpaniam penetrarunt. In hanc ille ſententiam ſcripſit. Raphael vero Volaterranus homo noſtri ſæculi doctiſſimus Gothos eſſe Cimbros exiſtimauit, qui olim à Mario victi fuere, & ex Germanico mari prodeuntes, Viſigothoſq̃ dictos, id eſt, Occidentales. Oſtrogothos autem Orientales eos eſſe, quos Florus dicit ex reliquiis Marianæ victoriæ ad Meotidem conſediſſe. Ex quo nomen & gens Gothorum inter Tartaros in eadem hodie parte conſpicitur. Hi ſunt qui duce Theodorico poſtremo venerunt. Recte autem vtriq̃ Sarmatæ dicuntur. A Græcis autem Sauromatæ, quod ita Barbaras eas omnis Germanis vicinas nationes vocet antiquitas. Inter quos Cimoneríos Homerus ponit, à nobis Cimbros appellatos. His itaq̃ de cauſis Gothos Gethas eſſe, qui lõge in Põto habitant, veriſimile non fuerit. Sed res quas Gothi geſſerint in Italia, non minus vere q̃ ornate ſcriptas à Raphaele Volaterrano breuiter exponemus. Gothi itaq̃ tẽpore Valentis principis ad Danubii ripam iuxta Mæſiam ea conditione conſedere, vt non vltra procederent, & vnà omnes Chriſtiani fierent. Valens itaq̃ miſſis ad eos Arrianis, quorũ ſectæ ſe addixerant, totam gentem eo dogmate pollutam reddidit. Poſt aliquot vero annos, cũ gens Barbara non poſſet à maleficio contineri, coactus Valens aduerſus eos proficiſci ſuperatus eſt, & interfectus. Qua victoria illi elati Conſtantinopolim cum exercitu confeſtim petiere, & cum Dominica, quæ Valentis fuerat coniux, muliere ſapientiſſima pecunia tranſegerũt, ac domum pacati ſe receperunt. Quos Gratianus, qui tunc Orientis imperio ſucceſſerat, reprimere cupiẽs nec eſſet bello ſatis idoneus, Theodoſium ex Hiſpania accerſiuit. Qui pluribus poſtea prælijs cum eis commiſſis, poſtremo pacem fecit. Qua fretus Athanaricus Rex eorum Conſtantinopolim vrbis viſendæ ſtudio profectus, honorifice q̃ à Theodoſio exceptus, ibidem paucis poſt diebus morbo extinctus eſt. Quapropter Gothi Rege carentes Theodoſio tunc militare cœperũt. Sed fraude Stiliconis, vt dicitur, eos Italiam inuadere cupientis exautorati Rege Alarico creato è Baltonum nobili familia Pannonias & Illyricum occupantes incommodis omnibus affecerunt. Anno Salutis. CCCC. VII. Coniunctiq̃ cum Radagaſo altero Gothorum Rege, de inuadenda Italia cogitarunt. Radagaſus itaq̃ primum ingreſſus ad Appenninum circa Feſulas conſedit, vbi locoꝝ anguſtiis ac montiũ aſperitate fame q̃ oppreſſus à Stilicone cũ toto exercitu ſuperatur & capitur. Alaricus Rex alter ſubſequutus in agro Rauennate occurrentem cum copijs Stiliconem habuit. Qui cum triennio bellum cum eis duceret potius quàm gereret, iuſſu Honorij pacem fecit hac conditione, vt in Galliæ parte conſidere poſſent. Poſt aliquot deinde annos Stilico contra fœdus Gothos in Gallia per Saulem Hebræũ in die Paſchæ incautos, & ex religione reſiſtere non audentes, adoritur. Poſtero vero die Alaricus Saulem cũ toto exercitu inſectatus ſuſtulit. Deinde Stiliconi ab Honorio auxilium petenti miſſus eſt ſuccеſſor. Qui eum ob temeritatem, quam geſſerat, obtruncauit. Alaricus rebus fœliciter ſucceſſis, in Italiam hoſtiliter ingreſſus omnia ferro igni q̃ vaſtãs vrbem nemini defenſam facile occupat. Anno quadringenteſimo duodecimo, vrbis aũt cõditę milleſimo cẽteſimo quarto. Inſitq̃ primũ confugientes ad ſacras ædes eſſe ſaluos, inde magna ciuiũ facta ſtrage, poſt diẽ tertium diſceſſit, ac per Campaniã iter faciens populabundus apud Coſentiam ciuitatẽ morbo correptus interiit. Cui ſucceſſit Ataulphus, q & ipſe vrbem ingreſſus, ſi quid erat reliqui, diripuit, rapta inſuper Placidia Honorij ſorore, cuius nuptias diſcedens apud forum Cornelij celebrauit. Cuius conſortio dicitur barbari pectus delinitum, vt nõ ea patraret, quę ſæuiter in Ro-

Raphael Volaterranus.
Florus.
Theodoric?
Homerus.
Valens princeps.
Dominica Valẽtis uxor
Gratianus.
Athanaricus.
Theodoſius.
Stilico.
Alaric? Rex.
Radagaſus.
Saul? Hebræus.
Honorius.
Ataulphus.
Placidia.

UVA. BHSC. IyR_186

manos cogitauerat. In animum enim suum induxerat Romam Gothiã vocare. Itaq; Italia re-
Theodosius. licta in Galliam se recepit. Quem postea Theodosius iunior bello petens compulit, vt relicta
Narbone & omni Gallia in Hispaniam confugeret. Vbi breui deinde tempore à suis interfe-
Segericus. ctus est, propterea q; vrbi Romæ peperciſſet. Cui Segericus succedẽs, & ipse quoq;, q; pacem
Vallias. cum Imperatore feciſſet, à suis necatur. Vallias post hunc, regnum suscipiens, fœdus cum eo
dem iniuit, vt ei sedes apud Tolosam in Gallia darentur, Placidiam q; viduatam remisit. Aduer
sus insuper & alios Barbaros, qui Hispaniam occupauerant, opes & auxilium pollicitus. His
itaq; fretus Honorius Constantinum ducem aduersus Alanos & Vandalos misit. Qui totam
Hispaniam præter Cantabros vastauerãt. Et quãquam fusi, fugati q; apud Emeritã fuissent,
paulo post vires redintegrabant. Itaq; vno tempore Gothi, Alani, Vandali, Hispaniam possi-
Rhodoricus. debant. Valliq; extincto Rhodoricus succeſſit, qui inito cum Aetio fœdere Valentiniani princi
Aetius. pis duce in campis Catalaunicis in Galliam contra Attilam Vnnorum Regem è Pãnonia Ita-
Thurismun- liam petentem in prælio occubuit. Cui Turismundus filius succeſſit, qui ab Aetio in Hispaniã
dus. ad regnũ paternum remissus, paulopost à Theodorico fratre interficitur. Re postremo Romã
Theodoric⁹. ad Augustum deducta, Gothi rursus excitati cum tertiam agri partem in Italia peterent, Ore-
Oreſtes. stes Augustuli pater minime consentiens eis ad Ticinum occurrens in prælio occubuit. Odo-
Odoacer. acer eius miles vir Italicus Gothorũ simul & Erullorũ auxiliis, vt ait Procopi⁹, fugato Augu
Procopius. stulo & omni nobilitate, Romã inuadit, tenuit q; annos quatuordecim. Donec Theodoricus
Augustulus. Rex à Gothis appellatus amicitia Zenonis principis fretus, à quo etiã statua honorat⁹ fuerat,
Zenon. petiit vrbis Romæ imperium, si Odoacrũ expelli ab eo cõtingeret. Quo impetrato in Italiã
cũ maxima manu ingressus eundẽ ad Aquileiam occurrentẽ prelio superauit. Ille Romam re
uertens ac clausas portas offendens Rauennã petiit, quã breui tẽpore per Theodorici obsidio-
nem relinquere coactus est. Specie deinde cõcordiæ inuitatus ab eodẽ ad cœnam, contra iusiu
Theodorici randum interficitur. Theodoricus post hæc tota potitus Italia Romam pacific⁹ adiit, tẽplisq;
uirtus. ac rebus aliis cum omniũ gratia restitutis, Rauennam reuertitur, quam sibi regiam delegerat.
Eaq; animi magnitudine simul & mansuetudine fuit, vt nemini Barbarus videretur. Quippe
qui Germanum præsulem Ticinensem virum sanctissimum in Burgundiã cũ pecunia ad redi-
Amalasunta. mendos captiuos miserat, alia q; opera pietatis obiuerat. Quo vita functo ei⁹ filia Amalasunta
Atalaricus. cũ paruo filio Atalarico regnũ administrauit, adhibito Theodoro ppinquo, cui⁹ opera mox
Theodorus. interfecta est. Ipse q; solus regno potit. Missus interim Belisarius à Iustiniano in Italiã cum
Belisarius. exercitu ad vlciscendã Amalasuntã cũ filio, ac Romã tyrannide Gothor; liberandam Theodo
rum interfectum offendens vrbẽ capit. Gothi itaq; tanto priuati imperio, qui ad eam diẽ an-
nos. XLVIII. regnauerãt, in Italia. XXXVIII. sub Theodorico. VIII. sub Amalasunta
Vectiges rex & filio, duosq; sub Theodoro, Vectigem Regẽ suffecerunt, nõ regio sane genere, sed probata
militia, q Amalasuntæ filiã Theodorici neptẽ i matrimoniũ duxerat. Hic ad vrbis obsidionẽ
cũ. CC. mill. pficiscit, ac primũ molis Hadrianæ ambitũ cigit, mox Portuẽse castrũ. Vnde cõ
meat⁹ phibebat aquæduct⁹. XIII. rupit. Quare Belisari⁹ int⁹ pistrina in Tyberi cõstituit q
Liberi⁹ Pon. mos adhuc durat. Liberiũ Pon. q; Gothis fauere videbat, i exiliũ misit suffecto Vigilio. Cũq;
diu resisteret ac multis Vectigẽ prelijs peteret profligatum, ad extremum cum toto exercitu
Ildebaldus. cœpit, ac Constantinopolim in triumphum duxit. Creatis post eum Ildebaldo, deinde Alari-
Totila. co Regibus, ad postremũ Totila regnũ accepit, cuius pater Tauriscis regnabat, qui cũ Belisa
Pelagi⁹ Pon. rio variis prælijs congrediens, victor tandem vrbem cœpit, ac eueſtigio Pelagium Pontificẽ
ad Iustinianum Constantinopolim oratorem de pace mittit, qui rediẽs retulit Imperatorem
Totila Dei nihil aliud respõdisse, q; se Italiæ res semel Belisario delegasse, cum eo trãsigeret. Et Totila fu-
flagellum co riatus tertiam murorum partem vrbis diſiecit, Capitolium incẽdit, omnia q; diripuit. Ex quo
gnominatus Dei flagellum cognominatus est. Hunc Totilam Procopius magnis extollit laudibus, vt libe
ralitate aliisq; animi virtutibus prẽditum. Cum tamen alii crudelem ac singulari arrogãtia vi-
Barbatia. rum taxauerint. Duces plures sub se habuit, inter quos Barbatia princeps nominatur. Postq;

UVA. BHSC. IyR_186

Belliſarius ab vrbe diſceſſit, eam recepit mœnibus ædificatiſq; refecit, portas reſtituit earum clauibus Imperatori miſſis, Totilam vrbem repetentem ac vi magna obſidentem repulit. Verum cum apud portum poſtea in valetudinẽ incideret, reſq; paulatim rurſus amitteretur, omni ſtudio per Antoninam vxorem reditum à Iuſtiniano impetrauit, atq; item quinq; poſt annos q̃ſ venerat, reuerſus Diogenem cum tribus milibus Romæ præſidio dimiſit, qui Totilæ furorem non expectans Centumcellas aufugit. Ille rurſus vrbem ingreſſus miti⁹ ſe geſſit, multaq; à ſe prius vaſtata reſtituit, quod fama eſt diui Benedicti contigiſſe beneficio. Qui incognitum Totilam iuxta cœnobium eius prætereuntem placauerit. Iuuit etiam Pelagii Pontificis occurrentis cum ſago & lachrymis aſpectus venerabilis. Ea tẽpeſtate plures Iuſtiniani duces per Italiam diuiſi magnis viribus reſiſtebant, vt ſcribit Procopius, Ioannes circa vrbem tutandam, Iuſtinus Florentiam, Conſtantinus Rauennam, Cyprianus Peruſiam, Beſſas Spoletum, Mundus Illyricum tuebatur. Vbi poſt Salonas receptas multaſq; de Gothis victorias ad extremũ periit. Germanus poſtremo Iuſtiniani patruelis in Italiam miſſus & ipſe breuiter interficitur. Deinde Conõ, qui Anconæ præfuit, item Vitalianus Belliſarii fratris filius poſt annos. IX. q̃ſ Totila vrbẽ ſecundo ingreſſus eſt, cum Narſete, iuuantibuſq; Longobardis apud Brixellum prelio congreſſus interficitur. Narſes interea, qui Belliſario ſucceſſerat, urbem iterum recuperarat. Deinde Teiam poſt Totilam regnantem in Apuliam conſectatus prelio interfecit. Atq; ita demũ poſt annos. XVIII. Gothorũ bello finis impoſitus. Qui ab initio regni Theodorici Italiam annos ſeptuaginta duos tenuerunt. Anno Salutis. DLXII. Pax deinde Gothis data ac uolentes permiſſi circa Padum remanere. Qui tamen non contenti ſæpe Francorum auxilia quæſiuere, vt Agatius, qui poſt Procopium ſcripſit, teſtatur, ac omnem eorum poſtquam regno Italiæ ſunt electi proſequitur hiſtoriam. Ego vero Raphaelem Volaterranũ ſequutus cum tantum quid in Hiſpania Gothi geſſerint, ab initio ſcribere propoſuerim, mihi neceſſe fuit hæc altius explicare, vt eorum in ea res geſtæ melius apparerent. Nam Theodoricus, quem ſupra diximus in prælio Vnnorum cecidiſſe, tris reliquit filios, Thuriſmundum Theodoricum, & Henricum. Thuriſmundus vlciſcendi patris Vnnoſq; bello perſequendi cupidus, Aetio phibente deſtitit, & in Hiſpaniam ad regnũ paternũ rediit. Qui poſt annos tris à Theodorico fratre interficit. Hẽric⁹ vero ali⁹ fr̃ regno Hiſpaniæ ſuccedẽs ad annos. XVIII. tenuit, leges prim⁹ ſcriptas Gothis tradidit, ſedẽte Simplicio & impante Leone primo, filiũq; hęredẽ reliqt Alaricũ. II. Qui ex cõceſſione & hæreditate patrui Theodorici Toloſæ i Gallia regnũ obtinuit, vbi ſedẽ cõſtituit. Inde poſtea expulſus à Clodoueo Francorũ rege p̃lio ingẽti amiſſis omnibus, quæ in Gallia poſſidebat, in Hiſpaniam ſe recepit, vbi regnauit annos ſedecim, interfectus demum à Childeberto Francorum rege, q; Clotildem coniugem eius ſororem Arrianę ſectę repugnantẽ male tractaret. Poſt hũc Tenda annos. XVII. Quo à ſuis trucidato Theodegoſilus annos ſedecim. Qui ob libidinem in matronas interficitur. Agla annos nouem. Hic aduerſus Cordubã bellum ſumpſit, in quo eius filius fuit interfect⁹. Nec multo poſt ipſemet à ſuis apud Emeritam. Atanagildus annos viginti duos, & ipſe apud Toletũ interfectus, Lenogildus cum Luiba fratre, & poſtea ſolus annos quadraginta ſex regni fines dilatauit. Cantabria deuicta & Andegam Regem Sueuorum è Callecia expulit. Cuius maiores annos. C. LXXVII. in ea parte regnauerant, & filium Hermogildum, q; à ſecta parẽtum abhorreret, ac Childeberti Frãcorum Regis orthodoxi filiam duxiſſet in matrimonium, bello perſequutus & in poteſtatem redactum ſupplicio affecit, quem pro martyre colunt. Anno ſal. DLXXII. circiter ferè tempora Gregorii primi. Recaredus alter filius patri ſimilis vir Chriſtianiſſimus concilium Toleti celebrauit, vbi Arrianam ſectam improbauit à Leãdro & Fulgentio præſulibus rite ab incunabulis in fide inſtitutus, cum Francis bellum geſſit, ex eiſq; XL. milia in campis Catalaunicis interfecit. Poſt hũc Luiba à ſucceſſore Veterico interficit. Gundamidus deinde regnauit annos. XXVIII. Vaſcones domuit, Romanorum exercitum fugauit, deceſſit Toleti. Siſebatus orthodox⁹ fuiſſe dicitur. Prẽterea Iudęos omnes expuliſſe,

Antonina.
Diui Benedicti beneficiũ.
Procopius.
Conon.
Narſes.
Thuriſmundus.
Henricus.
Alaricus.
Tenda.
Theodogoſilus.
Agla.
Atanagildus
Lenogildus.
Luyba.
Andegá.
Hermogild⁹
Childebertus
Recaredus.
Veterius.
Gundamid⁹
Siſebatus.

UVA. BHSC. IyR_186

aduersus Romanos & Affricam feliciter dimicasse. Quo fautore pmotus Isidorus præsul Hi
Recaredus. spalensis concilium habuit contra Acephalorum sectam. Recaredus. II. huic succeſſit. Deinde
Suitilla in bello exercitatus, quo duce vsus est olim Sisebatus rex in propulsando Romanorū
Lucas. exercitu. Primusq; vt ait Lucas Tudēsis, Hispaniæ monarchiā est assecut⁹. Deinde succeſſit Si-
Recensuind⁹. senād⁹ Suitilla. II. Tulgas Bidesuind⁹ & Recensuindus impauit Rex optim⁹ annos. XXIII.
Bamba. Cui⁹ tēpora diu⁹ Illefonsus p̄sul Toletan⁹ illustrauit. Bāba Rex omni bonitate prędit⁹ ab He-
ringio succeſſore propinatus memoriam amisit, regnīq; deinde administratione prohibitus,
se cœnobio addixit, in quo vixit annos septem, cum prius octo regnasset. Dum tamen sensus
viguit, res præclaras ac indignas tali calamitate gessit. Primum Vascones, deinde Nemanſen-
ses rebelles, pręterea Narbonenses perdomuit. Ducem quoq; Bitterēsem in Gallia res Gotho
rum infestantem superauit, Saracenorum naues. CC. LX. Hispaniæ littus primum applican-
tes magna vi animi classe ingenti obuiam missa, partim cœpit, partim depressit. Postremo To
Herigius. leti concilium celebrauit. Herigius annos tredecim. Egicam generum succeſſorem reliquit.
Egica. Qui annos. XIIII. regnauit. Fafillam ducē Tudensem, vt eius vxore potiret, interfecit. Vi-
Vitiza. tizam filium ei ciuitati præfecit. Qui postea regno succeſſit vir admodum facinorosus. Nam
Theodebert⁹ Theodebertum Recēsuindi Regis filium paruum olim relictum, cui regnū debebatur, oculis
Rhodoricus. priuauit. At ille diuina benignitate ac prudentia ducta, nihilomin⁹ vxore Rhodoricū genuit,
q postea regno succeſſit, auxilioq; Pelagii patrui Vitizā vnà cū filiis captū Cordubę relegauit.

LIBER SEPTIMVS

DE ADVENTV MAVRORVM IN HISPANIAM.

PATRIA Gothicæ gentis & origine rebusq; gestis breuiter enarra
tis, Maurorum aduentum in Hispaniam summatim quoq; referem⁹.
Rhodoricus itaq;, vt supra dictum est, Theodeberto succeſſit. Qui cū
triennio totius Hispaniæ principatū tenuisset, eius subinde pernicio-
sa libido Gothorum non tam generi q̄ nomini regnoq; pacifico fi-
nem attulit. Nam cum virginem cuiusdam Iuliani filiam, qui tūc tem-
poris Tingitanæ prouincię prę erat, vitiasset, dolor ingens & oppor-
tunitas loci puellę patrem ad vltionem stimularunt. Qui propter filię
suæ dedecus & iniuriam sibi illatam Rhodoricum regem perdere cupiens ex Aphrica nume-
rosos euocauit exercitus. Qui anno Sal. DCC. XIIII. vel, vt alii scripserūt, DC. XVII, duce
Muza. Muza misso à Miramamolino tunc eorum Rege per Calpes anguſtias ingresso triginta men
Miramamo linus. sium spacio Hispaniam penè totam occuparunt, præter quosdā Asturiæ populos, Vascones,
& Cantabros locorum natura munitos & nonnullos Aragoniæ nobiles, & Cæsarauguſtæ ci
uitatis equites. Qui suæ salutis causa & Christiani nominis atq; conseruandæ catholicæ fidei
gratia res sacras & sanctorum reliquias deferentes ad Pyreneos montes confugerunt. De qui-
bus & Aragoniæ regibus alio loco scripturi sumus. In præliis autem, quæ biennio per Hispa-
Cæsorū nu merus. niam gesta fuerunt, ad. DCC. hominum milia vtrinq; cæsa fuisse dicuntur. Rex autem Rhodo
ricus, cum Santius ei⁹ fratris filius, quem cum parte copiarum hoſtibus obuiam præmiserat,
occubuisset, ipse quoq; cum reliquis copiis ad oppidum Xericium hoſtibus occurrens extin-
ctus est, & eius exercitus profligatus ac penè deletus. Mauri autem tanto breuiter imperio po
titi, cum late ferro igniq; omnia vastassent, Hispaniæ regna inter se plura sedesq; sibi constitue
Abenaliberti re. Primum enim Cordubæ, quod Abenaliberti regnum dixerunt. Alterum apud Hispalim.
Ferdinandus Tertium apud Carthaginem nouam. Quæ vsq; ad Ferdinādi tertii Regis tempora tenuerūt.
tertius Rex. Hic em̄ anno. M. CCXVI. Toleto, Corduba, multisq; aliis recuperatis locis Mauros regnis

UVA. BHSC. IyR_186

ex magna parte delectos expulit. Qui Granatam ac Malacham ciuitates, quæ prius ſub Cordubæ regno fuerant, ſeſe receperunt, & vſq; ad ętatem noſtram tenuere. Vnde tandem Dei beFerdinandus
nignitate ac Ferdinādi regis & Hiſabellæ reginæ virtute nuper expulſi fuere. Sed de hoc Gra-Rex & Hiſa
natenſi bello aliâs. Nunc ad Regū ſucceſſores redeo. Pelagius itaq; Rhodorico fratris filio ſuc-bella regina.
ceſſit. Is ab initio vbi Theodebertum patrem oculis multatum vidit, furorem Vitizæ fugiens Pelagius.
in Cantabriam ſe contulit, ibiq; latuit. Vbi magno fuit adiumento rebus collapſis. Nam poſt
cladem illam Hiſpanis à Mauris illatam cum his qui ſupererant exercitus profligati, in Aſtu-
riam ſe recepit. Aſtures enim & Vaccei & Calleci mōtibus & natura loci muniti tantum inco
lumes, vt ſupra diximus, remanſerant, legioneq; imprimis capta annos ibi triginta, quib⁹ re-
gnauit, bellum gerens, & indies oppida plura recuperans paulatim effecit, vt afflicta gens ali-
quantulum reſpirare videretur. Hanc ſedem poſteri Caſtellam Veterem vocauere ad differen-
tiam nouę, quę circa Toletum fuerat, & Luſitaniæ prouinciæ. Sic enim Hiſpani regiam & mu
nitum locum appellant, dictiq; deinde non Gothorum, ſed Hiſpaniæ ſiue Caſtellæ reges, qui
magna virtute res patrias quottidie recuperare ſtudebāt. Phauila Pelagio patri ſuccedens cum Phauila.
annis duobus imperaſſet, inter venandum morſus ab vrſo periit. Hic quoniam virili prole ca
rebat, Alfonſum Petri Cantabriæ ducis filium regem inſtituit de genere Gothorum, qui Pe-Alphonſus
lagii filiam in matrimonium duxerat. Qui nō immerito Catholici cognomen accepit, propte-primus.
rea q; Arriana ſecta relicta, qua Gothi omnes infecti erant, celebrato concilio, catholicam fidē
Chriſtianamq; religionem ſequebatur, & oppida multa tēplaq; Chriſtianis reſtituerat & ma-
gnis donis ornauerat. Regnauit autē annos vndeviginti, Froilamq; filiū reliquit. Qui Mau-Froila.
ris aduerſus Callecos bellum gerentibus occurrit, & eor⁹ milia. L. cęcidit, & Vaſcones tumul
tuantes in officio continuit. Hic cum annos duodecim regno p̄fuiſſet, ab Aurelio fratre oc-Aurelius.
ciſus eſt. Aurelius autem poſt necem fratris regnum ſibi occupauit. Qui non vltra ſextum an
num ſuperuixit. A quo nihil memoratu dignum geſtum fuiſſe legimus, prętер ſeruorū in do
minos conſpirationem repreſſam. Aurelio deinde mortuo Silon gener Alfonſi Catholici re-Silo.
gnum ſuſcepit, quod annos octo gubernauit, pacemq; cū Mauris ignominioſam fecit, quib⁹
tamen fœdus rumpentibus bello fortiſſime reſtitit, Callæcoſq; rebellātes compeſcuit. Poſt au
tem Silonis obitum Magaretus Alphonſi Catholici filius nothus, quem alii Mauregatū vo-Mauregatus
cāt, auxilio Maurorum regnum vſurpat. Quapropter degenerans Mauris ex fœdere magnū
virginum numerum quottannis pro tributo mittebat. Hic demum vitā agens haud ſatis ho-
neſtā paucis annis apud Aſtures moritur. Cui Veremundus Alphōſi Catholici nepos ex Bil-Veremund⁹.
marao filio ſucceſſit, cum diaconus & ſacris initiatus eſſet. Qui facti poſtea pœnitens vxore,
quā duxerat, religionem ingreſſa, ipſe quoq; ſe religioni deſtinauit, & regnum Alphonſo con
ſobrino gubernandum reliquit, ſuperſtitibus Ramiro & Garſia filiis admodum paruulis. Al-
phonſus autē cognomento Caſtus Alphonſi Catholici ex Froila filio nepos cognominis cau-Alphōſus Ca
ſam eſt aſſecutus. Propterea q; vir fuerit religioſiſſimus, & vxorem, quam duxit, nunq; attige-ſtus Secund⁹.
rit. Fuit etiam Rex multis victoriis glorioſiſſimus, & Quetenſis, Aſturicenſiſq; ciuitatum baſi
licas conſtruxit, & ſimul donis locupletauit. Cæterum cum à Carolo magno per legatos auxi-
lia peteret, Hiſpanorum procerum indignationem excitauit. Qui paſſim dicebant Hiſpanos
mori melius eſſe, q; Gallis ſubiici, aut per eos incolumes eſſe. Itaq; coactus eſt rem fruſtra p
eoſdem legatos detractare. Quandoquidem ille cum Rolando cæteriſq; ducib⁹ & magnis co
piis Pyreneum montem iam ſuperaſſet. Ex quo magnas in Hiſpania ſtrages hoſtiū magnaq;
facinora fecit, vt in Gallorum hiſtoria & Caroli vita continetur. Verum enimuero Rhodori-
cus Toletanus Antiſtes negat hæc omnino vera eſſe, ſed dūtaxat Gallos in primam Vaſconū
regionem ingreſſos, & inde in Galliam confeſtim redire coactos. Hoc Alphonſo regnante in
Quetenſi templo fama eſt crucem auream ſine humano artifice factam, repente comparuiſſe.Crux appa-
Quam Rex, qui eam primus aſpexit, ſacerdotibus oſtēdit, & religioſiſſime ſeruari iuſſit. Quo ruit in urbe
è vita migrante, regnum Ramiro Veremundi filio natu maiori reſtitutum eſt. Quod ille pari Quetana.

UVA. BHSC. IyR_186

Garsias. poteſtate cum Garſia fratre, quem ipſe vltro ob eiꝰ virtutes illuſtres ad regnū vocauerat, ſumma concordia adminiſtrauit. Cui aduerſus Mauros bellum gerenti diuus Iacobus non dubitanter apparuit. Illo enim prelio & multa hoſtiū milia perierunt, & plures Ramirus ſuo regno ciuitates addixit. Normandorum præterea claſſem ingentem Callecię littoribꝰ appulſam, nauibus. LXX. ſuccenſis, reppulit. Mauros inſuper apud Calagurrium vicit oppido ipſo in ſuā poteſtatem redacto. In quo prælio apparuiſſe ei dicitur Sanctum Iacobum in albo equo pugnantem. Moriens autem filium Ordonium regem inſtituit. Qui Vaſcones iterum tumultuantes compeſcuit. Vnde reuertens in Luſitaniam prouinciam Mauros late cuncta vaſtātes offendit. Quos prelio commiſſo cum Muza eorum duce confregit, & Muzæ filium apud Toletum in deditionem cum oppido recepit. Regnauit annos. X. Qui moriens quinq; filios reliquit. Alphonſum, Veremundum, Nuñium, Ordonium, & Froilam. Ex quibus Alphonſus tertius cognomento Magnus patri ſucceſſit Anno. DCCC. LXXXIII. Qui de Mauris ſæpe glorioſe triumphauit, & Cohimbram, Viſeumq; Luſitanię quinq; ciuitates recuperauit. Vaſcones preterea Nauarroſq;, qui tunc à Mauris acriter oppugnabantur, ab obſidione liberauit. Hunc etiam Alphonſum, vt ſcribit Archiepiſcopus Toletanus, templum ſancti Iacobi primum excitaſſe legimus, & Ouetenſe metropoliticum conſtituiſſe. Ad quem Ioannes octauus Pontifex ſcripſiſſe dicitur hoc modo. Ioannes ſeruus ſeruorum Dei Alphonſo Hiſpaniæ regi Chriſtianiſſimo ſalutem & benedictionem. Ex cuius ſcripti autoritate Hiſpanię regem inprimis orthodoxum exiſtimant. Sub hoc autem Rege militaſſe dicitur Bernardꝰ cognomēto Carpius. Huic Alphonſo ſucceſſit Garſias. Qui patrias virtutes imitatus aduerſus Mauros fæpenumero ſtrenuiſſime pugnauit. De quibus inclytam victoriam conſequutus Ayolam Maurorum Regem captum reduxit. Cuius ſpolia Ouetenſis eccleſię Tholo ſuſpendit, vbi nunc & ipſe iacet ſepultus. Huic frater ſucceſſit Ordonius Secundus, Quem pater Alphonſus antea Callecię prouincię preſecerat. Hic etiam ſapienti conſilio & multa rei militaris ſcientia maxime pollens à Bethica & Luſitania prouincia Mauros omnes fugauit. Qui etiam templū Legionis magnis ædificiis ac multis donis ornauit. Tametſi poſtremo cōtra Mauros infœliciter dimicauit, captis in prælio multis Chriſtianis & nonnullis Epiſcopis. Inter quos Aſturicenſis etiam martyrium paſſus eſt iuſſu Abderæ Maurorum Regis. Quapropter poſthæc Ordonius quatuor Caſtellæ comites, qui belli illud detrectauerant, iuſſos ad ſe venire & incolumes fore pollicitus, necari iuſſit. Quam ob rem atq; perfidiam Caſtellani, qui tunc erāt in Legione tumultuantes conſtitutis inter ſe magiſtratibus ac iudicibus rem ſuam ipſi adminiſtrabant. Regnauit hic annos ſeptem. Cui Froila Secundus alter Ordonii frater & Alphonſi Magni filiꝰ vltimus ſucceſſit. Qui cum multos Hiſpaniæ nobiles ſuſtuliſſet, nota crudelitatis eſt accuſatꝰ. De quo nihil aliud memorabile ſcriptum fuiſſe legimus. Qui lepræ correptus morbo mortē obiit acerbam. Reliquit autem filios quatuor, Alphōſum, Ramirum, Ordonium, & Froilam. Ex quibus ei ſucceſſit Alphonſus quartus. Qui religionem ingrediens Ramiro fratri regnū demandauit. Poſtea vero facti pœnitens & religionem aſpernatus, cum regnum à Ramiro fratre repeteret, & ſibi habere conaretur, ab ipſo fratre Ramiro luminibus extinctus eſt. Quā ille ſubinde crudelitatem, cuius eum pœnitebat, pietate conſtructi à ſe templi penſauit, vbi eum honorifice tumulauit. Poſtea autem aduerſus Areſſam Maurorum Regem, quo cum Fernandus Hyuarienſis & Iacobus Nuñius comites conſpirauerant, fortiſſime dimicauit. Quo expugnato, comites cœpit. Quos amicis petentibus condonauit. Succeſſit Ramiro Santiꝰ cognomēto Craſſus. Qui portentoſa obeſitate fuiſſe dicitur, & valetudini contraria. Quapropter pace facta cum Abderamo Maurorum Rege medicinæ perito, vt ab eo curaretur, Cordubam profectus eſt. Interea vero domi per eius abſentiam, Ordonius cognomento Malus, filius illius Alphonſi, cui lumina adempta fuiſſe diximus, auxilio procerum regnum inuadit. Quod Sanctiꝰ iam amiſſum auxilio Abderami Maurorū Regis recuperauit. Qui p̄terea Fernādum Caſtellę comitem eiuſq; ſucceſſores à iuriſdictione Regis Legionenſis imperpetuū immunes eſſe vo-

Ordonius.

Alphonſus tertiꝰ cognomēto magnꝰ

Ioannes Pon. octauus.

Bernardus Carpius.

Garſias Rex primus.

Ayola.

Ordoniꝰ Secundus.

Froila. II.

Alphonſus Quartus.

Ramirus Rex. II.

Areſſa.

Santius Craſſus primus.

Ordonius Malus.

Fernandus Gonçalez.

UVA. BHSC. IyR_186

luit, deceſſit aũt ãno ſalutis circiter, mille. C. XX II. Vel vt alii ſcripſere. DCCCC. XXVIII. & regni ſui vndecimo. Cui ſucceſſit Ramirus admodum puer. Quo tempore Normandi ad littus Gallecum cum claſſe valida applicuere. Quibus comes Fernandus Gonſalus fortiſſime reſtitit. Mauri quoq; rupta pace, quã cum Ramiro puero fecerant, omnia populabãtur. Quapropter Galleci contempta regis ætate, Veremundum regis Ordonii filium apud Compoſtellam regẽ ſibi declararunt. Contra quem Ramirus prælio cõmiſſo, vtrinq; ſine victoria diſceſſerunt. Almanzor etiam Maurorum Rex cum exercitu numeroſo aduerſus Hiſpanos acriter pugnans, à Fernando Gonſalo Comite magna virtute repulſus eſt. Veremũdus ſecundus Ordonii filius auxilio Garſiæ Fernandi Caſtellę Comitis, aduerſus Almanzorẽ proficiſcitur, prælioq; primo victor diſceſſit. Mox autem Maurus redintegratis viribus & magna collecta manu Veremundũ ad Aſturum montes cum ſanctorum reliquiis effugere cõpulit. Qui deinde Legionẽ oppugnauit & murorum partẽ diruit, & cum expugnare nõ potuiſſet, in Luſitaniam diſceſſit, vbi multa loca vaſtauit. Vnde profectus in Gallecią prouinciam Cõpoſtellanã Baſilicam euertit. Tametſi diui Iacobi ſacellum attingere nõ eſt auſus, territ⁹, vt ferunt, quodã fulgore diuinitus apparente. Cui bello dyſenterię morbo correptus finem dedit. Poſt hæc autem Veremundus & Garſias coniunctis copiis magnam Almanzori cladẽ intulere. Quapropter ille animi dolore conſternatus paulo poſt è vita deceſſit. Veremundus autẽ hac victoria elatus cum domum reuerteretur, ſuperbe nimis ac crudeliter erga omnes ſe habuit. Et Cõpoſtellanum Ouetenſem q; præſules in carcerem coniecit. Cæterum Ouetenſem paulopoſt viſo portento quodam admonitus liberauit, facinuſq; ſuum deteſtatus aliis compenſauit officiis. Quippequi ſancti Iacobi loca ſacra, quæ ab hoſtibus diruta fuerant, reſtituit. Quo mortuo Alfonſus quintus eius filius adoleſcens regno ſucceſſit, tenuitq; annos. XXXVII. Qui ſororem Tyreſiam Abdalę Mauro Toleti regi collocauit, vt ei contra Cordubę regem præſtaret auxilium. Verũ enim vero Tyreſia virgo ſancta infidelis viri nuptias congreſſumq; detrectauit. Quæ quãq; ſępe precibus, ſępe minis vexata fuiſſet, mox tamen eo extincto liberata ſe ſe deo in cœnobio perpetuo dicauit. Alfonſus autem interea dũ Viſeum Luſitanię oppidum, quod Maurorum tunc erat, obſidet, ſagitta percuſſus interiit. Veremundus tertius Alfonſi filius deinde ſine liberis anno regni quarto deceſſit. Ideoq; ad Fernandum eius ſororiũ regnũ deductum eſt. Is Sãctii maioris Caſtellę Comitis filius fuit. Qui Sanctiã filiam Alfonſi Legionis ſororem Veremũdi ſupra dicti in matrimonium duxerat. Ex quo Legionis regnum iure vxoris hæreditario aſſecutus, primus omnium vtrumq; tenuit regnum. Qui rex Caſtellę fuit appellatus anno. M. XV II. Nam vſq; ad hunc diẽ Caſtella per Comites regebat. Mortuo autem Garſia, qui contra Mauros fortiter pugnãs occubuit, Veremũdus Nauarrę regnũ & Luſitaniæ prouinciæ partem recuperauit. Regnauit annos. XL. Cui⁹ tempore Rhodoric⁹ Viuarius cognomento Cidus dux exercitus inuictiſſimus in Hiſpania maxime claruit. Cuius res inclyte geſtæ maxime celebrantur. De quibus magna circunfertur hiſtoria, & nos alio loco ſcripſimus. Qui ſicut & Mendoſiæ domus equites à Caſtellæ Comitibus genus & originem duxit. Fernandus igitur, vt ad rem redeamus, cum quadraginta annos regnaſſet, à vita diſcedens Sanctium & Alfonſum filios reliquit. Alfonſus autem à fratre Sanctio pulſus Toletum ad regem Maurorum ſe recepit. Vbi tam diu permanſit, donec eo mortuo a populis ad regni ſucceſſionem reuocatus eſt. Qui non prius à Mauro dimiſſus eſt, quàm iureiurando affirmauerit ſe perpetuo in eius amiticia permanſurum. Quod ille minime ſeruauit. Sed inito regno ſtatim Toletum, Mauro rege fugato, recepit. Mezclita, ſic enim Mauri templum vocãt, ei tantum conceſſa. Quam poſtea Bernardus Epiſcopus & regina adeũtes ea loca ingreſſi, Mauris expulſis, diuę genitrici conſecrarunt. Quam obrem Mauri legatos queſtũ, iniurias ad Alfonſum Regem miſerunt. Qui vehemẽter iratus iurauit ſe ſine vlla venia in ſuos animaduerſurũ, nec precibus vllius aſſenſurum. Illi vero præſentientes, aſtu pœnam vitauere, filia regis obuiã miſſa, quam rex plurimum diligebat, vt ea deprecatrice veniam impetrarent. Tametſi eos à

Ramir⁹. 3.
Veremund⁹.
Almanzor.
Ferdinandus Gonſalus.
Veremund⁹ Secundus
Alfonſus quintus.
Veremũd⁹. 3
Fernãdus primus rex Caſtellæ.
Rhodoric⁹ Cidus.
Sanctius ſecũdus.
Alfonſus. 9.

UVA. BHSC. IyR_186

morte non tam ſua q̃ puellæ prudentia liberauit. Quæ á Rege, qui iurauerat ſe non facturum quod á filia ſupplicaretur, non vitam quidem Reginę & aliorum, ſed mortem á patre petiuit. Rex itaq; deluſus á filia & iureiurando ſolutus, omnibus pepercit. Hoc autem tempore Mauri cum magnis copiis é Carthagine per Hiſpaniam diſcurrentes omnia vaſtabāt. Quibus obuiam miſſus infans cum ſeptem comitibus apud oppidum, quod Alcaçar de Conſuegra vulgo dicitur, omnes ad vnum interfecti fuere. A quibus occiſis adhuc locus ille ſeptem comitū nūcupatur. Quam ob cauſam Rex hoc animis mollicie nimia corruptis accidiſſe cognoſcēs, Toleti balnea & omnes illecebras, quas Mauri voluptatis cauſa conſtituerant, ſuſtulit, & populos ad priſtinam virtutem ſæueritateḿq; reducere conatus eſt. Qui præterea poſt hæc Toletanam, Burgenſeḿq; baſilicam multis donis ornauit. Et Vrracam filiam Raimūdo Barchinonenſi comiti collocauit. Ex qua ille Alphonſum. VII. progenuit, qui ei ſucceſſit in regnū. Cuius mater poſt Raimundi mortem nupſit Alphonſo Aragoniæ Regi. Qui quoniam vir fuit ſacrilegus & iniuſtus, in ærumnis & ſine liberis obiit mortem. Alphonſus autem, de quo nunc loquimur, cum regnaſſet annos. XLIII. ſine virili prole deceſſit. Huic autem ſucceſſit Alphō

Alphonſus Septimus.

ſus. VII. é filia nepos q̃ iterū regna diuiſit, Caſtellam Sancio, & Legionem Fernando filiis tribuens, Beatriceḿq; filiam Ludouico. VII. Francorum Regi collocauit. Qui diui Iacobi tēplum ſalutatum veniens á ſocero magnificentiſſime apud Burgenſem ciuitatem fuit except⁹. Toletíq; eius gratia conuentus eſt habitus. Vbi legitimum genus Beatricis vxoris, quæ prius notha putabatur, declaratum eſt. Hic autem Alphonſus potentiſſimus omnium Regum, qui ante ſe fuerant, habitus eſt. Quapropter Imperator Hiſpaniarum fuit appellatus. Qui Cordubam, Abderam, quæ nunc Almeria dicitur, & Baionam recepit. Quæ loca cum adiret in itinere ſub arbore quadam ſubito exceſſit. Cui ſucceſſit Sanctius tertius eius filius, cognomento

Sanctius. III. Deſideratus.

Deſideratus. Propterea q̃ intempeſta nocte & immatura morte decedens propter eius egregios mores & in omnes iuſtitiam deſideratus á populis omnibus fuerit. Qui Ferdinandum fratrem Regem Legionis ab eo diſſidentem cœperat, atq; rurſus in regnum reſtituerat. Vxorem duxerat Blancam Garſiæ Nauarræ Regis filiam. Ex qua Alphonſum Octauum genuit.

Fernandus Secundus.

Fernandus autem Secundus apud Legionem regnauit. Qui Alphonſum ſui fratris filium puerulum ſuo iuri regno q̃ ſubiicere ſacramento fidei conatus eſt. Quod animaduertens Numⁱ⁹ vnⁱ⁹ e tutoribⁱ⁹ infantulum in arce præſidio q̃ collocatum ab iniuria & iniuſticia patrui defendit. Fernandus vero cum regnaſſet annos. XXXI. é vita migrauit. Alphonſus autem cognomento Bonus ex Helionora Ricardi Regis Angliæ filia prolem magnam progenuit, Henrricum ſcilicet, qui poſt eum regnauit, Blancam, quæ Gallorum Regi nupſit, ex qua diuus Ludouicus fuit genitus, Berengariam, quæ Alphonſo Regi Legionis, ex qua Fernandus Tertius Hieracam, quæ Portugalliæ, & Helionoram, quæ Aragoniæ Reginæ fuere. Alphonſus autem cum ſemel aduerſo Marte contra Mauros pugnaſſet, ſubinde tamen inſtaurato prælio iterum congreſſus hoſtes magnis cladibus affecit, cæſis feré. CC. milibus. Vbi crux ei é cœlo apparuiſſe dicitur. Quo tempore Rhodoricum præſulem Toletanum Romam miſit ad impetrandas in expeditionem contra Mauros collationes. Regnauit hic princeps annos quadraginta quatuor. Qui deceſſit anno. M. CLX. Cui ſucceſſit Alphonſus Nonus Fernandi Regis Legionis filius. Qui regnū gubernauit annos. XXVIII. Succeſſit huic Henrricus Alphonſi octaui Regis Caſtellæ filius admodum puer. Qui impulſore Aluaro comite tutore ſuo conſobrinam eius Portugalliæ Regis filiam ſine conſenſu Pontificis in matrimonium duxit. Quod ab Innocentio tertio poſtea diſſolutum eſt. Cui propter eius ætatem admodum puerilem regnū Berengaria ſoror adminiſtrabat. Ipſe autē puer cū in vrbe Palantia inter ludendū cū pueris

Alphonſus nonus.

Henrricus. I,

Fernādus tertius ciuſdem Henrrici.

tegulæ ictum capite excepiſſet, extinctus eſt anno ſecundo q̃ regnare cœperat. Cui ſucceſſit Ferdinādus Tertiⁱ⁹ Berēgariæ ſororis filiⁱ⁹, oim Hiſpanię regū fœliciſſimⁱ⁹ atq; potētiſſimus. Quippe q̃ poſt multas clades Mauris illatas Hiſpaniā feré totā reſtituit, Hiſpali, Corduba, Vādalia, & Bethica ex magna parte recupatis. Qui & Mauros omnes, q̃ ſupererāt, in angulū

UVA. BHSC. IyR_186

quēdā Bethicæ ꝓuinciæ, quē Granatę regnū nūc appellāt, concluſit. De cuius reb⁹ fortiſſime geſtis multi copioſe ſcripſerunt, & Rhodoricus Archiepiſcopus Toletanus magnā confecit hiſtoriam. Huius etiam Regis auxilia, vt Coſentinus refert, Iacobus Rex Aragoniæ Baleares inſulas, fugatis hoſtib⁹, recepit. Fuerunt huic ex Beatrice Germanorum Imperatoris, vel vt alii dicunt, Brabantię ducis filia, filii numero ſex, ſcilicet Alphonſus, Federicus, Emanuelus, Philippus, Sanctius, & Henricus. Ex Ioanna præterea vxore ſecunda Ludouicum & Helionorā progenuit. Ferdinando autem anno. M. CC. LXII. ſucceſſit Alphonſus Decimus, vel, vt alii ſcripſerunt, Nonus. Qui Violantam Iacobi Aragonię Regis filiam duxit vxorem. Quapropter ſterilitatem dimiſſa, liberorum deſiderio per legatos Dacię Regis filiam nomine Chriſtianam formaq; præſtantem in matrimonium petiit. Quod Daciæ Rex cum Regis Alphōſi legatos audiſſet, conditionem non renuit, ſed filiam ſuam Chriſtianam Alphonſo Hiſpaniæ Regi deſtinauit. Quam, mediantibus legatis, celebrato coniugio multis comitatam viris illuſtribus in Hiſpaniam ad Alphonſum miſit. Quæ cum veniſſet, interim Violanta ex Alphōſo Rege pepererat. Quæ res Alphonſo Regi fuit maximo pudori. Quod cum Philippus eius frater animaduertiſſet, qui tunc erat Abbas Valliſoleti, & de caueis rubeis, ſimul & Archiepiſcopus Hiſpalenſis relicto ſacerdotio Chriſtianam Dacię Regis filiam duxit vxorem. Quibus Alphonſus Rex immenſa munera tribuit. Tametſi rē hanc alii aliter ſcripſerint, & Violantā, quę filium pepererat, habuit multo chariorem. Quę poſtea multos alios peperit filios. Fernandū, qui Blancham diui Lodouici filiam duxit vxorem, cuiq; pater fuit ſuperſtes. Sanctium, q poſtea regnauit, Ioannem, Iacobum, Petrum, Berengarium, & Helionoram. Et ex concubina Beatricem, quæ nupſit Alphonſo Portugallię Regi, & Dioniſium peperit. Ex his autem filiis Ioannes multa contra Mauros bella fortiſſime geſſit. Qui Margaritam marchionis Montis Ferrati filiam duxit vxorem. Sed ad Alphonſum redeo. Cui⁹ domi foriſq; multa pręclare geſta memorantur. Qui leges à maioribus in Hiſpania conditas immenſum opus in ſeptem digeſſit volumina, quæ Partidas appellant, ędidit, aliorum tamen ingenio, hiſtoriam orbis, quā generalem Hiſpani vocant. Canones item in Aſtrologia, quos tabulas nominant Alphonſinas, vnde Aſtrologi magni cognomen eſt adeptus. Prædicaſ præter hęc liberalitas publicaq; eius munificentia. Quippe qui in Fernandi & Blanchæ nuptiis congiariū populo dedit, pauperes omnes veſtibus viritim donauit. Imperatorem præterea Conſtantinopolitanum à Soldano captum ingenti ære collato redemit. Tametſi foris non æqua fœlicitate res geſſit. Siquidem Maurus Granatæ Rex rupto cum eo fœdere, Murciæ loca quædam, & Xericiū oppidū poſt longam obſidionem cœpit. In quo bello pulcherrimum facin⁹ Garſiæ Gometii Carilli, qui arci præerat, memoratur. Hic enim extremam expectans ruinam, ac ſolus interfectis cæteris reſiſtens, in hoſtes ruit, ſtragemq; circa ſe fecit, aliquandiu irruptionem impetumq; moratus. Tandem viuus captus, ob fortitudinem venia donatus eſt, & ad Alphōſum remiſſus incolumis. O facinus memorabile & magnis laudibus excolendum, quod quidem meminiſſe debent omnes & imitari, qui officium rei militaris exercent. Quādoquidē viri, qui ſunt in prælio fortes, ab hoſtibus etiam diliguntur. Habuit præterea Rex Alphonſus regni ſui proceres rebellantes, ac cum Granatæ Rege conſpirantes. Cuius diſcordiæ cauſa fuit diminuta regni iuriſdictio, propterea q; Dioniſium ex filia nepotem Portugalliæ Regem, qui antea Caſtellæ Regi ſuberat, à tributo & vectigali immunem fecerat, illis in conſilio reclamantibus. Dum autē de Federici Secundi abrogatione ageretur, delectus ipſe imperator à magna electorum parte i Germaniam profectus eſt. Verum ipe fruſtratus, paulo poſt rediit nihilo meliora domi offendens, morte filii Ferdinandi dela Cerda comperta. Reges quoq; Granatæ p ipſius abſentię occaſionem magna Bethicę ꝓuinciæ incommoda intulere. Qui Sanctium Aragoniæ Infantem præſulem Toletanum, Nuniumq; de Lara interfecerant. Sanctius etiam eius filius ſecundo loco genitus occupato regno patrem venientem excluſit. Quapropter Hiſpali ſubſiſtens ex animi dolore deceſſit. Sanctius itaq; quartus Alphonſi filius regnauit annos vndecim. Qui con-

Alphonſus Decimus.

Facinus egregiū Garſiæ Gometij Carilli.

Sanctius quartus.

UVA. BHSC. IyR_186

tra Mauros feliciter dimicauit. Quibus Tarifam, quondam Carteiam vocatam, ademit. Regē de Phez Machometum appellatum, ac Benerizaph ex Africa contra Hiſpaniam maxima claſſe ſoluentes per Benedictum Zachariæ Hiſpaniæ maris præfectum bello nauali ſuperauit. Seu natura fuiſſe traditᵉ, in diſciplina preſertim militari minima de cauſa milites plectebat. Qui apud Pacem Iuliam quatuor hominum milia trucidari iuſſit, propterea q̄ in tumultu quodam exorto, Alfonſum fratris filium regem appellauiſſent. Fernandus. IIII. Santii filius anno M. C C X C V. extincto patre puer in genitricis tutela remanſit. Cuius prudentia multa euaſit pericula. Nam cū Alfonſo dela Cerda, qui ſe Caſtellæ Regē dictitabat, ac Regibus Nauarræ, Portugalliæ, & Aragoniæ grauia bella per legatos geſſit. Sed & huius mulieris non minor religio narratur. Quæquidem, diuendita lautiore ſupellectile, vt egentibus ſubueniret, ipſa fictilibus frugiq̄ victu & abſtinentia ſingulari ſemper vtebatur. Cœnobia ſeptē egregia cōſtruxit. Fernandus igitur dum per ætatē licuit, ex Conſtantia Portugallię Regis filia Alfonſum genuit Vndecimū. Qui Caſtellæ regno ſucceſſit, & Helionorā, quam Alfonſo Aragoniæ Regi locauit, Zeliam oppidum ex Mauris recepit. Delatoribus aures faciles præbuiſſe dicitur. Quare duos nobiles viros ē familia Carutial, vel vt ego arbitror, Caruajal necari ſola ſuſpicione iuſſit. Regnauit annos. X V. cuius filius Alfonſus anno. M. CCCX. aduerſus Mauros, Almohacē Machometū & Hynzephreges Bellamarini & Granatæ fœliciter dimicauit, recuperatis oppidis Alcala de Bencayre, quam nunc regalem appellant. Gonſaluum Martinū Calatrauę magiſtrum virum maximum & de Hiſpania benemeritum leuibus de cauſis interfici iuſſit. Ipſe vero cum oppida Sarant & Zibatar obſidere cœpiſſet, peſtilentia caſtra paſſim inuadente exceſſit, ſuperſtite filio Petro. In ea obſidione res mira, & Scæuolæ Romani exempli æmula cōtigiſſe narratur. Siquidem Maurus quidam patriam cęde regis liberaturus ex oppido egreſſus gladio clam ſub veſte abdito per inimicorum caſtra ad Hiſpaniæ Regem contendit. Quē captum vbi res detecta & gladius manifeſtatus, Rex hominis virtutem & audaciam admiratus remiſit incolumem. Qui vt domum peruenit ſui regis iram vitare nō potuit, quoniam clam eo rem fuit aggreſſus, ideoq̄ ſtatim necatus eſt. Regnauit Alfonſus hic annos. XL. cum res multas præclare geſſiſſet. Potitus enim aduerſus Mauros victoria triumphali, omnia Maurorum tēpla & maleficiorum domos religioni Chriſtianæ conſecrauit. Quo mortuo filius eius Petrus regno ſucceſſit. Qui nota crudelitatis accuſatᵉ à multis. Cuius res geſtas & q̄cūq̄ fecerit dū regno præfuit ſi quis legere cupiat, quærat ab aliis, à quibus latius ſcripta ſunt. Quandoquidem de eius vita & moribus magna circunfertur Hiſtoria. Eum tandem frater eius Henricus occidit. Ad quem poſt Petri necem plures Hiſpaniæ viri nobiles, quibus Petrus magno timori fuerat, cōgratulatū cōuenerunt, eumq̄ Regem ſalutauere. Quos Henricus iam rex appellatus humanitate ac liberalitate ſingulari ſibi deuinxit. Qui ex Ioanna coniuge Ioannem filium progenuit, & Helionoram filiam, quæ fuit Nauarræ Regina. Cæterum cum regnaſſet Henricus annos octo, diem ſuum clauſit vltimū. Qui iacet ſepultus in oppido ſancti Dominici Calciatenſis. Cui ſucceſſit Ioannes filius, q ex Helionora Petri Aragonię regis filia ſuſcepit Enricum Tertium regni ſui ſucceſſorem, & Ferdinādum, qui poſtea fuit rex Aragoniæ. Henricus autem et ſi minus proſpera corporis valitudine fuit, animi tamen ſapientia cæteriſq̄ virtutibus ſatis pollens & illuſtris fuiſſe memoratur. Qui Catherinā Angliam Gloceſtrienſis Ducis filiā vxorem duxit. Ex qua poſt Mariam & Catherinam filias, illi tandem natus eſt Ioānes cognomento Secundus. De cuius rebus geſtis & vita ſatis lōga circumfertur hiſtoria, & nos quoq̄ breui narratione, quę neceſſaria erant alio loco ſcripſimus. Hic rex Mariam patrui ſui filiam in matrimonium duxit. Quæ cum ex eo filias duas, quæ teneris annis ē vita migrarunt, & Henricum peperiſſet, aliquanto poſt ē vita diſceſſit. Hac itaq̄ defuncta, Ioannes vxorem duxit Helisabellam Ioannis Portugalliæ Regis ex Ioanne filio neptem. Ex hac autem vxore ſecunda p genuit Alfonſum, qui adoleſcens obiit (de cuius morte alibi ſcripſimus) et Hiſabellam Reginam catholicam. De cuius rebus geſtis cum Ferdinādo ſimul rege catholico magnum volu

Ferdinandus quartus.

Mauri cuius dā temeritas.

Petrus Primus.

Henricus Secundus.

Ioannes Henricus tertius ſucceſſor.

Ioannes Secūdus.

UVA. BHSC. IyR_186

men impleuimus. Ioannes denicꝫ cum Caſtellę regno annos prope quinquaginta præfuiſſet, moriens Henrricum filium Regē inſtituit. De cuius vita rebuſcꝫ geſtis hiſtoria legitur, & nos alio loco mentionem fecimus. Quo tandē ſine liberis moriente Caſtellæ regnum ad Hiſabellam ſororem eius iure deuenit. Quę nupſit Ferdinando Sicilię Regi & Aragonię principi, qui paulo poſt in Aragoniæ regno patri ſucceſſit. Qui diuina prouidentia matrimonio conīūcti, res geſſerunt admirabiles & opera ſanctiſſima. De quibus hiſtoriam magnam cōfecimus. Cuius breuē ſummā huic operi adiiciemus, vbi de Regibus Portugalliæ, Aragoniæ, & Nauarræ res, quæ nobis memoratu dignæ videntur, more noſtro perſtrixerimus. Cęterum Reges Nauarræ cum regibus Aragonię comprehenduntur, quoniam ſub vnius Regis imperio fuerūt, & poſtea diuiſi. Quomodo autem diiuncti fuere, ſcribemus alio loco.

Hērric⁹. IIII Hiſabella.

DE REGIBVS PORTVGALLIAE.

PORtugalliæ regnum circiter annum. M. C. X. hoc modo cœpit, Henrricus quidā Lotoringiæ comes vir in bello fortiſſimus ē Gallia veniens, magnas aduerſus Mauros res geſſit. Pro quibus Alphonſus ſextus Caſtellę Rex permotus filiam ſuam notham nomine Tareſiam ei matrimonio collocauit. Et Callecię partem, quę in regno Portugalliæ continetur, nomine dotis aſſignauit. Ex eo poſtea matrimonio natus eſt Alphōſus, qui primus Portugalliæ Rex fuit appellatus. Primus qui Vlixbonam à Mauris recepit. Quorū quinꝫ ſimul Regibus vno prælio ſuperatis, quinꝫ ſcutorum inſigne facti monumentum poſteris reliquit. Tametſi decus hoc in matrem crudelitate fœdauit. Quam propterea ꝙ poſt viri mortem nupſerat, in vincula coniecit, nec vt eam dimitteret per legatum à Pontifice miſſum cōpelli vllo modo nec interdicto potuit. Quapropter materna in eum maledictio atꝫ imprecatio, cauſa fuit, vt ab hoſtibus caperetur. De quo nihil vltra legimus, neꝫ quis fuerit finis eius compertum habemus. Huic continenter ex ordine ſucceſſores vſꝫ ad ætatem noſtram fuerunt, qui ſequuntur. Siquidem poſt Alphonſum Sanctius, Alphonſus. II. Sanctius. II. cognomento Capella, Alphonſus. III. Dioniſius qui fuit è filia nepos Alphonſi decimi Regis Caſtellę, à quo impetrauit ab omni vectigali immunitatem, quoniam prius Portugalliæ Reges Caſtellæ Regibus ſub iiciebantur. Alphonſus. IIII. Petrus Fernandus, Ioannes Nothus ex ordine ac religione militari, vocatus ad regnum vir magnanimus ciuitatem Septēſem Mauris in prælio victis recepit. Fœlix præterea pulchra prole ſex filiorum. Inter quos Eduardus, Fernandus, Ioannes, Petr⁹ Henrricus, & Eduardus alter fuere. Fernandū vitæ abſtinentia pariter & religione inter beatos retulerunt. Quippe qui à Mauris in prælio captus ea patientia in cuſtodia manſit apud eos, vt molæ, ea enim viuere cogebatur, cum famulo quoꝫ per ſe ſufficiēte, ſuas partes obiret. Ioanni filiæ duæ tantum fuere, quarum altera Alphonſo, altera Fernādo ex fratre Eduardo filiis locatæ fuerunt. Petrus alterum Petrum Aragonum Regem progenuit, qui ſine ſucceſſore deceſſit, & Ioannem Regem item Cypri. Tertium vero Iacobum, qui ſanctis morib⁹ famaꝫ virtutum conſpicua tempore Pii, II. Pontificis Florentiæ deceſſit, vbi ſepultus iacet, Henrricus Infans in Athlantico mari primus nouas reperit inſulas. Eduardus autē Rex natu maior Fernandum genuit, & Alphonſum quintum, qui poſt patrem regnauit. Qui Zeliam, Tingem, & Alcaçar Affricæ ciuitates armis expugnatas Portugallię regno adiecit. Ex ſororibus autem alteram Ioanni Caſtellæ Regi, & alteram Helionoram Federico tertio Impatori collocauit. Qui poſt confectas nuptias in Germania, ſubinde Romam venerunt. Vbi à Nicolao ſummo Pontifice magnis honoribus excepti & imperii corona donati fuere. Hinc quoꝫ Neapolim diuertentes ab Alphonſo Rege magnanimo, quem Helionora arctiſſimo cōſanguinitatis gradu cōtingebat, ſummis honoribus, magnis ludis variiſcꝫ ſpectaculis celebrati fuerunt. Similiter & à Venetis excepti fuere. Ex Helionora autem Maximilianus Cæſar genitus eſt Imperator foris domiſcꝫ præclarus, literis & omni genere virtutis excellēs, & ingeniorum fautor & cultor maximus. Ioannes Alphonſo patri ſucceſſit. Cuius filius Alphonſus, qui Hiſabellam Caſtellæ Re

Henrricus.

Alphōſus Rex. I.

Inſignia Regum Portugalliæ.

Sanctius. I. Alphōſus II. Sanctius. II. Alphō⁹. III. Dioniſius .I. Alphonſus quartus. Petrus Fernādus primus. Ioannes Nothus. Eduardus.

Alphōſus. V

Ioannes. II. Alphonſus Sextus.

UVA. BHSC. IyR_186

gum Catholicorum filiam vxorē duxerat, lapsu currentis equi infœliciter extinctus est. Qua
Emanuel. I. propter Ioannes pater eius sine liberis decessit. Cui successit Emanuel ex prole regia genitus, & eidem Regi Ioanni cognationis arctissimo vinculo coniunctus. Qui vxorem duxit Hisabellam Regum Catholicorum filiam viduatam. Quæ cum Cęsarauguſtæ Michaelem filium peperisset, subinde magno dolore partus obiit mortem. Cuius item filius Michael obiit Granatæ, cum nondum annos duos compleuisset. Cæterum Catholici Principes ad retinendum Emanuelis Portugalliæ Regis affinitatem, ei Mariam filiam missis legatis in matrimonium de
Ioannes. III. derunt. Quæ Ioannem peperit, qui nunc est Portugalliæ Rex. Peperit & Ludouicū, Ferdinandum, Alphonsum, qui nunc est Portugalliæ Cardinalis, Henricum Eduardū peperit & Hisabellam quæ Carolo nupsit Imperatori & Hispaniæ Regi. Ex qua Carolo mox filius natus est nomine Philippus in oppido Pincia, quod Valisoletū vocāt, anno. M.D.XXVI. die Martis decimo kalendas Iunias cum ingenti lętitia totius Hispaniæ. Eo siquidem nato nō Pinciæ solum, vbi natus est, sed etiam in omnibus Hispaniæ populis, magni ludi variaq; spectacula celebrata fuere. Peperit etiam filiam nomine Beatricem. Quam dux Saboianus duxit vxorem. Sed reuertor ad Emanuelem, qui post obitum Marię Helionoram duxit vxorem Philippi Regis filiam. Quę filiam peperit, & post Emanuelis obitum, Francisco nupsit Gallorum Regi. Ioannes autem Rex Portugalliæ Catherinā Philippi Regis filiam duxit vxorem.

IOANNIS SOBRARII ALCAGNICENSIS CARMEN IN OPVS L. M. SICVLI DE REGIBVS ARAGONIAE.

In lucem redeunt omnes labentibus umbris
Cæltiberi Reges, digni quos sæcula nulla
Occultos habeant, sit quamuis inuida dextra
Temporis exhausti, quod cuncta absumere tentat.
Sed decorata nimis pullulat, semperq; resurgit
Post mortem uirtus, quæ sancta & clara sepulchris
Erigit heroes æterna ad sæcula, nunquam
Ignauo perpessa duces squalore teneri,
Fortia qui inuicto gesserunt pectore bella,
Viceruntq; feros hostes terraq; mariq;.
Hos fida & solers octo modo cura uirorum,
Quis regni commissus honor, nunc ordine longo
Extulit, & scriptis iussit celebrare Latinis.
Elysios quæcunq; habitant, & amœna uireta
Illustres animæ, post hac remeare sub auras
Optabunt, tales liccat Dynastas habere,
Atq; uirum, cui cura extet mandata, Latino
Ornare eloquio, Siculus quod munus obiuit,
Historia præstans Crispus, uel Liuius alter,
Aut lingua princeps, & censu Tullius oris.

Liber

UVA. BHSC. IyR_186

LIBER OCTAVVS

DE REGIBVS ARAGONIAE.

RAMIRVS ex Gothica ſtirpe genit⁹, vt quidā ſcripſerunt, primus Aragonię regni titulis inſignitus perhibetur. De quo priuſq; ſcribā, quædam ſummatim dicere mihi neceſſarium videtur. Quæ lectoribus, vt arbitror, neq; ſuperflua, neq; ingrata videbuntur. Anno itaq; Chriſtianæ Salutis, vt alio loco ſcripſimus, Septingenteſimo, decimo quarto, Mauris Hiſpaniam vaſtantibus, cum nonnulli regni Caſtellæ nobiles ad Aſturiæ & Cantabriæ montes ſe contuliſſent, Aragoniæ quoq; plures equites ad Pyreneos montes aufugerunt. Vbi vir probus nomine Ioannes in quadam ſpelunca cōiuncta rupi, quæ peſſia dicebatur, ædiculam ſibi velut heremum conſtruxerat, & ſancto Ioanni Baptiſtæ dedicauerat, ibiq; ſolus vixit, & vitam finiuit. Ad hanc autem ædiculam in montibus abditam Cæſar auguſtanus eques vita probus, cui Votus erat nomen, quum venationibus operam daret, cerſuumq; inſequeretur, deuenit. In quam ſentibus & arbuſtis enſe pręciſis ingreſſus eſt. Vbi corpus Heremitæ, quod inſepultum apud altare iacebat, aſpexit. Quo viſo vehementer admirat⁹ diu cogitabundus propius acceſſit, & literas in altari ferreo ſtilo ſculptas legit in hanc ſententiam. Ego Ioannes huius ædiculæ conditor & primus habitator velut in heremo Deo ſeruire cupiens, hanc eccleſiolam paruumq; ſacellum erexi, ſanctoq; Ioanni Baptiſtæ conſecraui. In qua vixi diutius, & nunc mortuus in Domino requieſco. Hæc itaq; cum legiſſet Votus vir Chriſtianiſſimus multis perfuſus lachrymis ſæpe Deo gratias agens, Heremitæ corpus humo cooperuit, & Cæſarauguſtam reuerſus bona ſua vendidit omnia. Quorum precium Chriſtianis pauperibus erogauit. Quod cum frater eius, qui Fœlix dicebatur, animaduertiſſet, idē fecit, & vterq; lętantes ad ędiculam ſeſe contulerunt. Vbi continue Deo ſeruientes ſanctiſſime vixerunt. Quorum ſapientiſſimis conſiliis Chriſtiani, qui ad eos propter famā ſanctitatis conueniebant, animati, anno Chriſtianæ ſalutis Septingenteſimo trigeſimo Garſiā Ximenū de genere Gothorum virum ſtrenuum ſibi ducem & Capitaneum generalem cōtra Mauros elegerunt. Cuius res geſtas perbreui narratione referemus.

Votus.

Fœlix.

DE GARSIA XIMENIO DVCE PRIMO Chriſtianorum contra Mauros.

GArſias igitur Ximēnius Chriſtianorum dux electus licet paucorum viribus, erant enim numero circiter ſexcenti, Chriſtianę tamē religionis amore vehementer accēſus, Maurosa montis Pyrenei confinibus, & aliis locis propinquis armis expulit, & loca multa breui tempore recuperauit. Qui deinde multis ad eum propter victoriæ famam, conuenientibus, magnam quoq; Nauarrę prouincię partem, fugatis Mauris Chriſtianis reſtituit. Poſtremo vero mortuis Voto & Fœlice fratribus viris admodū ſanctis & ſolēniter cōſepultis, in honorē ſancti Ioannis eccleſiā paruulā, quā ſupra demōſtrauim⁹, ampliauit. Ibiq; vita functꝰ anno dñi DCCLXXVIII. ſepelit̄, filio Garcia Ennico ſuppſtite. Gerebat aūt Garſias Ximenius in vexillis & armis arborem viridē, & ſup eam crucem rubrā in croceo campo.

Inſignia Ducis Garſiæ Ximenij.

DE GARSIA ENNICO DVCE SECVNDO.

GArſias Ennicus poſt mortem patris non minus Chriſtianæ religionis cultor, quām acer & ſtrenuus in armis, Mauros Chriſtiani nominis hoſtes infeſtiſſimos perſequens, Pompilonem primariam Nauarræ ciuitatem, multaq; oppida breui ſpacio temporis ab hoſtium ſæuitia liberauit, & ad CHRISTI cultum reduxit. Sub idem tempus vir qui-

UVA. BHSC. IyR_186

Aſnar Aragoniæ Comes primus.

dam res mirabiles expertus, & in armorū certaminibus fortis, cui Aſnar erat nomen, cū Chriſtianis quibuſdam viris præclaris, & tuendæ Chriſtianæ fidei percupidis, Aragonium flumē traiiciens caſtella & oppida multa, Iaccam q̄ ciuitatem, quæ à loci ſitu nomen accepit, propterea q̄ in montium conuallibus iacet, ad Chriſtianā fidem reuocauit. His rebus geſtis, quoniā primus Aragonium flumen tranſierat, Aragonię prouinciæ Comes appellatus eſt. Cuius titulis inſignitus dieb⁹ paucis é vita diſceſſit. Reliquit autem filium nomine Galindum. Item deinde mortuus eſt Garſias Ennicus ſuperſtite filio Fortunio.

Iacca ciuitas

Flumen Aragonium.

DE FORTVNIO GARSIAE FILIO DVCE TERTIO.

FOrtunius autē mortuo patre Galindi Comitis Aragonię filiam duxit vxorem, & ratione coniugii comitatus Aragonię titulos accepit, & ex vxore filium Sanctiū Garſiam progenuit. Quem ſucceſſorem & hæredem ſibi reliquit moriens. Anno. D. CCCXV.

DE SANCTIO GARSIA DVCE QVARTO.

Suprarbriū. Ribagorcia.

SAnctius Garſias, Fortunio patri defuncto ſuccedens exercitu comparato Mauros acriter inuadit. Quos à Suprarbri & Ribagorcię, ſic enim loca quædam vocantur Hiſpane, regionibus depulit, & ſibi totam ferè Nauarræ prouinciam ſubiecit. Vbi cum Mauris prælium committens hoſtium multitudine circūuentus, alioquin fortiſſime pugnans, occiditur. Quo mortuo ſine prole, Mauri Nauarram rurſus occuparunt, eam q̄ tenuerunt vſq̄ ad Caroli Magni Imperatoris aduentum. Qui fuit anno à Chriſti natali. DCCCC. Nam Carolus Imperator cum duodecim ducibus, quos Pares appellant, in Hiſpaniam per montes Pyreneos ingreſſus aduerſus Mauros bella geſſit aſperrima. Quos á Nauarra & Aragonia ferè tota profligauit. Quibus rebus geſtis Carolus Hiſpaniam quaſi tutam relinquens, in Galliam reuerſus eſt, & Aragones Ennicum, cui Ariſta cognomen erat, ex Gothica gente, vel vt alii volūt, ex comitatu Bigorræ, ſibi ducem delegerunt.

Duodecim Galliæ duces quos Pares appellant.

DE ENNICO COGNOMENTO ARISTA DVCE QVINTO.

ANno igitur. D. CCCC. XII. Carolo in Galliā reuerſo, Ennicus Ariſta Dux electus vir & manu promptus, & in armorū certaminibus ardens, vnde cognomē accepit. Quippe qui non aliter viſis hoſtibus ardebat, q̄ in igne vritur ariſta, ex montibus Pyreneis cū exercitu deſcendens Maurorum magnas copias deleuit, & victor in Nauarram peruenit, vbi princeps à Nauarris & Aragonibus eligitur, propoſitis tamen nonnullis conditionibus, vt in eos ęquis legibus vteretur. A quibus etiam iudex qui medius inter eos eſſet, petebatur, & Aragoniæ Iuſticia vocaretur. His conceſſis conditionibus, cogitās quibus ſignis & armis vteretur, ei diuinitus reuelatum eſt, vt vbi in aere crucē videret, illic conſiſteret. Quod vbiq̄ diligenter obſeruans, cum eſſet in planicie quadam, quæ iacet inter Suprarbros & Pyreneos montes, in aere crucem candidam ſuſpexit. Cuius figura ſignoq̄ in vexillis & ſignibus vti perſeuerauit. Tandem moriens Garſiam Ennicum filium reliquit.

Aragoniæ Iuſticia.

Crux apparuit.

DE GARSIA ENNICO DVCE SEXTO.

ENnico Ariſta vita defuncto ſucceſſit Garſias Ennicus vir non minus armis ſtrenuus, q̄ vita & moribus integer. Qui vxorem duxit Vrracam fœminā virtutibus & genere nobiliſſimā. Cum qua grauida & partui iam vicina p Nauarræ montes & aſpera loca parum cautus exercitum ducens, hoſtibus occurrit, & commiſſo prælio, quod vitare nō potuit, occiſus eſt, & cū eo ſimul vxor in vtero lācea grauiter vulnerata inter fugiendū quaſi mortua cōcidit in valle montis cuiuſdam, qui dicitur Aiuar. Ad quem locum Mauris abeuntibus & iam lon-

UVA. BHSC. IyR_186

ge digreſſis, homo quidam nobilis, cui Guiuara cognomē erat, peruenit. Et Vrracam cognoſcens, quæ tūc egerat animā, dū eam pfuſus lachrymis intueretur, infans manū p vulnus extulit. Proh quantū natura poteſt, conabatur ēn infantul⁹ ex vtero matris moriētis exire. Quod cū animaduertiſſet Guiuara ſtatim cæſo ventre mulieris eduxit infantē, & pannis inuolutū domum ſuā ꝓpere detulit. Quē patrinis & teſtibus adhibitis, vt probare poſſet in poſterū, baptiſmatis lauacro more Chriſtianę religionis Sanctiū Garceſium nominauit, & vxori ſuæ tradidit, vt clā & diligēter aleret. Qui iā puer factus & adultus, ne forte cognoſceretur alūni prudētia, craſſioribus pannis indutus etiā peronibus pro calceis vtebatur, q̄ calciamēti genus ex corio crudo auarcas Hiſpani vocant. Cæterū poſt aliquot annos cū Aragones ad eligendū principē Iaccā cōueniſſent, illuc adoleſcēs annos natus circiter quindecim cū equite, qui eū clā nutriuerat veluti paſtoris filius viliſſimis tectus indumētis, & peronatus adducitur. Qui probationibus & argumētis euidētibus admiſſis recognitus eſt, & princeps electus. Et à peronibus, quos, vt ſupra diximus, Hiſpani auarcas appellant, Auarca cognomē accepit. Eques autē, à q̄ clā fuerat educatus, Latro cognominatus eſt. Quod nomē & hominū genus in Hiſpania noſtris quoq; temporibus extat non ignobile.

Magna natu ræ uis.

Vnde dicta eſt Latronū domus.

DE SANCTIO GARCESIO COGNOmento Auarca, Duce ſeptimo.

CAeterum Sanctius Garceſius Auarca, titulo principatus accepto, vxorē duxit præſtantiſſimā nomine Todā. Ex qua filiū ſuſcepit Garſiam Sanctiū, qui etiā Tremul⁹ dicebatur, de quo dicemus inferius. Progenuit præterea filias quatuor. Vrracā, quę nupſit Alphonſo Regi Legionis, Sanctiā, quę Ramiro Caſtellæ, Mariam, quę Ordonio Legionis, Blaſquitam, q̄ Nugno Comiti Cātabrię. Res aūt geſſit armatus admirabiles, ſiquidē Mauris victis ac depulſis à Cantabris, & Pyreneorū mōtiū finibus ad Naiarā vſq; peruenit. Permultis itaq; rebus p̄clare ſancteq; geſtis, moriēs filiū Garſiā Sanctiū reliquit hæredē. Vixit autē annis ſex & quinquaginta. Cuius corpus iacet in eccleſia ſancti Ioannis à Pegna cognominata.

Naiara.

DE GARSIA SANCTIO, DVCE OCTAVO qui Tremulus cognominatus eſt,

GArſias autem Sanctius Tremulus cognomē habuit, ꝓpterea q̄ cū bella futura ſentiebat, tremore quodā afficiebatur, tāetſi in prælio fortis erat & intrepidus. Ille ſiquidē tremor & prudentiæ ſignū erat, & fortitudinis. Ideoq; cū eſſet & fortis & cautus, hoſtes ſæpius debellauit. Annos enim octo & viginti (tot nāq; tenuit principatū) magnā ſibi deuictis Mauris gloriam comparauit. Qui nunc iacet ſepultus in eccleſia prædicta. Cui ſucceſſit filius nomine Sanctius Maior, Hiſpaniæ totius Imperator.

DE SANCTIO COGNOMENTO MAIORE qui fuit totius Hiſpaniæ Imperator.

HIc Sanctius Maior nō immerito fuit Imperator Hiſpaniæ totius appellatus. Nā totam ferè deuictis hoſtibus Hiſpaniā Chriſtiano nomini reſtituit. Siquidem Mauros omnes à Nauarræ, Aragoniæ, Caſtellę, Legionis, Portugalliæ, Cantabrię, & Vaſconū finibus exterminauit. Fuit præterea nō minus iuſticia clar⁹, q̄ bello fortis. Vxorē duxit Eluirā fœminā nobiliſſimā, cuius erat caſtrū Aiuaris. Ex qua filium ꝓgenuit nomine Ramirū, q vt ante dixim⁹, & paulopoſt clarius declarabimus, fuit Rex Aragoniæ primus. Ceterum Eluira defuncta Sanctius aliā duxit vxorem Caſtellę Comitis filiam, quæ Maior dicebatur. De qua tres illi filii nati fuere, Garſias, Ferdinandus, & Sanctius, é quibus Garſias maior natu matrem apud Imperatorem adulterii crimine falſo detulit. Propterea q̄ cum illi mater ex Imperatoris monitu & equorum prefecti conſilio equum quendam Imperatori chariſſimum accōmodare noluiſſet, vt eſt hominum improbitas, cōfinxit iniquus filius inſontē matrē cum eo, q equoꝝ curā gerebat, ſe coniunxiſſe. Nec deſtitit iręfacibus accenſus, ob equi ſibi vſum denegatum, matrem ſu

UVA. BHSC. IyR_186

am in summum discrimen adducere. Nam cum hoc Imperator audisset, vehementer dolens vxorem statim captam diligenter custodiri iussit, & omnium nobilium atq; doctorum conuocato concilio, in eam statuit, vt igni cremaretur, nisi quis eā aduersus accusatores filios vel armis vel legibus defenderet. Cæterum cum neq; legibus quisq;, neq; armorum certamine contendere contra filios Imperatoris auderet, solus tandem Ramirus Imperatricis priuign⁹ vitro duellum fratribus obtulit. Verum enimuero dum parantur arma, dum causæ disputantur, vir quidam Christi sacerdos, & moribus admodum sanctus, Garsiam & fratres eius Imperatoris filios adiuit, eosq; sanctissime cōmonuit, vt summum periculum, quod eis imminebat, euitarent. Siquidem neq; fœliciter, neq; diutius filios victuros esse dicebat, qui matris innocentiam tanta immanitate perdere, summoq; dedecore nomē Imperatricis deformare studuissent. Qui præterea patri, pro cuius vita sanguinem profundere debebāt, tantū doloris attulissent: quid mum totius Hispaniæ principatū, qui vix nuper expulsis hostib⁹ quieuerat, rursus perturbassent. His rationibus & multis exemplis filiorū, qui parētibus inobediētes ante diē miserandā vitam finiuerant, adductis, eos adeo commouit, vt confestim se falso matrem criminis accusasse dixerint, nec ob aliam causam, nisi q eis mater equū denegauerat. Pœnitētia igitur ducti tāti sceleris errorem deflentes ad Imperatorem venerunt veniam deprecantes. Quibus Imperator ignoscere noluit, nisi prius à matre remissionem impetrarent, atq; si mater suum ius exequi vellet, sese idem supplicium de filiis sumpturū esse respondit, quod vxori iubente lege statuerat. Mater autem cum multorū nobiliū virorum supplicationibus, tum vero precibus illi⁹ religiosi, qui principes monuerat, & ad pœnitentiam adduxerat, & amore materno iam cōmota, suis filiis pene matricidis hac conditione veniam & vitā concessit, vt ei Ramirus priuign⁹, cuius admirabilem virtutem pspexerat, in Aragoniæ regno succederet. Quē præterea cunctis assentientibus, & etiam filiis cum sæpe benedixisset, sibi filiū & hæredē legitimum adoptauit.

Regnorum partitio.

Tum demū omniū consensu ab Imperatore cum vxore statutum est, vt Garsias in Nauarrę, Ferdinandus Castellæ, Sanctius, quē nōnulli Gonsalū nominarunt, in Vasconiæ, & Ramirus i Aragoniæ regno succederet. His rebus ita gestis & institutis, Impator paucis annis à vita discessit, anno M.XVIII. qui fuit Hispaniæ ferè totius Impator annos. LIIII. Cui⁹ corpus sepultum iacet apud Astures in ecclesia sancti Saluatoris Ouetanę ciuitatis. Imperatrix itē paulo post diem suum clausit, & in ecclesia sancti Ioannis à Pegna eius extat sepulchrum.

DE RAMIRO ARAGONIAE REGE PRIMO.

HIspaniæ Regnorum partitionem supra demonstrauimus, quemadmodum scilicet Garsię Nauarra, Ferdinando Castella, Sancio Vasconia, quā Suprarbrū alii vocant, & Ramiro Aragonia contigit. A quibus ad hoc vsq; tempus cuiusq; prouincię Reges ordine descēdunt. Cæterum nunc Castellæ & aliarum Hispaniæ prouinciarum successiones, quas alio loco scripsimus, relinquentes Aragonū duntaxat Regū seriem prosequemur. Ramirus igitur mortuo patre Regis Aragoniæ nomen, q eo viuente recusauerat, accepit. Vxorē q; duxit Hermisandam, quę alio nomine Gilbiga dicebatur, Armeniacis & Bigorræ Comitis filiā. De qua filios duos habuit, Sanctium & Gonsaluum. Habuit & filias totidē, quarum altera nomine Tiresia nupsit Comiti Prouinciæ, Altera, cui Sancia nomē erat, Comiti Tolosano. Cæterum Ramiri tempore Sanctius frater eius Suprarbrorū Rex occisus est à quodā Vascone nomine Tomanerio, quo mortuo sine liberis, omnis populi Suprarbrorum principatus Ramiro Regi se se dederunt, qui bellorum inter fratres causa fuerunt. In quibus Ramirus à Ferdinādo Sanctii sui fratris filio, qui mortuo patre in Castellę regno successerat, occisus est. Qui reliquit hæredem filium Sanctium. Nā Gonsaluus alius eius filius minor natu Iaccensis erat Episcopus. Reliquit præterea filium spurium nomine Sanctium, cui Aiuarium & alia oppida cum suis confinibus & Comitis titulum dederat. Vixit autem Rex Ramir⁹ post assumptū Aragoniæ regnū annos. XLVI. Obiit anno. M.LXIII. Qui iacet cū vxore sua i eccl̄ia p̄dicta sancti Ioannis.

UVA. BHSC. IyR_186

DE SANCTIO ARAGONIAE REGE SECVNDO.

SVcceſſit aũt Ramiro mortuo Sanctius filius admodũ adoleſcens, erat enim annorũ. xviii. Qui Fœliciam duxit vxorem, ex qua tres filios progenuit, Petrum, Alphõſum, & Ramirum, qui fuit a patre religioni ſancti Petri, quæ Tomaris cognominat, deſtinatus. Sanctius aũt regno ſuſcepto, multis magniſq; corporis & animi virtutibus feruens, armis accinctus aduerſus Mauros magna prælia geſſit. De quibus multas cõſequutus victorias, oppida multa recuperauit, multaq; condidit, Stellam ſcilicet, Lunam, Ayeruẽ, & alia pmulta. Fugatis etiam Mauritanis hoſtibus ex Almeria ſancti Indaletii corpus ad eccleſiã ſancti Ioannis a Pegna trãſtulit. Qui ſanctus Indaleti⁹ diui Iacobi diſcipul⁹ fuerat, & vn⁹ de primis, quos in Hiſpania ſanctus Iacobus ad Chriſti cultũ & fidẽ cõuerterat, fuerat etiã Epiſcop⁹ dictę ciuitatis Almeriæ. Mauros ꝑterea cũ aliis in locis, tũ vero apud Cæſarauguſtã & Tutelã magnis affecit cladibus. Profligauit in prælio etiam ſemel Rhodoricũ Vuarium Cidũ, qui Cid Ruidiez vulgo dicebatur, virũ alioqui ſui temporis fortiſſimũ omniũ ducum. Quẽ Rex Sanctius acriter armis ꝑſequebatur, propterea q; cum Ferdinando Caſtellæ Rege contra Ramirũ patrẽ ſuum bellum geſſerat, quo bello Ramirus occubuit. Cui⁹ demũ virtus admirabilis apparuit, cũ Alphonſo fratri patrueli Caſtellæ Regi, cuius antea patrem Ferdinandũ prælio vicerat, obſeſſo Toleti a Mauris ob amorẽ, quem maximum erga fidem Chriſtianam habebat, iniuriam de morte patris oblitus, ſubuenire nõ diſtulit. Deinde bellũ quoq; geſſit cum Garſia patruo Rege Nauarrę, quẽ vicit & occidit, & a Nauarræ toti⁹ populis Rex appellat⁹ eſt iuratuſq; Oſcã ciuitatem, quã Mauri, tributũ q̃tannis pendentes, poſſidebant, obſidione cinxit. In cui⁹ oppugnatione ſagitta percuſſus paucis dieb⁹ occidit. Obiit anno ſui principat⁹. xlv. Cui⁹ corpus primũ iacuit i eccleſia Caſtrimõtis Aragonũ, & deinde i monaſterũ ſancti Ioannis a Pegna trãſlatũ fuit.

Stellæ, Lunæ, & Ayeruæ conditor.

Nauarra Aragoniæ comũgitur.

DE PETRO SANCTII FILIO ARAGONIAE REGE TERTIO.

PEtrus Sanctii filius patre adhuc viuente Ribagortiæ & Montiſoniæ Regis nomen acceperat. Mortuo vero pr̃e Rex Aragonũ confeſtim fuit appellatus. Qui poſt mortẽ pr̃is ducibus cũ exercitu præmiſſis, Oſcam ciuitatẽ proficiſcitur, & ꝑpe ciuitatis muros caſtra poſuit. Ad quem venit ex mõtib⁹ Pyreneis Fortuni⁹ Liçana, qui fuerat a Sanctio Rege foris hoſtis iudicatus, mortiq; deſtinatus. Hic Fortunius Petri Regis gratiã demereri cupiẽs, quẽ ſciebat bellũ Mauris Oſcitanis illaturũ, ſecum trecentos pedites Vaſconiæ gẽtis clauis ferreis armatos adduxit. A quibus acerrime pugnantibus Mauri armorũ nouitate, & virorum aſpectu deterriti, victi ſtatim ceciderunt. Quorũ multis interfectis, Petrus Rex victor ciuitatem ingreſſus Fortunĩũ Vaſconum Ducẽ a clauis, quibus armatos Vaſcones adduxerat, quæ vulgo maçæ dicuntur, a Maça cognominauit, nã antea, vt ſupra dictum eſt, Fortunius Liçana dicebatur. Quidam vero ſcripſerũt hoc prelium acre diu q; anceps fuiſſe, & victoria in neutram partem declinante, magnum quendã ac mirabilem equitem apparuiſſe repente, protectũ cãdidis armis, & in medio pectore flammeã crucẽ gerentem. Quo viſo ſtrenue q; pro Chriſtianis pugnante, Mauri victi terga verterunt. Quorum multis occiſis, & reliquis fugientibus, dũ Chriſtiani prędas & ſpolia colligunt, Maurorum quatuor abſciſſa capita, multis & precioſis ornata gemmis & prȩcipuis armis inuenerunt exculta. Quapropter victor Petrus Chriſtianorũ Rex Mauros illos aut primarios viros, aut Reges fuiſſe ratus, inſignibus & armis ſuis adiunxit rubram & flammeã crucẽ in albo clypeo cum Maurorũ capitibus quatuor, & in memoriam viſi equitis, & in ſignum victoriç ſuę. Cęterum Oſca ciuitate a Chriſtianis capta, Maurorũ Rex Almoçabẽ ex Cæſarauguſta cũ maximis copiis venies, in loco Oſcę ciuitatis ꝑpinquo, q Alcarraz vulgo dicitur, caſtra poſuit. Quod Rex Petrus proſpiciẽs ſuas copias in aciẽ adduxit, et inſtructis ordinib⁹, Mauris ſi cõfligere vellẽt, ſignũ dedit. Mauri aũt nihil ſigno reſpõderũt, & paulopoſt Chriſtianis ad eos accedẽtib⁹, relictis caſtris, ſe fugę mãdarũt. Ex qb⁹ fugiẽtib⁹ Chr̃iani multos occiderũt, multoſq; captos adduxere. Capt⁹ etiã fuit Garſias frater Regis Ca-

Qua ratione Macæ cognominati fuere

Ratio crucis & armorũ cum quatuor capitibus.

UVA. BHSC. IyR_186

ſtellæ cum multis aliis Chriſtianis, qui contra Regem Petrum Mauris auxilio venerant. Quorum multis interfectis, Garſiam ſeruauit incolumem, & captum ſecū perduxit. Habuit aūt Petrus vxorem Agnetem, quæ Petrum peperit vnicum filiū, & alteram filiam nomine Hiſabellam, quæ ſimul cū fratre teneris annis, & ante patris mortem vitā finiuit. Nā Petrus Rex poſt obitum liberorum vixit annos octo, qui diſceſſit à vita tertio Kalendas Octobris Anno dñi M.C. VIII. & ętatis ſuę. XXXV. Hic Rex impetrauit ab Vrbano ſecūdo Romano ſummo Pōtifice primitias, decimas, & omnia beneficia iuris patronatus, quę quidem ſacerdotia gentilicia latine vocantur. Omnium eccleſiarum & ciuitatum, à quibus infideles hoſtes eiecerat, vt ipſe ac ſui ſucceſſores in perpetuum ſacerdotia, quibus vellent, cōferre poſſent, exceptis epiſcopatibus. Pro quibus beneficiis Vrbanus Pontifex illi ſequentem bullam conceſſit.

Apoſtolica bulla.

VRbanus Epiſcopus ſeruꝰ ſeruorum Dei, Petro chariſſimo in Chriſto filio Hiſpaniarū Regi excellentiſſimo eiuſq; ſucceſſoribus rite ſubſtituendis in ꝑpetuum. Tuæ dilectiſſimæ fili deuotionis affectum per venerabilem fratrem noſtrum Aymericum Pinateñ. monaſterii abbatem acceptis literis circa ſacroſanctā Romanā eccleſiā agnitum, lætitia haud modica meus exhilaratus eſt animꝰ, ſed vt verum fatear, eiſdem perlectis, irę ꝓturbationiſq; nimię cō motionis inuitatus, nec immerito. Ex earum nāq; initio dilectionis & reuerentiæ, quam erga ſanctam Romanam eccleſiam ſemper habuiſti & habes, magnitudinē cognoui, quantum q; in ea confidas, quàm deuote & fideliter animę tuæ ſaluationem eius orationibus cōmittas, aduerti. Ex fine vero earum dē tantam rerum coniecti abuſionē, quæ mēti meæ lōge á ſtatu ſuo dimotæ maiorē, q̄ credi poſſit, immitteret ſtuporē. Te ſcilicet pro bonorū numeroſitate, malorū multiplicitatē ꝓferre, & ꝓturbata ꝓſperitate tribulationū in innocentiā tuā cateruas, vnde auxilia & conſilia prę̄cipue p̄cedere deberēt, irruere. Siqdem cum inter modernos regnorū rectores, quoꝝ plærosq; animarum ſuarum negligētes, vel penitus oblitos, vtpote ab omni æquitatis itinere deuios plana via ad mortem inducentis ſi qui ingemiſcimus, te ferè ſolum diuino afflatu ſpiritu anguſtias ad vitam ducentis elegiſſe videamus cum iuſticię rigore conſtanter inſiſtere eccleſiarum tranquillitati, & pacī ſtudioſe inuigilare. Pupillorum & orphanorū defenſioni ingentem operam dare. Paganę genti depreſſioni & coarctationi, Chriſtianę vero exaltationi & amplificationi cum ſumma inceſſanter ſtrennuitate inſudare. Et vt breuiter concludam, cum totius mali propulſioni, totiuſq; boni exercitiis efficaciter incumbere gaudeamus. Ipſi tamen qui ex tam precioſorū fructuū guſtu vicinā agnoſcentes arborē, officioſius venerari ac excolere deberēt, tui ſcilicet regni antiſtites, q̄bus pro aſſidua experiētia tantoꝝ meritorū tuæ ſpeciali? veneratione, tuiſq; obſequiis eſſet inſiſtendū, in te, vt p̄taxatarū literarū pādet ſeries, inſurgūt. Et quia humili Chriſto cōformatū patiētiæ clypeū velle abiicere videnť, tanq; erectis cōtra te calcaneis tuā deprimere & cōtūdere māſuetudinē nō erubeſcūt. Veruntñ. &c.

DE ALPHONSO, QVI PETRO FRATRI SVCceſſit, Aragoniæ Rege quarto.

Vnio regni Caſtellæ & Aragoniæ.

QVoniam Petrus, vt ſupra demonſtrauimus, nullos reliquit filios, ei ſucceſſit frater eius Alphonſus. Cui nupſit Vrraca Alphonſi Caſtellæ Regis filia. Cuiꝰ nuptiis & cōiugio Caſtellę quoq; regnum tenuit. Et principatibus regniſq; coniunctis Imperatoris nomē accepit. Quī copiis auctis & magnis exercitibus comparatis, Mauros á Cæſarauguſta, á Tutela, á Daroca, á Bilbili, quam nūc Calataiud Hiſpani vocāt, á Tiriaſſona, á Boria, & multis aliis oppidis & ciuitatibus eiecit. Aedificauit etiā plura, & imprimis Burgū Pōpilonis, Soriā, quā deuictis Numantinis Scipio deleuerat, nomen q; mutauit, nam prius Numantia dicebatur. Condit & Almaçanum, Berlangam, & Bilforatum. Erat enim Rex magnanimus & bellicoſus. Tā etſi fuit in rebus diuinis, & cultu Chriſtianæ religionis negligentior. Vtpote qui ſæpius equos in ſacris locis & eccleſiis, velut in ſtabulis habebat. Ideoq; quum Fragam oppugnaret, vt multorum fertur opinio, Dei iudicio repente concidit. Vbi, ſicut aſſerunt quidam, neq; mortu-

Secundus Imperator. Aedificauit oppida multa.

UVA. BHSC. IyR_186

us neq; viuus apparuit. Tametsi non desunt qui dicant eum repertum, & in monasterio Mõtis Aragonum sepultum fuisse. Qui tunc Castellę regnum comiti Tolosano suo priuigno restituerat. Vrraca siquidem Tolosę Comiti antea nupserat, de quo filium habebat, cum Alphõso Regi se coniunxit. Periit autem sine liberis, Anno. M. C. XXVI.

Castella ab Aragonia diuiditur.

DE RAMIRO MONACHO ARAGONIAE REGE QVINTO.

OMnes Aragoniæ Nauarræq; nobiles, Petro Rege sine liberis & propriis hęredib⁹ mortuo, de creando Rege conuocato cõcilio, singuli sententias dicere cœperunt. Et cum alii alia, prout erat animi cuiusq; desiderium, protulissent, in hanc demum sententiã venerũt. Vt Petrum quendam, cui Ateres cognomen erat, dominum Boriæ ciuitatis Regem haberent. Ad quẽ magis Aragoniæ regnum spectare videbatur. Ad hunc autem legati missi nomine totius tam Nauarræ, q̃ Aragoniæ regni cum venissent, eius mores & arrogantiã admirati, qui veniẽtibus legatis, quibus obuiã exire de more debuisset, domus ianuas clauserat, magis indignantes ad concilium reuersi, verba hæc dixerunt. Nõ expedit nobis proceres eum habere Regem, qui cum Rex non esset, inflatus ambitione nos temere contempsit. Et qui nõ modo nobis obuius non occurrit, sed ne nos admisit quidem, propterea q̃ esset magnis occupat⁹ negociis vt ianitores eius aiebant, qui nos ędes iam ingressos, ac si hostes essem⁹, immanissime repulerũt. Quidam tamen dicunt eum legatis accedentibus non negociis occupatum, sed cum tonsore fuisse. Hac igitur iniuria proceres & illius superbia cõmoti, Ramirum Regis Petri fratrem Regem deligere statuerunt. Qui iam diu in Gallia religioni sancti Benedicti seruiebat in monasterio, quod dicitur sancti Pontii de Tomeriis. ¶ Impetrata igitur à summo Pontifice facultate Ramiro, quem ex Gallia nuper adduxerant, Aragoniæ regnum detulerunt. Qui vbi regni curam suscepit, Pompilonem profectus à Garsia Ramiro regnum Nauarræ, quod iniuste possidebat, repetiuit. Nec illo restituente, contra Nauarros, Aragones bello contendere cœperunt. Erat autem Garsias Ramirus filius Garsiæ Regis Nauarræ, quẽ Ferdinandus Rex Castellæ frater eius occiderat. Qui post necem patris, metuens ne & ipse occideretur à patruo Ferdinãdo, Valentiã se receperat, vbi tutius esse posset. Quem Nauarrę nobiles hinc per legatos accitum Regem elegerunt. Propterea q̃ Aragones sine Nauarrorum consilio & autoritate sibi Ramirum Monachum delegerant. Cęterum bellis actius accẽsis inter Nauarros & Aragones, cum Mauris belligerandi contra Christianos optata daretur occasio, Nauarræ nobiles & Aragoniæ, quo malis maiorib⁹ occurrerẽt, egerunt cum vtroq; Rege, vt eorum controuersia totaq; causa regni Nauarrę sex optimis viris & prudentissimis cõmitteretur. Fuerunt itaq; iudices electi ex Aragonibus. Petrus Caxalis, Ferrerius Hoscetanus, & Petr⁹ Ateres. Pro Nauarris vero quidam nomine Latronius, Guillermus Asnar Oretanus, & Ximenius Asnar cognomento Cortes, vel vt alii dicunt, Torres. Qui simul rem & causam tanti ponderis diu pensitantes, huiusmodi tandem sententiam protulerunt. Vt Ramirus Rex Aragonum Nauarræ populis omnibus imperaret, & Garsias magister equitum diceretur, & ius in nobiles haberet. Cui Ramirus eorundem sex virorum precibus adductus, quorundam oppidorum vsum dominiumq; concessit. Quæ tamen oppida post Garsiæ mortem Ramiro Regi, vel eius successoribus resti tuerentur. Quę vero fuerint ea oppida postea declarabimus. Erat autem Ramirus moribus & vita sanctissimus. Qui posteaq; religionem fuerat ingressus, sibi plures episcopatus & amplissimas dignitates oblatas recusauerat. Neq; regni quidem curam sponte suscepit, sed efflagitantibus populis, & hortatione summi Pontificis, ne si ipse regnum negligeret, super eius possessionem noua & intestina bella consurgerent. Quapropter Ramirus & regnum suscepit, & Comiti Petri filiam duxit vxorem. Ex qua filiam progenuit nomine Petronillam, quã Raimundo Berengario Barcinonensi Comiti matrimonio coniunxit, & Aragoniæ regnum dotauit. Cuius rei hoc extat instrumentum, de quo nihil mutans ad verbum ponere satius duxi.

Quam pernitiosa elatio.

Nauarra secessit ab Aragonia.

Iudices in Regis electione.

UVA. BHSC. IyR_186

EGo Ramir⁹ Sanctii Regis filius, Rex Aragonenſium dono tibi Raimundo Comiti Barcinonenſi cum filia mea meum regnum Aragonis ab integro totum, ſicut diuiſit ipſum Sanctius Rex maior, auus patris mei, & ſicut diuiſi ego cum Rege Nauarrorū Garſia Ramirez in Pampilona. Excepto illas tenēcias, quas dedit Sanctius ſupradictus Regi Ramiro auo meo in Nauarra. Ex parte de Caſtella, dono tibi de Hariza vſq; Ferrera, de Ferrera vſq; Tarraçona, de Tarraçona vſq; Tutelam villas & caſtella. Tutelam vero acquiſiuit & cœpit frater me⁹ Rex Alphōſus. Et dedit eam comiti de Perges, pro honore ipſe autem dedit eam Garſiæ Ramirez cum filia ſua, de hoc ſicut melius poteris facere facias, vel cum eo cōuenias. Cæſarauguſtam vero dedi Imperatori de Caſtella cum ſuis appendiciis ī vita ſua tātū, & fecit mihi homenage de ea vt reddatur mihi vel ſucceſſori meo poſt obitum ſuum. Quicquid enim mihi debebat facere, volo & mādo vt tibi faciat hoc ex parte de Caſtella. Ex parte vero de Nauarra dono tibi de ſancta Gratia de Portu, quam pater meus Sanctius bonæ memoriæ dedit ſancto Saluatori ſuo monaſterio vſq; Brozal, cū toto Ronchali, qui eſt honor de Roſca de Brozal, ſicut vadit aqua de Saraſazo, & cadit in Ida, inde vero ad pontem ſancti Martini. Et de ponte ſancti Martini ſicut currit Ida, & diuidit Nauarram & Aragoniam vſq; cadit in fluuium Aragonis, & inde p medium pontem ad vadum longum. Et de vado longo ad Gallippienço, ſicut currit aqua. De Gallippienço autem, ſicut currit fluuius Aragonis, & iūgit ſe cum Arga, & cadit in Ibero flumine magno. Inde vero ſicut currit Iber vſq; iam dictam Tutelam. De Ronchali nāq; & Alaſues, & Quadreyta, & Valterra, ſic dico tibi, quia dedi eas Regi Nauarrorum Garſiæ Ramirez tantum in vita ſua. Et fecit mihi homenage quod poſt obitum ſuum reddatur mihi, vel ſucceſſori meo. Quicquid enim mihi debebat facere, volo & mando vt tibi faciat. Hoc dono tibi & concedo filiis filiorum tuorum, qui fuerint de generatione de mea filia in ſęcula ſæculorum. Tu vero conuenis mihi in verbo veritatis, & mittis manus tuas inter manus meas, vt non alienes, neq; facias alienare regnum iſtud, quod ego dono tibi a' generatione filiorum filię noſtrę. Nec poſt obitum Regis Garſiæ Ramirez dimittas filio ſuo Ronchal, & Alaſues, & Quadreyta, & Valterra. Et vt in tota vita mea teneas me ſicut patrem & dominum. Tamen retineo mihi regale dominium ſuper omnes eccleſias regni mei. Super monaſterium ſcilicet ſancti Saluatoris Ligerenſis, cui dono illam meam medietatem de illo oliuare de Araſcuas, propter enſem quē ibi acceperam, qui fuit de Lopis Ioan. Et ſuper monaſteriū ſancti Ioannis de Pinna. Et ſuper monaſterium ſancti Victoriani. Et ſuper omnes eccleſias parrochiales & proprie ppri-um ſuper ſanctum Petrum de Cereſa cum ſuis appendiciis ſeu pertinētiis, & Pertuſa, & ſancti Vrbiz, & ſancta Cecilia. Licet regnum tibi tradā, tamen dignitatē meam non amitto. &cæt.

Imperator Caſtellæ.

Enſis Lopis Ioannis.

¶ Cæterum cum eſſet Ramirus, vt ſupra diximus, vita ſanctus & religioni maxime dedit⁹, continue ſancti Benedicti ordinis habitum ſub tunicis gerebat, eccleſias frequentabat, monaſteria & ſanctorum ędes multas ædificabat. Quam ob rem à cunctis ferè nobilibus tanq; nō idoneus ad regni gubernationem negligebatur. Quod cum animaduertiſſet, & diutius ferre non poſſet, virum quendam, cui plurimum confidebat, ad abbatem ſancti Pontii de Tomeriis clam miſit, vt illius abbatis conſilio, qui ſatis prudens & ſanct⁹ erat, Aragoniæ regni nobilibus, à quibus contemnebatur, timori eſſe poſſet. Abbas autem Regis perlectis literis, ci⁹ nūcium in hortum, qui aderat, adduxit, & cum eo ſimul ingreſſus gladiolum gerēs, Tarquinii Regis imitat⁹ exēplū, altiores hortuli flores & herbarū caules gladio decutiebat, & minoribꝰ adæquabat. Hoc cū feciſſet, nuncīū dimiſit. Qui ad Regē reuerſus, ea q̄ fecerat abbas in horto retulit. Rex aūt callidū prudētis abbatis cōſiliū intelligens, in Oſcā ciuitatē ſe cōtulit. Hic Tintinnabulū magnū ſe facturū diuulgauit, quod ex omnibus toti⁹ regni ſui locis audiret. Ad quā rē faciendā omnes Aragoniæ pceres cōuocauit. Qui Regis ineptias & deliramēta deridētes, & tā magni tintinnabuli formā videdi pcupidi, libētiſſime cōuenerūt. Quos Rex in partem domus interiorē ab hominū frequētia ſemotā ſingulos admittēs, quaſi dep̄hēſos cōfeſtim iugulauit. Ac occiſos patres filiis accitis oſtēdit. Quib⁹ idē ſe prſus facturꝰ dixit, ſi mores parētū ſuos

Prudens & occultum cōſilium.

Tintinnabulum Regis Ramiri.

UVA. BHSC. IyR_186

rū, q suo regi min⁹ obsecuti fuerant, imitarent. Necauit aūt viros ex potētioribꝰ numero qndecim, quorum nomina sunt hæc, quæ sequuntur. Lupum Ferrerium Lunam, Petrum Bergam, Rhodoricum Ximenium Lunam, Egidium Atrosilum, Petrum Cornelium, Ferdinandum Gometium Lunam, Garsiam Bidauram, Gonsalum Pegnam, Raymundum Fozitū, Petrum Martinum Lunam, Petrum Luæsiam, Michaelem Dasiorem, Sanctium Fontanam, & Ferritium Liçanam. Hac re gesta Tintinabulum non modo per totū Aragoniæ regnum, sed etiam per vniuersum orbem terrarum fuit auditum. Ex quo tēpore Ramirus Rex omnibus Aragoniæ nobilibus fuit maximo timori, regnumq; trāquillissime gubernauit vsq; ad diez vitæ suæ vltimum, & in Osca ciuitate magnā ędificauit ecclesiam, quæ sancti Petri veteris dicitur, vbi monachos sancti Benedicti ordinis cum redditibus instituit. In qua nunc ecclesia sepultus iacet. Qui migrauit a vita anno. M.cxxxviii. Regnauit autem annos decē & nouem. Quem dicunt quidam tempore quo fuit à religione reuocatus ad Aragoniæ regnū sacris ordinibus iniciatum, sed non ad rem diuinam celebrandam promotum fuisse. Alii vero aliter asserunt, propterea q; sacerdotia & ecclesiæ redditus habebat, & multarum dignitatum titulos, quibus, qui sacerdotem fuisse negant, dispensatione Summi Pōtificis vsum fuisse volunt, & dignitates per suos vicarios & onera sustinuisse. Vbi vero regnum Petronillæ filiæ genero q; Raymundo Barcinonæ Comiti renunciauit, in ecclesia, quā supra diximus, cōtinue permāsit.

Occisorū numerus.

LIBER NONVS

DE BARCINONAE COMITIBVS, ET EORVM MORIGINE.

RAYMVNDVS Berengarius, Comes Barcinonensis, quēadmodum supra scripsimus, ratione matrimonii, propterea q; Petronillam Ramiri Regis Aragonum filiam duxit vxorem, Ramiro Regi suo socero in Aragonię regno successit. Verumtamen non regis ipse, sed principis Aragoniæ nomē assumpsit. Sic enim Ramirus eius socer instituerat, vt Raymundus ipse Berengarius Aragoniæ princeps, & Barcinonæ Comes appellaretur. Successores vero, Reges Aragonum, & Barcionæ Comites dicerentur. Cuius institutū semper fuit obseruantum, & nostris quoq; tēporibꝰ, Rex Ferdinādus Catholicꝰ princeps, & eiꝰ nepos GAROLVS Impator & legitimus successor, q proauos imitat, in suis omnibꝰ priuilegiis & diplomatibus diligenter obseruāt. ¶ At qui me locꝰ hic monet, & ordo rerum postulat, vt qui Raymūdus hic Berengarius, de quo loquor, & qua ratione Barcinonæ Comes fuerit, exponam. Quæquidem res & si mihi longius repetenda est, eam tamen multo pautioribus verbis ac dilucidius ostendam, quam fuerit á multis aliis enarrata. Anno Christianæ salutis. DCCXIIII. Mauris Hispaniam misere vastantibus, homo quidam natione Germanicus genere nobilis & animo fortis, cui nomen erat Otogerius Golantes, quem Pipinus Galliæ rex Guianæ prouincię suę prefecerat, vbi á Castro nomine Cathalo, quod frequentare solebat, cognomē accepit. Nouē viros Germanicę gentis ad se vocat sanguine claros & virtute probatos, quibus erant nomina hæc. Napiffer Mōcata, Guillermus Ceruera, Calcerandꝰ Pinus, Guillermus Raymundus Ceruello, Vgo Mataplana, Petrus Alemanus, Raymūdꝰ Anglesola, Gispertus Ribelles, Berengarius Rogeriꝰ Aerillus. Qui cū audissent Hispaniam Mauris crudeliter oppressam, & Christianum nomen iam deficere cœpisse, Christianę religionis amore flagrantes, & laudis auidi, conuocatis aliis equitibus cum exercitu paruo, sed tamen for

Otogerius Golantes.

Nouē ducū Germanicæ nomina.

UVA. BHSC. IyR_186

ti, celeriter in Hiſpaniam venerũt. Ad quos per ſaltus Pyreneos venientes Chriſtiani omnes qui ſupererãt & in fide permanſerãt, ſtatim ſeſe contulerũt. His ad ſocietatem admiſſis Otogerius Dux electus ab omnibus, exercitibus inſtructis contra Mauros proficiſcens, breui tempore magnam Tarraconenſis prouinciæ partem pulſis & occiſis hoſtibus adeptus eſt, & captis multis oppidis, Ampuriarum ciuitatẽ, quam Mauri poſſidebant, obſidione premẽs, aduerſa valetudine correptus è vita diſceſſit. Qui tamen cũ primum morbo decubuit conuocatis nouem cõmilitonibus, quos ſecum duxerat, inſtituit, vt ſibi Napifer Monticatinus vnꝰ ex nouẽ, quos ante nominauimus, in ducis locum ſuccederet. Quod cunctis aſſentientibus factum eſt. Cæterũ Napifer Otogerio mortuo de Maurorum aduentu, qui copias innumerabiles ducebant, cõmonitus, ex Ampuriarum obſidione diſcedens, cum ſuis copiis exiguis ad Ceritaniæ loca tuta & Pyreneos montes ſe recepit, vbi pueros, vxores & impedimenta reliquerat. Hic p temporis conditione ſuas copias diutius continuit. Interim vero Carolus Magnus Imperator, & ſummus Romanę ſedis Antiſtes cũ maxima hominũ multitudine Narbonam ciuitatẽ, quam Mauri longa oppugnatione cœperant, venerunt. Ex qua, vt facilius hoſtes eiicerent, in Hiſpaniã contra Mauros magnos miſerunt exercitus. In quibꝰ erant equitum milia viginti. Quibus Duces prę fecerãt Roldanum, Oliuerium, Gabuinum, Otogerium Pelũ, Otogeriũ Normãdinum, Gãſtonium, Angelem, Arnaldum Montaluanum, & Gerardũ Roſellium. His præcepit Carolꝰ Imperator, vt quacũq; facerẽt iter, omnia igne ferro'q; vaſtarent, & Mauros omnes delerent. Hi duces cum validiſſimis equitibus Pyreneos montes ingreſſi, Napiferi copiis occurrunt. Quibus recognitis vltro citro'q; duces & equites omnes valde gauiſi fuere. Et copiis coniũctis è montibus deſcendentes, acriter hoſtes inuadũt. Quorum plurimis interfectis, & aliis profligatis ad Vrgelli campos magna potiti victoria peruenerunt. Vbi cõmiſſo prælio campeſtri tres Maurorum reges occiderunt, Faregã Toleti, Superim Fragę, & Alfach Segobricenſem. Quo prælio periit ex Chriſtianis ducibus Otogerius Normandinus. Hinc cęteri victores ad Carolum Roſillionem reuerſi, magnis fuerunt honoribus excepti. Tũc Carolus Imperator & ſummꝰ pontifex intellecta cauſa de nouem viris, quos ante nominauimꝰ, & cognita virtute mirabili, magna lętitia gauiſi fuerunt. Adeo vt in montibus, vbi tunc erant eccleſiam ſtatim ędificauerunt ſub honore nominis ſancti Andreæ, & in ea corpus Otogerii Normandini, quem ſupra campeſtri prędio ſublatũ fuiſſe diximus, celebratis ſolẽniter exequiis, honorifice ſepelierunt. Hanc eccleſiam Carolus, ne quandoq; poſſet ab hoſtibꝰ expugnari, maximis operibus vndiq; muniuit. Qua re perfecta Narbonam cum exercitu rediit. Quã deuictis & expugnatis hoſtibus, & Magtano Narbonæ rege, ſimul & Almanzore Cordubæ potentiſſimo fugientibus, recuperauit, & ab hoſtibus liberatam cuidam viro nobili, qui dicebatur Henricus, cum Vicecomitis titulo tradidit. Cuius Romanus pontifex ſibi ius eccleſię vendicauit, quod hactenus Narbonenſis habet Archiepiſcopus. Hinc rurſus in Hiſpaniam reuerſus à primo duce nouem virorum, qui Otogerius Cathalo dicebatur, & vt quidam volũt, prouinciam Tarraconenſem Cathaloniam nominauit. Tametſi huiꝰ nominis ratio nobis eſt aliter alio loco notata. Egitq; cum ſummo Pontifice, vt à numero nouem virorum, qui primum venerant in Hiſpaniã, eamq; contra Mauros tueri cœperant, in honorem nouem ordinum angelorum, in hac prouincia Tarraconenſi nouem cathedrales eccleſias inſtitueret. Cui ſummus Pontifex iuſta petenti liberaliter omnia conceſſit, & ſequentes ordinauit eccleſias.

Napifer Mõticatinus.

Mauri Narbonam expugnauerant.

Duces Gallorum Regis & ſummi Pontificis.

Tres Maurorũ Reges occiſi.

Otogerius occiditur.

Primus Vicecomes Narbonæ.

DE PROVINCIAE TARRACONENSIS ECCLESIIS cathedralibus vna metropolitana, & ſuffraganeis octo.

Archiepiſcopus ciuitatis Tarraconis.
Epiſcopus ciuitatis Barcinonenſis.
Epiſcopus ciuitatis Vicenſis.
Epiſcopus Gerundæ ciuitatis.
Epiſcopus ciuitatis Vrgelli.
Epiſcopus Dertoſanæ ciuitatis.
Epiſcopus ciuitatis Elnenſis.
Epiſcopus ciuitatis Rothenſis,
Qui tranſlatus fuit in Ilerdam.
Epiſcopus ciuitatis Minoreſſæ.

UVA. BHSC. IyR_186

¶ Verum enimuero non contentus institutis ecclesiis Imperator Carolus, qui vt magnus nomine dicebatur, sic erat & animo splendidus, potens & liberalis, instituit etiam à nouem viris in eadem prouincia nouem comites, qui potestates vocarentur, & vicecomites totidem, nouem nobiles, quibus adiunxit alios nouem, qui vulgo Varuassores appellantur. Quorum tituli nomina q̃ ponuntur inferius.

Comes Barcinonæ.	Comes Vrgelli.	Comes Empuriarum.
Vicecomes Cardonæ.	Vicecomes Agerensis.	Vicecomes de Rupebertino.
Nobilis de Monclus.	Nobilis de terminis.	Nobilis de Ceruiano.
Valuassor de Boxadors.	Valuassor de Guimerano.	Valuassor de Fuxano.
Comes Pallarensis.	Comes de Ossana.	Comes Bisulduni.
Vicecomes Villamuri.	Vicecomes Caprariæ.	Vicecomes de Bas.
Nobilis de Bellera.	Nobilis de Scintillis.	Nobil. de porq̃ras q dicit̃ de san
Valuassor de Toralla.	Valuassor de Vilademay.	Valuassor de Besora. (cta pau.
Comes Cerdaniæ.	Comes Rosilionis.	Comes Tarraconæ.
Vicecomes de Querforadat.	Vicecomes de Castellon.	Vicecomes de Scornalbou.
Nobilis Durç.	Nobilis de Caneto.	Nobilis de Castellet.
Valuassor Danueig.	Valuassor de Mũscot, q dicit̃ nũc Dolms.	Valuassor de Mediona.

ILlis præterea nouem viris, qui primum cũ Otogerio venerant in Hispaniam, singulis dominia singula distribuit. Qui nũc ii sunt, quos vulgo Varones appellamus, & dominia Varonias. Quos etiam viros principes appellari iussit, sicut & comites Potestates. Quibus peractis rebus, Imperator Carolus, quemadmodum supra demonstrauimus, Mauris à Nauarra & Aragonia ferè tota depulsis, in Galliam reuersus in humanis esse desiit. Qui tamẽ priusq̃ discessisset à vita, Ludouico filio, qui ei successurus erat in regnis, testamento verbo q̃ præcepit, vt quoad fieri posset, Christianæ religionis fidei non deesset, & omnia quæ statuerat de nouẽ virorum dominiis, & reliquis dignitatibus in prouincia Tarraconensi cœptis conficeret, & in perpetuum confirmaret. Quam rem Ludouicus Galliæ Rex patre mortuo velut & patri filio obsequens, & Christianę religionis admodum studiosus, & libenter suscepit, & plenius adimpleuit. Nam cum post Imperatoris Caroli Magni discessum, Mauri qui victi in Bethicã prouinciam & vlteriorem Hispaniam se receperant, indignantes propter amissam citeriorem Hispaniam, quam armis cœperant, ad noua bella contra Christianos insurrexissent, totam q̃ ferè prouinciam Tarraconensem quadriennio rursus occupassent, Ludouicus paterni cõsilii memor cum magnis copiis & equitibus electis in Hispaniam venit anno. D. CCCC. XVII. Et ingressus per mõtes Pyreneos, Christianos quos Maurorum Reges sibi tributarios fecerãt, commonuit se cum magnis exercitibus adesse, eos vt à iugo seruitutis & immanitate Maurorum liberaret, in Hispaniam venisse dicens, quos hortabatur, vt simul in Mauros Christianæ religionis hostes armis acceptis consurgerent. Cuius consilio Christiani, qui Maurorum sęuitiam nouerant, magno metu impediti obsequi nõ potuere. Ludouicus nihilomin⁹ suis equitibus & diuino fretus auxilio, cohortibus instructis, à montibus Pyreneis ad planiciem descendit. Maurorum autem Reges interim Ludouici Regis aduẽtus non ignari magnos exercitus coegerant, & Christianis obuiam veniebant. Qui loco, vbi Ludouic⁹ castra posuerat, propiꝰ accedentes prælio contendere cœperunt. Acriter vtrinq̃ & æquo Marte pugnatum est, diuq̃ pugna fuit anceps. Plures tamen Maurorum q̃ Christianorum cadebant. Erat Maurorum peditum maxima multitudo, & quæ numero Christianos pedites excedebat, Christianorum vero maior erat equitatus. Quare Maurorum primum profligatis equitibus, eorum etiam pedites deficere cœperũt. Demum iam victi Mauri terga verterunt. Quorum fugientium magnus numerus concidit. Nam cum ad siluas & aspera loca confugissent, in Christianos, qui in auxili

Institutiones principatus quos Varonas appellãt.

Ludouici Imperatoris aduentus in Hispaniam.

Magnũ prælium.

Magna Maurorum strages.

UVA. BHSC. IyR_186

um Ludouici Regis veniebant, inciderunt. Et eorum pręter occisos plurēs quoq; capti fuere. Ludouicus, hoc prælio gesto, in quo præcipuos Mauros occidit, & aliorū vires perfregit, magna potitus victoria, breui spacio temporis ex tota puincia Tarraconēsi Mauros expulit, & patris omnia iussa perfecit. Christianis autē, qui moniti vt aduersus hostes insurgerēt, et propter metum obsequi noluerūt, idē stipendii nomē impossuit, quod Maurorū principibus antea pē dere cōsueuerant. Quod tributū hoc etiā tēpore quisq; suo domino quotannis psoluit. Qui populi vectigalibus obnoxii sunt, quos modo vulgus Remensanos appellat. Cęterū Rex Ludouicus comitatibus, dominiis, & reliquis dignitatibus & titulis, vt pater ei p̄ceperat, institutis, Barcinonę sibi comitatum retinuit. Atq; se vnū fecit ex nouē Comitibus, q cæteris in honore & principatu præesset. Et Barcinonç comitatui suo nomine virū quendā præfecit, genere nobilem, & in re militari p̄clarum, nomine Griffeū, vel vt alii volunt, Goffredum. Qui natus fuerat in castro cognomento Arria, puinciæ confluentis Ceritaniæ cōiunctæ. Cui præcepit, & etiā cęteris, q Barcinonæ gubernationi p̄futuri essent, vt armis & insignib⁹ Otogerii Golātis vterēt, quę sunt i aureo cāpo purpurei baculi q̄tuor, medi⁹ & extremi crocei vel aurei.

Tributa quibusdam Christianis imposita.

Ludouic⁹ Imperator.

Barcinonæ Comes.

Barcinonis insignia.

DE GRIFFEO BARCINONENSIS COMITATVS Prefecto nomine Ludouici Gallię Regis.

POst Ludouici Regis discessum, Griffeus Barcinonæ principatū non minori iusticia, q̄ fide gubernauit. Verūenimuero virtus eius & honor quo maior erat, eo minus inuidia caruit. Nā uir qdā nomine Salamon, vnus ex Gallię magnatibus gubernationē Barcinonę principatus affectans, eū falsis delationibus & insidiis in Ludouici Regis odium adduxit. Ad quē Ludouicus Rex Salamonis indignis sermonibus persuasus, legatos misit. Quibus eum ad se venire iubebat in Galliā. Legatis autē pręcepit, vt Narbonam cū veniissent, suas ad eum literas mitterent. Nam Rex ad eum scribebat, vt suis lr̄is acceptis ad legatos Narbonā statim veniret. Quapropter legati Narbonā profecti Regis literas & nūcios ad eū miserunt. Quas vbi Griffeus accepit, & Regis voluntatē cognouit, ad legatos Narbonā se cōtulit. Quo etiā secum filiū quē habebat pulcherrimū, sed admodum paruulū, duxit. Hic vbi cum legatis multa contulit eques quidā ex his, qui cum legatis venerāt, orta verborū contentione, sicut fieri solet, Griffei barbam manibus inuasit, quē stricto pugione statim Griffe⁹ occidit. Quapropter legati Griffeum captum cū filio simul ad Regē ducere statuerunt. Qui per Galliā proficiscentes, cum Podio, vbi tunc erat rex Ludouicus, appropinquassent, legatorum comites de Griffeo colloquētes primum certare verbis, & deinde manibus & armis cœperūt. Quo certamine siue ficto, siue vero, solus fuit Griffeus occisus. Quem cum sepeliissent legati cum filio eius capto ad Regē venerunt, cui rem ordine narrauerunt. Rex autem Griffei mortem molestissime tulit, & eius filium dedit alendum Comiti Flandriarum, Cui diligenter & honorifice commēdauit. Qui Comes, q̄ Griffei fuerat amicissimus, puerum quidem & libenter suscepit, & diligenter educauit. De quo puero dicemus infertis.

DE GRIFFEO COGNOMENTO PILO CVI REX Ludouicus Barcinonæ principatus liberam possessionē & omnia ꝓprietatis iura renūciauit. Comite primo.

NVnc, vt paulo superius pollicitus sum, de Griffeo dicā. Quē Flādriarum Comes, vt antea dictum est, Ludouici Regis cōmendatione nutriēdum susceperat. Hic in ædibus Comitis educatus & adultus, eius filiæ mutuo captus amore, cum diutius, ne principes, à quibus tanq̄ filius nutritus fuerat, offenderet, vrgenti & placido amori repugnasset, cum puella tandē Veneris cōsaucia telis, concubuit. Quæ res oēs diu latuit, donec mater puellā grauidā esse cognouit. Cui filia cum crimē iā manifestū negare nō potuisset, occultos amores patefecit. Quibus virtutis causa, ne parētes doloribus afficeret, diu restiterat, se demū amori magno cōuictā succubuisse. Nec Griffeū magis in culpa esse dicebat, qui multo fortius amori repugnauerat.

UVA. BHSC. IyR_186

His verbis cõmota mĩ filię pepcit, & accitũ Griffeũ pie monet & rogat, ne Flãdriaꝝ Comiti causa doloris esse velit, hortatur vt ab eo defloratã puellã & grauidã, vxorẽ ducat. Griffeus vero placidam & optatam puellam pulchram & generosam non recusat, sed continuo dat fidẽ vxorem sibi fore puellam Flandriarum comitis filiam. Hac re sic acta deinde Flandriarum comitis vxor Griffei iam socrus magnæ prudentiæ mulier, Griffeum mẽdici peregrinantis habitus induit, & cum eo duas mulierculas admodum vetulas, & simul in Hispaniam & Barcinonam ciuitatem misit, vbi Griffei mater, & cognati complures erant. Griffeus itaq; cũ vetulis in Hispaniam profectus Barcinonam peruenit. Quo tum nescio quo fato Salamõ ex Ceritania, vbi fuerat diutius cõmoratus, venerat. Ingressus ciuitatẽ Griffeus clam noctu matrẽ adiit. Quę vbi filium recognouit affecta magno gaudio cognatos omnes ad se vocauit. Quibus filium ostendit, & quid facturus venerit filius declarauit. Qui consilium probantes Griffeum magis hortantur, vt mortem patris vlciscatur. Postero die per vrbem Salamon equitabat incautus. De quo Griffeus admonitus ascendit equũ, & occulto gladio succinctus ei obuius exit. Quem conspectum perstricto gladio grauiter percutiens ex equo deiecit, & occidit. Qui cũ se Griffei Barcinonæ principatus prefecti filium esse dixisset, ab omnibus collaudatꝰ est, & Barcinonæ princeps appellatus, ac summis honoribus affectus. Qui spõsæ & datę fidei nõ immemor, ad Flandriarum Comitem & eius vxorem legatos misit, vt ei filiam mitterent. Quam parentes non inuitam & multis comitatam nobilibus miserunt, & Griffeus honorificentissime recœpit. Cum qua primum Christianorum more solenniter nuptias confecit, & deinde magnos ludos & spectacula varii generis celebrauit. Flandriarũ vero comes interea Griffei socer vbi de filiæ suæ magnis honoribus intellexit, ad Ludouicum Regem se contulit. Cui de filiæ matrimonio cum Griffeo, & quęcũq; Griffeꝰ egerat omnia narrauit. Eumq; depræcatur, vt si Griffeus comitem Salamonem occiderat, non magnopere miraretur, propterea q; Salamon patrẽ eius occiderat. Rex autem Ludouicus Griffei virtute perspecta, & Salamonis necis cognita causa, Griffeo, supplicante socero, nõ modo pepercit, sed etiã Barcinonæ principatꝰ gubernationem detulit, & ad vitam confirmauit. Hac de re Griffeus certior factus a' socero ad Ludouicum regem venit in Galliam, ei gratias acturus. Cuius aduentus animusq; regi certe gratissimus fuit. Cæterum Griffeo diutius apud Regem in Gallia commorante, Mauri rursus ad occupandum Tarraconensem prouinciam consurgunt. Quod vbi Griffeus intelexit, a' Rege Ludouico iustum petiit auxilium. Quo aduersus Mauros prouinciam tueri posset. Cui Ludouicus respondit, sibi molestissimum esse, quod Mauri, quos à principatu suo procul fugauerat, iterum bella mouerent. Propterea q; ei tunc subuenire & opem ferre minus posset. Atq; Griffeum vehementer hortatus, est, vt in Hispaniam rediret, & quoad posset prouinciam defenderet. Griffeꝰ autem cũ Regem Ludouicum Barcinonæ principatum iam parui facere cognouisset, soceri sequutus consilium, regi supplicauit, vt quoniã solus & propriis viribus aduersus Mauros prouinciam defensurus esset, & onus supra vires susciperet, ei Barcinonæ principatus possessionem proprietatis & omnia iura renunciaret. Cui rex liberaliter omnia concessit, & quicquid ipse rex in Barcinonę, Russinonis, quã Rossilionem prouinciam nunc appellant, & Ceritaniæ principatu iuris habebat, Griffeo totũ & integrum dedit, & liberalissima donatione renunciauit, & priuilegio patentissimo confirmauit, anno. DCCCCL XXV. Griffeus hic igitur primus hac donatione Comes Barcinonę principatus, anno prędicto cum suis & eius soceri copiis & equitibus ex Gallia Barcinonam venit. Hic omnibus totius principatus conuocatis vndiq; nobilibus cũ magnis exercitibꝰ Mauris occurrit. Quos cum sępe prælio vicisset, omnes demum paucis annis ab omnibus suæ prouinciæ finibus expulit. Atq; victor insignis & legitime triumphans Barcinonem reuersus in honorẽ Virginis Dei genitricis, & suę victoriæ memoriam Rumpulli monasterium cum magnis redditibus ędificauit. In quo sibi sepulturã fecit. Qui ex vxore Flandriarum Comitis filia, de qua supra scripsimus, filios habuit quatuor, Rolfeum, quẽ mater ante nuptiis in domo parentũ peperit,

Proditor quãuis sero pœnas persoluit

Ludouicꝰ ius Barcinonis renunciauit.

UVA. BHSC. IyR_186

Sed hic Rumpulli monasterii religionē ingressus, ibi vitam peregit. Post hūc Griffeū genuit, qui non sine veneni suspitione peremptus est, & fuit in prædicto monasterio sepultus. Tertio loco Mirō natus est, qui in Barcinonæ, Russinonis & Ceritaniæ principatib? legitimis hæredibus vacuis, Griffeo patri successit. Postremo natus est Suneri?, qui fuit Vrgelli comes. Nam Hermengando comite mortuo sine filiis, Vrgelli principat? ad Griffeū iure deuenerat. Obiit autem Griffeus anno. DCCCCXCII. et in monasterio Rūpulli iacet in sepulchro, quod, vt supra dictum est, ipse sibi prefecerat.

DE MIRONE GRIFFEI FILIO. COMITE SECVNDO.

GRiffeo Miron filius successit. Qui cessantib? bellis annos decem & nouē principatum tranquillum quietūq; continua pace gubernauit. Qui filios tres suscepit Xiffreū, quē sibi successorem reliquit, Oliuanum, qui fuit comes Bisulduni & Ceritanię. Tertium reliquit filium Mironē, qui fuit Gerundæ ciuitatis Comes & Episcopus. Cæterum Miron hic moriēs quaten? filios admodum paruulos relinquebat, eorum tutorem Sunerium fratrem & principatus gubernatorem instituit.

DE XIFFREO MIRONIS FILIO. COMITE TERTIO.

XIffreus igitur post Mironis patris obitū sub patruo Sunerio tutore permansit annos circiter viginti. Sic enim pater eius Miron testamēto scriptum reliquerat. Annos vero pupillares egressus à Sunerio patruo restitutam principat? administrationem suscepit. In qua vixit annos decē & nouem. Moriens autem sine liberis principatum reliquit hęreditario iure Borrello Sunerii filio, suo fratri patrueli. Proterea quod Oliuanus frater eius ad gubernandū minus erat idoneus, linguę balbutiētis impedimento, non enim vocem poterat emittere, nisi prius terram manibus effodisset, vnde Capella fuit apellatus, quod hoc capræ facere solēt. Habuit autē Sunerius filios duos, Borrellum maiorem natu, qui patri successit in Vrgelli comitatu, & Hermengandum, qui fuit Vrgelli præsul, vbi semper adeo sancte & religiose vixit, vt non immerito in sanctorum numerum relatus fuerit.

Oliuan? Capella comitatus titulo priuatur.

Hermegād? sanctus.

DE BORELLO QVI XIFFREO FRATRI PAtrueli successit. Comite quarto.

HVius Borelli temporibus vndiq; Mauri magnis exercitibus cōparatis Barcinonę principatus Christianos populos acriter inuaserunt. Quibus cum paruis copiis extempore coactis Borellus occurrit, & in campo, qui est apud castellum Monticatinum & Mactabouem vulgo dicitur, prælio victus & equitibus quingentis amissis, fugiens Barcinonem reuersus est. Quam, Mauri Borellum comitem sub sequuti, acriter oppugnare cœperūt. Et omnia equitum capita, quos in prælio trucidauerant, balistis imposita proiecerunt in vrbem, vt magis eos, qui muros ciuitatis & portas defendebant, deterrerent. Quæ quidem capita pie collecta, Comes Borellus honorifice sepeliuit in cimeterio martyrē, quod est in ecclesia sancti Iusti. Cęterum Mauris acrius oppugnantibus, Borellus cum se defendere non potuisset, ciuitate relicta discedere coactus est, & cum paucis equitibus in montes apud Minoressam ciuitatem se recepit. Huc Comites, Vicecomites, nobiles & equites omnes accitos, quid agendum foret amissa ciuitate consuluit. Hi primum legatos ad regem Gallorum & ad Summum Pōtificem statim mittendos esse dixerunt imploraturos auxilium. Deinde legatis iam Romam & in Galliam missis, vt Borellus Comes publicis pręconiis denunciaret ac polliceretur militarē dignitatem & ordinis equestris titulos & honores omnibus, qui cum armis & equis ad eum venirent aduersus Mauros Christiani nominis hostes Barcinonæ principatum defensuri. Quod confestim Comes effecit, & quod pręconio pollicebatur, cuiq; cum armis & equo ad se venienti priuilegium militaris & dignitatis & omnes immunitates cōcessit. Hoc præconio diuulgato

Optimū cōsilium.

UVA. BHSC. IyR_186

perpaucis diebus, præter nobiles & equites, qui iam militaribus priuilegiis & honoribus gaudebant, alii quoq; numero circiter mille conuenerunt, equis & armis præferoces. Quos Borellus honorifice suscepit, & quoniam paratos se ad bellum gerendum contra Mauros venisse dixerunt, promissis honoribus insigniuit, & Paratos cognominauit. Quorũ genꝰ adhuc & domus de Parata, quæ nunc Peralta dicit̃, nomẽ habet. Cũ his igitur Borellus Comes & aliis equitibus Mauros omnes à Barcinona totaq; puincia Tarraconensi breui tẽpore submouit. Vbi reliquũ vitæ suæ tẽpꝰ tranquillissime vixit, & finẽ Maurorũ bellis ipposuit. Ex vxore filios duos pgenuit, Raimundũ Borellũ, quẽ sibi successorẽ reliqt, & Hermengandũ Vrgelli Comitem. Domus de Parata.

DE RAIMVNDO BORELLO COMITE QVINTO.

RAimundus Borellus principatus imperio susceptο, vocatus ab Alphõso Castellę Rege contra Mauros in vlteriorem Hispaniam, quam, vt alibi demonstrauimus, à Romanis olim castellorum prefectis, Castellam vocant, libenter profectus est, vtpote qui Maurorũ vires frangere nomenq; delere vehementer optabat. Quem Castellã versus ad Alphonsum Regem cum exercitu proficiscentẽ, præter omnes ferè Tarraconensis prouincię proceres & equites, Hermengandus etiã Comes Vrgelli & frater eius Vgo Comes Ampuriarum, Gastonius Monticatinus, Dalmatius Vicecomes Rocabertinus, Bernardꝰ Comes Bisulduni, Higuetus Vicecomes Basensis, & pręsules Ansoniæ, Vicensis, Gerundę, & Barcinonensis cũ magnis copiis comitati fuere. Qui iuxta Cordubam cum Alphonso Rege, qui magnos etiam ductabat exercitus, sese coniunxerunt. Vbi cum Mauris prælio cõmisso strenue pugnauerunt. Et victis hostibus post aliquot dies Comes Raimundus Barcinonẽ rediit cum omnibus equitibꝰ suis, præter Hermengandũ Comitem Vrgelli, qui prælium primus ingressus à Mauris multis cõfossus vulneribus cecidit. Quo mortuo successores eius à Corduba cognominati fuere, propterea q; periit prælio, quod gestum fuit apud Cordubam. Raimundus vero victor Maurorũ Barcinonem reuersus, vixit annos septemdecim. Qui discessit à vita anno millesimo septimo superstite successore filio Berengario. Vnde Castella dicitur. Vnde cognomen habuerũt q; dicũtur à Corduba.

DE BERENGARIO COMITE SEXTO.

BErengarius Raimundi filius post mortẽ patris Barcinonæ principatus administratione susceptа, militarem dignitatem cæteraſq; virtutes, quæ principibus sunt maxime necessariæ, minus exercuit. Siquidem corporis seruitiis & ignauiæ deditus, animi munera bonaq; cõtempsit. Ideoq; Maurorum vires & insidias temere despiciens, & in gubernatione sui principatus incautus, partem magnam prouinciæ Tarraconensis amisit. Hanc tamen, vt paulo post demonstrabimus, eius filius Raimundus Berengarius cognomẽto Vetus per arma recuperauit. Habuit autem præter Raimundum Vetum filios duos, Guillermum Berengarium Minoressæ Comitem, & Sanctium, qui etiam fuit Minoressæ Comes post obitum fratris, & Prior monasterii sancti Benedicti Bagensis.

DE RAIMVNDO BERENGARIO COGNOmento Vetus. Comite septimo.

MVlta cœlo sunt & syderibus adscribenda, multa quoq; moribus educãtium pueros. Nam si bonus pater filium gignit improbũ, vel si patre improbo bonus oritur filiꝰ, id quidem mihi videtur, vel fatis nõnunq;, vel nutricibus imputãdum. Hoc mihi nũc in mentem venit, ex Berengario, de quo supra locutus sum. Qui natus optimo patre degenerauit, & idẽ Raimundum Berengariũ filium genuit excellentẽ, qui, vt supra memorauí, militari virtute pręclarus non solum patrem Barcinonę principatus à Mauris propter ignauiam patris occupatã recuperauit, sed etiã Maurorum Reges duodecim cãpestri prælio victos sibi tributarios fecit. Qui demum multas & magnas de Mauris victorias consequutus, multis equitibus, quorum viribus & auxiliis vsus fuerat, magna munera multaq; oppida, dum viuerent, assignauit. Duodecim Maurorũ reges tributarij.

UVA. BHSC. IyR_186

Vxores habuit duas, ex altera genuit duos filios, Petrum Raimundū, & Berēgarium Raimundum, ex altera Raimundum Berengarium. Quorum Petrus Raimundus natu maior veneno periit, vt aiūt, à nouerca dato. Raimundus vero Berengarius eius fuit hęres. Obiit Barcinonę vbi iacet in sede ciuitatis, cuius quidem sedis & ecclesiæ cathedralis autor ipse fuerat, & sibi sepulchrum condidit prope tanūam sacrarii.

Raro priuignꝰ à nouerca diligitur.

DE RAIMVNDO BERENGARIO BARCINONAE Comite octauo, qui Caput stupę fuit appellatus.

FVit hic Raimundus Berengarius multis & corporis & animi muneribus excellens, & i primis in militaribꝰ rebus bellocꝫ gerēdo fortitudine strenuus, moribꝰ & humanitate cūctis benignus, in Dei cultu & Christiana religione feruēs & pius, liberalitate largacꝫ munificētia magnanimus, vita in omni genere probꝰ & cōsuetudine facilis. Statura pręterea corporis magnus, facie pulcher, aspectu iocūdus. Cui erat flaua densacꝫ cæsaries, vnde Caput stupæ nomē habuit. Cuius magnis & innumeris virtutibus inuidens frater eius Berēgarius & principatus cupiditate cōmotus occultas molitus insidias, cū Gerundā versus ex Barcinona incaute proficiscentē crudeliter occidit. Cuius mortē totius principatus populi maxime lugētes & nobiles oēs vlcisci cupientes in fratricidā, q principatū occupare conabat, arma cœperūt. Quod animaduertens Berēgarius fraterno sanguine pollutus, magno metu perterritus mutus est ilico factus, ac solus fugiens & tanti criminis ptesus errorē, & iā pœnitentia ductus in pœnā peccati, spōte Hierosolymā pfectus est, vnde corpore animocꝫ defessō reuertēs in itinere defecit. Cæterū Raimundus Comes antecꝫ occideretur, assumpto principatu duxerat vxorē Roberti Guiscardi Messanæ & Apuliæ ducis filiam. Ex qua filiū pgenuerat Raimundū Berengarium. Qui post necē pris in comitatu Barcinonę successit anno. M. LXXXII. Cuius mater orbata marito monasteria duo cōdidit, alterū ordinis sancti Bernardi in valle Mariæ, q locus est in Caprariæ vicecomitatu, & alterū ordinis sancti Benedicti iuxta ciuitatem Gerundā, quod sancti Daniclis appellatur. In quo diutius persancte vixit vitācꝫ finiuit. Huius Comitis tempore fuit Vrgelli Comes Hermēgandus vulgo Gerbus cognominatus, homo strenuus in armis, qui res pręclaras gessit, & Belagurium multacꝫ oppida deuictis Mauris recuperauit.

Caput stupæ

Comes Vrgelli uir strenuus.

DE RAIMVNDO BERENGARIO NONO Barcinonæ Comite.

RAimundus vero Berengarius patri non in principatu regnocꝫ solum, verumetiā in magnis & multis virtutibus legitime successit. Fuit enim virtutum omniū splendore præclarus, & præcipue in armorum certaminibus. Quippe qui monitus de Imperatricis Alemaniæ periculo, quam à duobus Alemanię viris potentissimis atcꝫ fortissimis adulterii accusatā Imperator morti destinauerat, nisi quis eam intra annum duello liberaret, vno viro sui principatus nomine Rochabuma Domicello comitatꝰ, ad Imperatoris curiā clam profectꝰ est. Hic omnibus ignotus sancti Francisci habitus indutus ad Imperatricē, à multis in quadam turri diligenter custoditā, quasi patrinus & confessionem eius auditurus accessit. Cuius confessione prudenter audita, cū eam sine crimine falsocꝫ accusatā fuisse cognouisset, illi quis esset aperuit, & quo consilio venisset ostendit, vt eā scilicet indigne delatam apud Imperatorem, Deo iuuante, liberaret. A qua prius impetrauit, vt eum per triduum post certamen & duellum confectum nemini detegeret. Quod Imperatrix illi libenter promisit & iureiurando confirmauit, & ingētes gratias egit. Cæterum Comes Raimūdus die certaminis Rochabumam Domicellū socium, quem secū duxerat, cum altero de duobus Imperatricis accusatoribus certaturum, non inuenit. Ideocꝫ campum ad pugnā constitutum solus ingressus Imperatori supplicauit, vt cū altero primum confligeret, & deinde si victor esset, cū altero congrederetur. Hac re impetrata ab Imperatore, certamen ingressus cum altero, qui fortior habebatur, cum multis ictibus per cussum

Raimundi Comitis facinus memorabile.

UVA. BHSC. IyR_186

cussum fortiter occidit. Alter autem cum hoc vidisset metu deterritꝰ experiri cum victore fortunę casus in armis non audens, sine pugna iam victus manus dedit. Tum lætitia plenus Imperator Raimundum Comitem iam victorem ė campo deduxit, & ad hospitiū eiꝰ, quod erat in ingressu ciuitatis, comitatus & amplissimis collaudatum verbis honorifice reliquit. Comes autem qui cognosci nolebat, prima nocte discedens magnis & continuis itineribus Barcinonā paucis diebus reuersus est. Imperator vero postero die victorem Comitē cognoscere cupiēs, & plenius cōmendatum magnis muneribus ꝓsequi, regalibus paratis conuiuiis eum simul & Imperatricē ad se vocari honorifice iussit, multis missis nobilibus. Qui cum ad hospitiū Comitis venissent, & eum discessisse nunciatum esset, ad Imperatorē redeūtes ab hospitio noctis hora ferė secunda discessisse, victorē retulerunt. Imperatrix autē cum venisset, ab Imperatore, quisnam fuisset eius defensor & vbi reperiri posset, interrogata, vbi esset sese nescire respōdit, verum qui fuisset cognouisse, sed nisi post biduū propter fidem & iusiurandū, quod illi præstiterat, non posse dicere. Biduo igitur assumpto suæ salutis & honoris Imperatrix autorē corā multis magnatibus Imperatori declarauit. Quod cū Imperator audisset, ingentē hominis virtutem vehementer admiratus, eū per totam ciuitatem, perq; omnes vias & exitus missis q̄plurimis equitibus perquiri iussit. Quo peruestigato diligenter & nusq; reperto, magis Imperator eum vidēdi desiderio commotus, Imperatrix inquit vxor charissima, nulla nos vnq; mēsa, nullus nos vnq; thorus coniunget, nisi prius Raimundum Berengarium Barcinonæ Comitem videro. Tuū est igitur eum diligenter quærere & ad nos inuentum adducere, qui te nō sine magnis laboribus & vitæ periculis aduenit, & ab ignominiosa morte liberauit. Nō enim ꝙescere potero, nisi talē virū cognoscā, & quoad potero eius virtuti, q̄ mirabilis est, satisfaciā.

DE ADVENTV IMPERATRICIS IN HISPANIAM.

QVapropter Imperatrix huic Imperatoris voluntati, quę ratione virtuteq; mouebat, obsequi cupiens, quatuor Cardinalibus cum suis omnibus Episcopis & familiaribus & trecentis equitibus comitata, Raimundum Berengarium Barcinonæ Comitem quęrere statuit. Rebusq; necessariis ad profectionem comparatis ab Imperatore discedens, quadraginta diebus in Hispaniam peruenit. Quę cum saltus Pyreneos pertransisset, & eius aduentus Barcinonæ Comiti Raimundo nunciaretur, statim nobiles omnes totius principatus Comes Raimundus conuocauit. Ac cibariis & rebus ad præsentem vsum necessariis omnium generū cōquisitis & comportatis, ex Barcinonæ ciuitatis portis vsq; ad Moncatę castellum, quo ventura erat Imperatrix cum maxima hominum multitudine, mensas instruxit & variis rebus impleuit per passuum milia circiter duodecim. Mensis compositis & omnibus epularum generibus refertis & oneratis, Comes cum pręcipuis totius principatus mulieribus & equitibus trecentis Imperatrici apud Gerundam ciuitatem peroptatus occurrit. Cui iam appropinquanti duos Cardinales Imperatrix honoris & beniuolentiæ gratia multosq; nobiles obuiam misit. Comes autem Raimundus ad Imperatricem cum peruenisset medius inter duos Cardinales, & ex equo descendere conaretur, a multis equitibus & a Cardinalibus ipsis, quos Imperatrix præmonuerat, in equo retentus est. Equitātem igitur Imperatrix excepit, & multis verbis honorifice collaudatum summis honoribus affecit. Quo cum itinere toto colloquendo, Cardinalibus & reliquis equitibus mensas & variorum cibariorū copias, & aliarum rerum apparatꝰ admirantibus, Barcinonam peruenit. Hic per dies quindecim ludi magnifici, variaq; spectacula, & armorum ficta certamina in laudes Imperatricis & honores magnis sumptibus & apparatu mirabili, celebrata fuerunt. Quibus spectaculis & ludis confectis rebusq; necessariis comparatis, ad Imperatorem Raimundus Barcinonæ Comes cū Imperatrice simul profectus est. Cui munificentissimus Imperator & summis honoribus excepto multas & ingentes gratias egit, & præter plurima munera donaq; pretiosissima, Prouinciæ quoq; comitatum cū omnibus emolumentis, commodis, iuribus, & titulis largitus est.

Semp habet sua præmia uirtus.

UVA. BHSC. IyR_186

DE COMITIS RAIMVNDI EXPEDITIONE contra Mauros in insulam Balearem.

CVius Comitatus accepta possessione Raimundus Comes permultis & magnis muneribus ornatus Barcinonam reuersus, omnibus Tarraconensis prouinciæ conuocatis equitibus, magnos exercitus Ianuensium & Pisanorum nauibus impositos in maiorem Balearium insulam, quam Maioricam vocant, traiecit. Hanc enim tunc insulam Mauri possidebant, quibus deuictis & expulsis, insulanos omnes ad Christi cultum fidemq; reduxit. Verùm interea dum hic Comes diutius commoratus est, interea Mauri Barcinonã magnis copiis oppugnare cœperunt. Hinc igitur in Hispaniam reuersus Barcinonensibus auxiliũ implorantibus, insulam & ciuitatem Balearium, quam cœperat, Pisanis & Ianuensibus commendauit. Quos ad securitatem certo fœdere & iureiurando sibi socios adiunxit, & armorum suorũ parte decorauit, vt scilicet sancti Georgii signis & armis, quæ Barcinonæ comitatus erant, vterentur. Ianuenses autem post Comitis discessum cęca pecuniæ cupiditate cõuicti, Mauris auri magnum pondus offerentibus, ciuitatem & insulam restituerunt. Quod indignum facinus vbi Comes Raimundus intellexit, vehementer indignatus omnibus sui principatus populis & equitibus præcepit, vt ne cum Ianuensibus vnq; pacem haberent, sed odia semper & inimicitias perpetuas exercerent. Barcinonam tamen cum venisset contractis auxiliis Mauros ab obsidione fugauit. Quorum fugientium plurimos occidit. Et induciarũ fœdus, quod cum Regibus, Ilerdæ, Dertosæ & Valentiæ sibi tributariis iniuerat, dissoluit. Eosq; bello victos à ciuitatibus & principatu deiecit. Multa præterea gessit memoratu dignissima, quibus & fortissimi viri nomen & Christianissimi gloriam sibi comparauit.

Maiorca capitur.

Inter Gothalanos & Ianuenses odiũ perpetuum.

DE EIVS VXORE ET LIBERIS.

VXorem duxit Dulciam Gilberti Prouinciæ Mediolaniq; Comitis filiã. Quæ duos peperit filios, Raimundum Berengarium, qui mortuo patri successit, & Berengarium, qui fuit Prouinciæ Comes. Filiam vero genuit vnicam, quę nupsit Alphonso Regi Castellæ. Cæterum Raimundus Barcinonæ Comes post multas & magnas res magnifice sancteq; gestas, Barcinonæ iam senio retardatus diu, velut à laboribus emeritus, conquieuit. Vbi ętate postrema moriens, anno millesimo centesimo tricesimo primo, Hospitalis Hierosolimitani ordinis in domo pauperũ sibi habit⁹ induit. Quib⁹ eius corp⁹ inuolutũ iacet in monasterio Rupulli.

LIBER DECIMVS

DE RAIMVNDO BERENGARIO BARCINONAE Comite decimo, qui cum Petronilla Ramiri Regis filia fuit Aragoniæ princeps, & vtriusq; principatus vnione.

D RAIMVNDVM iam nunc Berengarium redeo. De quo cũ supra scribere cœpissem, me maiores & antecessores eius ab incœpto diuertere fecerunt. De quibus quoniam quæ necessaria erant, omnia dixisse videor, reuertor vnde digressus sum. Raimundus itaq; Berengarius, vt ante diximus, Petronillam Ramiri Monachi Regis Aragonum filiam duxit vxorem. Ex qua filios duos procreauit, Alphonsum, cui regnum Aragonum & Barcinonæ Comitatum reliquit, & Sanctium, qui fuit Russinonis & Cæritaniæ Comes. Filias habuit totidem, Dulciam, quæ nupsit Regi Portugallię, & alteram, quę fuit vxor Hermengandi Comitis Vrgelli. Fuit hic Rai-

Secesserunt à principatu Laletaniæ Russinon & Cæritania.

UVA. BHSC. IyR_186

mundus Barcinonę Comes & Aragoniæ princeps multis & magnis virtutibus excellentissimus. Siquidem prudentia singulari, fortitudine, munificētia, modestia, humanitate, iusticia, cæteriscp præstantissimis animi virtutibus, omnes sui temporis principes excelluit. Fuit etiā corporis dotibus admodum fœlix, forma pulcherrimus, & omnium mēbrorum singulari præstantia iuuante natura mirifice compositus. In bello vero gerēdo fortis & cautꝰ & laboris patientissimus. Nam ad Alphonsum Castellæ Regem sororium suum contra Mauros cum exercitu profectus, post multa prelia, quæ fortissime gessit, & hostes acriter oppressit, demum Almeriam ciuitatem obsedit, & continuis oppugnationibus captam prudenter euertit. Propterea cp Mauris ex Affrica in Hispaniam trauicientibus hospitium prębebat. *Abdera capta est.*

DE REDITV EIVS AD BARCINONAM.

HInc cum exercitu victore Barcinonam reuersus Anno. M. CXLVIII. non diutius cōquieuit. Siquidem anno sequenti nobilibus Barcinonæ principatus adiuuantibus Dertosam ciuitatem, quam Mauri rursus occupauerant, obsedit, & paucis diebus expugnatā cœpit, multis hostibus occisis & aliis captis. Hac victoria valde lætatus Barcinonę ciuibus aurei torquis vsum & alia corporis ornamenta concessit, & Guillermo Raimundo Monticatino, Petroꝯ cognomento Samenato, qui duo primi contra Maurorū propugnationē accerrimam castellū ciuitatis, quod erat armis & aliis rebꝰ pręmunitū, ingressi fuere, duas capti castelli partes diuisit, tertiam ꝙ partem sibi retinuit. Post aūt captā Dertosam cum victricibus copiis Ilerdam profectus est, in cuius obsidione Guillermū Raimundum Monticatinū & alios legatos à Rege Ramiro de Petronillæ matrimonio missos, comiter ac lætanter excepit. Nā quanꝯ viso Guillermo Raimundo Monticatino, qui Tarraconis Archiepiscopum nup occiderat, & à principatus Barcinonę finibus exulabat, magna animi perturbatione repente commotus est, vbi tamen eius aduentus causam cognouit, eū libenter audiuit. Cui non solum de morte Præsulis impunitatem facile concessit, sed etiā à Romano Pontifice veniā & absolutionem procurauit. Et mox Mequinentiā, & alia dedit oppida cum iure proprietatis & in perpetuū. Et Ilerda ciuitate capta cum legatis expetitū matrimoniū confecit. Quod quidā non apud Ilerdam sed Barcinonę confectum fuisse scripsere, sed hoc nihil refert. Hāc igitur Barcinonæ principatus & Aragonię regni coniunctioue factā nostris tęporibꝰ aliis auctа regnis additis, Dei benignitate & virtute Ferdinandi Regis & Caroli nepotis eius, ampliorē fœliciorēꝙ fore speramus. *Dertosa capta.* *Priuilegium torquis aurei* *Ilerdam recēpit.* *Vnio Laletaniæ cū Aragonia.*

DE CONDITIONIBVS AB EO CVM LEGATIS Regis Ramiri cōstitutis, & insignibꝰ armorū.

VBi vero conuentum de coniugio fuit, legati conditiones, quas à Ramiro Rege præmoniti fuerant, petiuere. Primū vt Raimundus, quemadmodū supra visum est, nō Rex Aragoniæ, sed princeps diceretur. Deinde vt Aragoniæ nomen Barcinonę nomini præponereť, hoc modo & ordine sequenti. Raimundus Dei gratia princeps Aragonię, & Comes Barcinonę. Tertia conditio fuit, vt in prelis gerendis eius vexillifer & primipilus ex Aragonibus esset. Quæ omnia Comes Raimundus facile concessit, & iureiurando ac instrumento confirmauit, & à successoribus vsqꝫ ad hoc tempus obseruatur. Item statuerunt, vt in prelio semper diui Georgii nomen inuocaretur, & quibus armorum signis ipsi Raimundo & successoribus esset vtendum declararunt, vt scilicet galea & arma capitis essent Aragoniæ, quę sunt, vt ante diximus, liuidi coloris cum cruce candida, cruci sancti Ioannis Hierosolimitani persimili. Vestis vero, clypeus, & equi phaleræ rubri coloris & crocei, quæ sunt arma Barcinonæ comitatus. Mox etiam sua signa Raimundus Aragoniæ Magnatibus & populis petentibus dedit, & arma sancti Georgii, quæ Barcinonæ principatus erant, & Maurorum Regum capita quatuor, et Crucem rubram in medio positam, cuius virtute Mauros vicerat, & eorum Reges occiderat. Vbi enim Petronillam duxit vxorem Dertosam, Fragam, Mequinentiam, & Mira- *Inuocatio. S. Georgij.*

UVA. BHSC. IyR_186

betum cœpit, eorum Regibus occisis, quorū capita cum signo crucis in suis armis gestare cō sueuit, vt & crucis gloriam virtutemq;, & Maurorū confusionem denotaret.

DE MAVRIS AB EO VICTIS ET PVLSIS ET multis ædificatis ecclesiis.

CAeterum Raimundus confectis nuptiis cum Petronilla Ramiri Regis filia regnisq; coniunctis maiores vires & potentiā nactus, Mauros Barcinonæ principatus & Aragoniæ regni finibus exterminauit, & trecentas ædificauit ecclesias. Fuit enim princeps Christianissim⁹ & in rebus, quæ diuinum cultum fidemq; catholicam videbantur augere, tam liberalis, q̄ fer uens & pius. Ecclesias siquidem non ædificauit solum, sed etiam magnis redditibus excoluit, & sacerdotibus moribus & vita probatis commisit. Cæsarauguſtanæ vero ecclesiæ, pręter alios redditus, Albalatum quoq; oppidum celebre dotauit.

Trecētas ædificauit ecclesias.

DE VLTIONE MORTIS FRATRIS EIVS ET tempore atq; loco suæ mortis.

DEinde cum Berēgarium fratrem suum Prouinciæ Comitem crudeliter à suis populis occisum cognouisset, in Prouinciam cum exercitu profectus in necis eius vltionem Arletum ciuitatem & alia cōplura oppida castella q; deleuit. Hinc in Hispaniam reuersus Aragoniæ regnū & Barcinonæ comitatū non minori prudētia q̄ fortitudine gubernauit. Obiit, vt quidam scripserūt, apud ciuitatē Ianuā, in Burgo, qui dicitur Sandāna. Idib⁹ Augusti Anno. M. CLXII. Cuius corpus in monasterium Rupulli delatum, fuit honorifice sepultum.

DE ALPHONSO REGE ARAGONVM SEXTO ET BARCINONAE COMITE.

ALphonsus hic vnitis Aragoniæ, & Barcinonæ principatibus primus Aragonum Rex & Barcinonæ Comes fuit appellatus. Aedidit opera multa præclara non solum viri fortis, sed etiam liberalis & Christi cultus amantissimi. Condidit ciuitatem Turolium & Russino nis, quam nunc, vt supra diximus, Russilionem vocant, & Pallaris comitatus vniuit. Cum Rege Castellæ diuturna bella magna q; gessit. In quibus victoriam consequutus ad suos reuersus principatus, Populeti monasterium ædificauit, in quo sibi sepulturam elegit, & ecclesiæ magnos redditus instituit in perpetuum. Aedificauit & alias sanctorum ædes & monasteria multa, & aliis in locis & etiam Barcinonæ.

Turolium condidit.

DE EIVS VXORE ET LIBERIS.

VXorem habuit Sānctiam Alphonsi Castellæ Imperatoris filiā. Ex qua illi filii tres nati fuerunt, & filię quoq; tres. Quorū primus nomine Petrus in Aragonum regnū et Barcinonæ comitatū mortuo patri successit. Secūdus Alphōsus, qui fuit Prouinciæ Comes. Tertio vero Ferdinādus primū Populeti Monach⁹, deinde fuit abbas Mōtis Aragonū. Filiarū prima nomine Cōstantia, fuit vxor Regis Vngarię. Quo mortuo Federico nupsit Romanorū Imperatori. Secūda Leonora, fuit vxor Comitis Tolosani. Tertia vero nomine Sanctia, nupsit filio Comitis Tolosę. Mortuus est Alphonsus Rex Aragonum in oppido Perpignano anno M. C. XCVI. Septimo Kalendas Maias. Qui fuit sepultus in monasterio Populeti.

DE PETRO ALPHONSI FILIO ARAGONVM Rege septimo, & Barcinonę Comite.

ANnum agens Petrus Alphonsi filius Rex Aragonum vigesimum, regni gubernatione susceptā, Mariā Guillelmi Montis Pesulani filiā, & Imperatoris Cōstantinopolitani neptem duxit vxorem. De qua Iacobi filii factus est pater. Fuit aūt rex in bello gerendo fortissi-

UVA. BHSC. IyR_186

mus, Qui cum Regi Caſtellanorum contra Mauros auxilium tuliſſet, in vlteriorem Hiſpaniã & in Bethicam prouinciam apud Idubedam ciuitatẽ, quę nũc Vbeda dicitur, deuictis Mauris, quorum maximus erat exercitus, inſignem victoriam reportauit.

DE EIVS PROFECTIONE ROMAM AD SVMMVM Pontificem, & eiuſdem coronatione.

HInc Romam profectus ab Innocentio tertio ſummo Põtifice coronatus eſt corona panis azymi, hoc eſt ſine fermẽto, in eccl'ia ſancti Pãcratii, quin etiã impetrauit à Põtifice, vt quãuis ipſe Romæ coronatus fuerit, eius tñ ſucceſſores in ꝑpetuum Cæſarauguſtæ coronarẽt à Tarraconis Antiſtite, quẽadmodũ priuilegio & diplomate, quod Innocẽtius illi cõceſſit, cõtinẽt. Cuius exẽplũ i monaſterio ſancti Ioannis à Pegna cuſtoditur, hoc exordio. Innocenti⁹ Epiſcop⁹ ſeruus ſeruoꝝ Dei chariſſimo in Chr̃o filio illuſtri Petro Regi Aragonũ. &c. *Corona panis azymi.*

DE ALIIS REBVS EIVS, QVAS ROMAE GESSIT.

ROmæ dum commoratus eſt, cum vxore diuortium facere conatus eſt. Sed Innocentio ſummo Pontifice non cõſentiente cũ ea vixit. Quę tamen Romæ poſt finitã litẽ Regis conſequuta coniugiũ, paucis diebus à vita diſceſſit, quę ſepulta iacet in eccleſia ſancti Petri in ſacello ſanctæ Petronillę. Renunciauit Romæ Rex etiam iura patronatus, quę ſacerdotia & beneficia, vt ante diximus, gentilicia latine dicuntur, omniũ eccleſiarũ ſui principatus. Cuius rei cauſa ſummus Pontifex Innocentius ei cõceſſit, vt ipſe & ſucceſſores eius in põtificatu vexillũ eccleſię ferrent cũ armis Aragoniç, quę ſunt crocei rubriq; coloris. Cõceſſit etiam vt omnes bullæ, quæ à Romana curia mitterent, eſſent munitę cordula prędictorum colorum. Verum enimuero nobiles Aragonũ Barcinonæq; principatus omnes de renũciatione iuris patronat⁹ quod eis & omnibus populis principatus nocitura videbat, vno ore reclamarũt, ſeq; voluntati & renũciationi Regis de iure patronat⁹ nõ aſſentiri publicis inſtructionib⁹ teſtati fuere. *Renunciauit ſacerdotia gentilicia.*

DE EIVS EXPEDITIONE CONTRA SIMONEM Comitem Montiſſortis & morte eiuſdem.

SVb idem tẽpus cum Toloſanus Comes cũ Simone Montiſſortis bellum gereret, Rex Petrus Roma diſcedens cũ exercitu contra Simonem venit. Quẽ prælio vicit, & Gallos omnes Simonis exercitus in fugam vertit. Cæterũ fugientes Gallos inſecutus, & à ſuis, qui eius curſum adæquare nõ poterãt, remot⁹ lõgeq; digreſſus, à fugiẽtibus hoſtib⁹, q eũ inter ſe quaſi ſolũ viderũt, cõuerſis circũuentus occiſus eſt. Quo mortuo Simõ filiũ quoq; eius Iacobum quẽ cõmendatione pr̃is educauerat, ſecũ retinuit. Quẽ ſæpe repetitũ ab Aragoniæ populis & magnatib⁹ liberare noluit, propterea q; Iacobus ipſe Simõ Mõtiſſortis mortẽ ſui pr̃is impune remittere iureiurãdo nolebat. Quapropter Aragoniæ Barcinonæq; principat⁹ nobiles & omnes eqtes ex cõmuni cõſilio legatos Eximinũ Cornelũ, Guillelmũ Ceruariũ, Petrũ Haonium, & tẽpli magiſtrũ Romã ad ſummũ Pontificem miſerũt. Supplicãtes, vt eorũ honori & Regis Iacobi capti ſaluti Põtifex Maximus cõſuleret. Quo iubente Simõ Aragonię & Barcinonæ principatus populis Regem ſuum, quem indigne poſt necem patris captum tenebat, liberaret, ſuiſq; reſtitueret. Quod ſi forte Simon à Pontifice iuſſus facere nollet, vnus ex Aragonum legatis apud Pontificem Simoni tanq; proditori & Pontificalis læſæ Sanctitatis reo perduellionis diem diceret. Simon autem commonitus à duobus Cardinalibus, quos ad eũ Romanus Antiſtes miſerat, ſe nullo modo liberaturũ reſpondit Iacobum Aragonũ principẽ, niſi prius Iacobus ei mortẽ ſui patris iureiurando remitteret. Hoc cũ legatis nũciatum eſſet, vn⁹ eorum nomine Petrus Haonius ad Simonem literas miſit. Quib⁹ cum proditorem appellãs ad duellum prouocabat. His literis acceptis Simon, & à Cardinalibus cõmonit⁹ Iacobũ iam liberum & incolumẽ Cardinalibus reſtituit. Quem illi Romam ad Pontificẽ & Aragoniæ le-

UVA. BHSC. IyR_186

gatos adduxerunt. Ille autem cum Summo Pontifici gratias egisset, Romę paucos dies commoratus cum legatis Barcinonam se contulit. Habuit præter hunc Iacobum Rex Petrus filiam quandam spuriam, nomine Constantiam, quæ nupsit Guillelmo Raimundo Monticatino, cui dedit nomine dotis Aitonam & alia oppida. Anno. M. CCXII.

DE IACOBO PETRI FILIO ARAGONVM REGE octauo & Comite Barcinonæ.

IAcobus autem Petri Regis filius ob res magnifice sanctę q; gestas, Iacobus Rex fortunat⁹ & fœlicis memoriæ fuit appellatus. Qui, vt nonnulli volunt, genitus fuit quasi diuinit⁹. Nā cū pater eius multarū mulierū captus amore teneretur, à Reginæ Mariæ suę coniugis, quā minus adamabat, lecto concubituq; ptinacius abstinebat. Maria vero Regina, quæ fuit morib⁹ & vita præstantissima fœmina, prolis admodum cupida, ne moriēs principatus & regna sine successoribus & legitimis hęredibus relinqueret, egit cum Regis cubiculario, vt clā pro puella, quam Rex concupiuerat, ad eum adduceretur velut puella honesta satis & verecunda, quam Rex nec agnosceret, nec alloqueretur. Cum ea igitur hac conditione suppositā Rex vna nocte concubuit, quā iam grauidam factam cum mane Rex & ante diē, ne forte cognosceretur, dimitteret, non à te, inquit illa, discedam charissime coniux, nisi nos prius in lecto coniunctos aliqui viderint, quibus in posterū si, quod vehementer opto, pepererim, tecū simul in lecto cubuisse probare possim. Tū Rex quamuis delusus, lętus tñ, Reginę suæ cōiugis industriā plurimū cōmendauit, & duob⁹ accitis nobilib⁹ actus illi⁹ noctis publice notari seruariq; iussit.

Pulchrū stratagema.

DE LOCO ET TEMPORE NATIVITATIS EIVS & qua ratione nominatus fuit Iacobus.

COncepit igitur Regina illa nocte, quæ post nonum mensem Iacobū peperit, in Montepesulano, kalendis Februariis. Anno. M. CXCVI. Quæ partura cum primum dolores sensit & se cōmisit obstetrici, multis orantibus religiosis & equitibus pro salute parturientis filium ędidit. Quo nato summa lætitia Regis, & omnium nobilium, p omnes Aragoniæ & Barcinonę principatus populos supplicationes & vbiq; res diuinę celebratę fuerunt. Infantem natum Regina statim ad ecclesiam misit, ad imaginē Marię Virginis. Cū puero multis ecclesiam ingredientibus, sacerdotes, qui matutinas horas recitabant de infantis aduentu ignari, tunc psalmū canere cœperunt, Te Deū laudamus. Hinc ad aliam ecclesiā cum infante venerūt idem qui eum deferebant, vbi sacerdotes etiā ipsis ingressis canere cœperunt, Benedictus dominus deus Israel. Tum vero in aulam reuersi cū infante Reginæ rem narrauerūt, quæ summa lętitia affecta, cum Rex Infanti nomen eligeret, duodecim cęreos albos eiusdem longitudinis ponderis & crassitudinis accendi iussit apud altare sacelli in laudem & honorem Mariæ Virginis, & duodecim Apostolorum. Quorū singula nomina singulis cæreis scripserat vouerat q; vt illius Apostoli nomen imponeret, cuius cæreus reliquis extinctis & consumptis solus diutius perduraſſet. Hac igitur ratione natus infans, Iacobus fuit appellatus, propterea q; cæreus in quo diui Iacobi nomen scriptum fuerat, reliquos virtute superauit.

Qua ratione fuit appellatus Iacobus.

DE EDVCATIONE ET DISCRIMINIbus & periculis in ea.

HOc igitur modo nominatus infans cum in ædibus paternis educaretur, magnum discrimen euasit. Eum quidem cognati, qui regnum eius affectabant, de medio tollere conati sunt. Puero nanq; in cunis dormienti supra cubiculum eius foramē instruxerunt, in quo lapidem grandiorem posuerunt, mox in caput eius casurum. Sed cadentem lapidem Deus innocentium custos, & puerorum tutor à cunis infantis auertit. Hac re comperta Rex & Regina de educando custodiēdo q; filio diligentiorem curā adhibuerunt. Quē post multas electiones demum Simoni Comiti Montisfortis, cui plurimum confidebant, alendum tradiderunt.

Cupiditas execrabilis.

UVA. BHSC. IyR_186

DE EXPEDITIONE EIVS IN INSVLAS Baleares & gestis in ea.

QVi post necē patris, de qua supra late scripsimus, à Simone Comite Montissortis Aragoniæ legatis iussu Summi Pontificis restitutus Barcinonam venit, vbi diu commoratus post susceptū regnum cum multa præclare gessisset, demum cū magna classe magnoq; numero nobilium totius Aragoniæ regni Barcinonæq; principatus in insulas Baleares traiecit. Vbi multis prelijs fortissime gestis, Maioricarū tandem ciuitatē, defessis Mauris, qui pro pugnabant, & penitus deuictis cōtinuis oppugnationib⁹, murisq; perfractis ingressus est, pridie Kalendas Februarias. Anno. M. CCXXIX. Capta autem ciuitate ex tota insula Mauris expulsis eorum bona mobilia militibus impartit⁹, cum exercitu victore in Hispaniam rediit. Et Valentiam breui tempore cœpit fugatis Mauris. Hinc adeptus est & Murciæ prouinciam vsq; ad Carthaginem nouam. Quæ bella confecit anno. M. CCXLI.

Capit urbē Maioricarū

Capit Valentiam.

DE EIVS VXORIBVS ET LIBERIS.

ADolescens adhuc puellam quandā adamauit nomine Tresiam, Ioannis Bidauræ filiā. Quam cum neq; blanditijs vllis neq; muneribus allicere potuisset, nocte quadā in domum patris ipsius puellę se contulit, ibiq; latuit. Post autem mediā noctē cunctis iam dormientibus puellæ cubiculū ingressus ad eā tandem peruenit. Quę eum in sui amorē flagrantem cognoscens dixit, se nullo modo cum illo rem habiturā, nisi fide & iureiurando cōiugium promitteret. Ille autem cū primū de coniugio recusasset, & puellæ cuncta præter nuptias pollicit⁹ esset, eamq; flectere non potuisset, amoris iam stimulis agitat⁹, viro quodam adhibito, qui eū obseruabat, Tresiam puellā Ioannis Bidauræ filiā sibi vxorē fore iuratus est. Optatis igitur potitus amoribus, ex Tresia duos filios progenuit, Petrū cui dedit castrum Ayerbæ, & Iacobum, quem fecit dominū castri Xericę & multorum locorū iuxta Valentiam. A quibus locis cognominati fuerunt, & regia sumpserunt insignia, quę maternis armis circūdauerūt. Quos etiam Rex in testamento legitimos filios nominauit in clausula quadā legati eius testamenti, q̄ sic incipit. Item filios meos Iacobū & Petrum, quos legitime suscepimus ex domina Tresia Aegidii de Bidaura, instituimus nostros hęredes in castris & villis, quæ & quas dedimus eisdē cū carta, prout in ipsis plenius continetur. Cæterū Tresia post hęc à Rege, vt nuptiæ & matrimoniū solemniter celebrarentur, efflagitante, de Regis ipsi⁹ matrimonio cū Leonora Alphō si Castellæ Regis filia legatis vltro citroq; missis, agi cœptū est. Et à multis Rex Iacobus persuasus, vt Alphonsi Castellæ Regis filiam potius habere vellet vxorē, q̄ Tresiam Ioannis Bidauræ, legatos in Castellam misit ad matrimonium conficiēdum. Quod cum intellexisset Tresia statim procuratores in Castellā misit, qui die quo spōsalia fierent, matrimoniū, quod Rex Iacobus Tresiæ fide iureiurando testibusq; cōfirmauerat, publice denunciarent. Quārem cū procuratores ex condicto iussuq; Tresię diligentissime fecissent, Rex Iacobus indignat⁹ Tresiam capere conatus est, eā, vt nōnulli opinantur, vt occideret. Illa vero sibi periculū metuēs à Rege, paruo suorum consanguineorū comitatu clā fugiens Romā se contulit. Hinc Regi literas citatorias misit, quibus eum prouocabat ad causam pacti patrimonii corā summo Pōtifice disputandam. Pontifex autem partib⁹ auditis cū Tresia sine testibus, nam miles vnus, q iureiurando Regis interfuerat, à vita discesserat, matrimonium sola probare nō potuisset, Iacobo Regi permisit, vt cum Leonora Castellæ Regis filia matrimonium contrahere posset. Quam Rex autoritate Pontificis vxorem duxit. Ex qua filium progenuit Alphonsum.

Dom⁹ Ayerbæ.

Domus Xerica.

Regi dies dicitur apud Pontificem.

DE EIVS ACCVSATIONE APVD Summum Pontificem.

CAeterum Rex Iacobus & eius vxor Leonora post confectas nuptias, & Alphonso filio iā adulto apud Pontificem Romæ nec opinantes delati fuere. Propterea q̄ consanguini-

UVA. BHSC. IyR_186

tatis gradu coniunctissimi matrimonium contrahere sine consensu Summi Pontificis non poterant. Quam ob rem legatos Rex ad Pontificem misit oratum, vt consumatum iã connubium confirmaret. Gregorius autem Summus Pontifex, quoniam Rex Iacobus & Tresiã primam coniugem deceperat, & Leonoram sibi cognatione valde proximam dolis subrepticiis vxorem duxerat, illorum matrimonium non solum confirmare noluit, sed etiam dissoluit & i perpetuum diuortium nunciauit. Alphonso tamen filio legitimo remanente. Literasq; concessit, quibus eum legitimum fecit. Quæ quidem literę sunt in forma propria sigillo plumbeo Gregorii Summi Põtificis munitæ. Quas si quis legere voluerit, inueniet in archiuario regni in domo deputationis.

Gregori⁹ Põtifex.

Diuortiũ Põtifex indixit.

DE DISCORDIA EIVS CVM ALPHONSO FILIO.

VErum enimuero facto diuortio cum Leonora coniuge iussu Pontificis, Alphonsus eiꝰ filius matris iniuriam & separationem moleste ferens, Iacobo patri, qui eam sibi cõsanguinitate coniũctam vxorẽ duxerat, bellũ intulit, totamq; fatigauit Hispaniã. Donec res inter pr̃em & filiũ, q̃stioq; mirabilis arbitrio regni cõmissa prudẽterq; discussa finẽ bellis ipposuit.

DE VLTIMA EIVS VXORE ET LIBERIS.

DEinde Rex Iacobus Alphonso filio vita defuncto, quoniam iuuenis adhuc erat, vxorẽ duxit Hiolesiam, quæ alio nomine dicebatur Ardeura, filiam Regis Vngariæ. Quę primum filium peperit nomine Petrum, qui patri fuit hæres in Aragonię regno & Valẽtiæ Barcinonęq; principatu. Post Petrum genuit Iacobum, qui successit in regno Balearitũ, id est, Maioricarum, & comitatu Russinonis & Ceritaniç, ac in monte Pesulano. Tertio partu ædidit Sanctium, qui fuit Toletanus Antistes, & prælium cõtra Mauros ingressus occubuit. Peperit etiã filias quinq;, Hisabellam, quæ nupsit Regi Gallorum, Violantã, quæ fuit Regina Castellę, Cõstantiam, quæ fuit vxor Emanuelis fratris Regis Castellę, Mariam, quæ teneris annis obiit in Daroca ciuitate, & sepulta iacet Cæsarauguste in tẽplo sancti Saluatoris. Vltimam genuit Leonoram, quæ item paruula discessit à vita, iacetq; in monasterio Bonæuallis in principatu Barcinonensi. Suscepit prẽterea Rex Iacobus ex aliis fœminis filios duos, Petrum Ferdinandum scilicet, & Ferdinandum Sanctium. Et Petro quidem dedit Ixar oppidum, à quo oppido Petrus titulum & cognomen accepit, & Regis Nauarrę filiam duxit vxorem. Cuius filii & reliqui successores armis & insignibus Aragonum, & Nauarræ cathenis & baculis vsi sunt. Ferdinando vero Sanctio dedit oppidum nomine Castrum, huius etiam successores à Castro cognominãtur, & armis vtuntur, etiam baculis cum duabus stellis.

Regis Aragoniæ filius Toletanus antistes.

Dom⁹ Ixara

Dom⁹ à Castro cognominata.

DE EIVS EXPEDITIONE CONTRA Mauros Granatenses.

NOn obmittam quod nunc mihi venit in mẽtem, Regis Iacobi magnum facinus & memorabile. Quippe q requisitus à Rege Castellæ genero suo, vt simul cũ eo bellũ Mauris Granatensibus inferret, velut inuitatus ad nuptias, expeditionem libẽtissime suscepit. Et bipartitis exercitibus Castellę Rex cum terrestribus copiis Granatam profectus, eam multis tormẽtis & telis oppugnare cœpit. Iacobus vero Rex Aragonum post aliquot dies cum magno pugnatorum numero ex littore Barcinonę classem soluẽs Almeriç, quam Mauri reædificauerãt, applicuit, & equitibus expositis in littore primum campos omnes & hortos igne ferroq; vastari iussit. Deinde ciuitatem machinis & telis terra mariq; acriter oppugnat. Tormẽtis offensi Mauri propugnantes muros ciuitatis deserunt. Christiani summotis hostibus propius accedunt. Paucis diebus muri machinis concussi lapsum ruinãq; iam significare videbant. Quod animaduertentes Mauri cum se tueri non possent, impetratis induciis ad colloquium venerũt, Regiq; Christianorum si discedere vellet ab obsidione, magnum vectigal soluendum quotannis obtulerunt. Quibus Rex Iacobus respondit, Hispanorum moris esse à ciuitate iam expugnata & victis hostibus primũ ciuitatis portas, & deinde vectigal accipere. Itaq; si prius ei por

UVA. BHSC. IyR_186

tas ciuitatis attulerint, poſtea tributum, quod offerant vltro, libenter accipiet. His verbis Regis hoſtes magis perterriti illi ciuitatis omnes portas à valuis conuulſas attulerunt. Portis igit allatis de tributo conuenerunt. Cęterum cũ Caſtellę Regis equites hoc audiuiſſent, inuidia cõ moti, propterea q̃ Rex Iacobus quindecim dierum ſpacio, nec amplius, tam magnũ facin⁹ egerat, & Rex Caſtellæ quatuor iam menſibus nihil oppugnando feciſſet, ſuo Regi perſuaſerunt victoriam & honorem Regis Aragonum Caſtellanis omnibus & eorũ Regi magno decori futurum. Quorum vocibus indignis prauis q̃ conſiliis Caſtellæ Rex impulſus pacem cum Mauris Granatenſibus & amicitiam confirmauit, & ab obſidione ciuitatis cum exercitu diſceſſit. Quibus abeuntibus Mauri Granatenſes obſidione ſoluti magnũ Almeriæ ſubſidiũ confeſtim miſerũt. Quo ſuperueniente Rex Iacobus inde diſcedere coactus eſt, ne Maurorũ ingenti multitudine circunuentus opprimeretur. Verumenimuero ſui generi cauſa de pace & amicicia, quam cũ Mauris confirmauerat, intellecta vehementer indignatus, Carthaginẽſem prouinciam, quę Caſtellæ Regis erat, cum exercitu percurrẽs pene totam vaſtauit, & Caſtellę regnum hoſtiliter ingreſſurus genero q̃ bellum acrius q̃ Mauris illatur⁹ erat, niſi cum liberis ad eum filia eius Caſtellæ Regina veniſſet. Quæ patrem filiis ad pedes eius flentibus expoſitis mitigare vix potuit. Siquidem Rex multis filiæ precibus & nepotũ lachrimis aut nihil aut parum cõmotus, Dioniſii Portugallię Regis filii ſupplicationib⁹, & Petri Cæſarauguſtani preſulis & aliorũ nobilium conſiliis perſuaſus, iræ, quam maximã cõceperat, tandẽ ceſſit, conditionibus propoſitis, vt idem præſul & Dioniſius cæteriq̃ nobiles tanq̃ iudices vtriuſq̃ Regis cauſam cognoſcerent, & totam litem cõponerent, pacem q̃ confirmarent. Quorum virorum ſententia fuit hæc, vt Rex Aragonum de Murſiæ regno, quod armis victis Mauris acquiſiuerat, ab oppido quod Caſtrũ Gualdalcanar appellatur, poſſideret vſq̃ ad Oriolam ciuitatem, partem vero reliquam Rex Caſtellæ. Qui tamen Aragonũ Regi ſocero ſuo pecunias, quas in acquiſitione illius prouinciæ conſumpſerat perſoluere teneretur. Huiuſmodi ſententia in aula Valentiæ ciuitatis reperitur in regiſtris eius ad verbum perſcripta.

Abdera portus dedit & tributum ſoluit

DE IACCENSI MONETA AB EO CONFIRMAta, & inſigni laude ciuitatis Ilerdæ.

MVltis Aragonię nobilibus at q̃ populis ſupplicãtibus Iaccenſem monetam, id eſt in Iacca ciuitate percuſſam iureiurando cõfirmauit, vt neq̃ aliis ſignis imprimi poſſet. Quæ quidem moneta Iaccæ percuſſa fuit Anno. M. C C X X X V I. Pro cuius monetæ cõfirmatione & ſtabilitate ipſi Regi datus eſt aureus nummus quolibet ſeptẽnio ſoluendus ab his quorum res familiaris valeret nũmos aureos decem. Propterea q̃ illis temporibus ſeptem ſolidos nũmus aureus valebat. Quod hac ratione factum eſt, quia ante q̃ huiuſmodi monetę confirmatio fieret, Reges omnes monetam facere conſueuerant, quorum vnus quiſq̃ ſuo ſigno monetam percutiebat. Quapropter moneta nunc illa Iaccẽſis diuerſis temporibus excuſa multiplex & formata variis impreſſionib⁹ inuenit. Ideoq̃ Rex Iacobus in Aragonia, Barcinonæ, & Valentia monetas excludi iuſſit figuris & titulis differentes. Quas in aureis, argẽteis & ęreis nũmis cernere licet. Cæterum Valentia ſuæ monetę ſignum tanq̃ munus accepit ab Ilerda ciuitate. Nam cũ Rex Iacobus Valentiã Mauris plenam propugnatoribus obſideret, conuocatis ducibus & cuiuſq̃ ciuitatis præfectis, conſtituit cunctis aſſentientibus, vt quæ ciuitas primum Valentiæ muros oppugnando prorumperet, & ciuitatem ingrederetur, ea in ſuę virtutis & honoris memoriam Valentiæ colonias mitteret, & pondera, menſuras, & monetæ ſignum conferret. Cum igitur Ilerdæ ciues acriter oppugnantes primum Valentiæ muros diruiſſent expugnatam ciuitatem, Mauris fugatis & occiſis ingreſſi ſumma lætitia geſtiẽtes ei, prout Rex imperauerat, cultores adoleſcentes numero mille totidem q̃ puellas virgines tradiderunt, & cum menſuris & ponderibus florem lilii vnum, quo monetam inſignirent. Nam prius Ilerda quatuor in ſuis armis & inſignibus lilii floribus vtebatur, nunc vero trib⁹

Laus Ilerdæ.

UVA. BHSC. IyR_186

dumtaxat. Quamobrem Valentia gratissima ciuitas in literis, quas ad Ilerdam scribit, eam matrem semper appellat, & in magnis rebus non secus ac parentem charissimam consulit, & Ilerda Valentiam filiam vocat. Cuius commodis & honoribus diligenter incumbit.

Ilerda Valentiæ mater.

DE LIBERALITATE EIVS ERGA MILITES.

ANimi magnitudine munificentiæ splendore cunctos sui temporis principes superauit. Quippequi Maioricarum ciuitate capta, Maurorum bona & prædas omnes militibus diuisit. Inde i Hispaniam reuersus cum Valentiam ciuitatē & eius prouinciam armis cœpisset, præter prędas & magna dona, quæ præcipuis equitibus distribuit, trecentis etiam militibus census equestres & magnos fundos dedit in perpetuum. Et Regi Castellæ genero suo magnā Carthaginensis prouinciæ partē, á qua Mauros fugauerat, spōte reliquit.

DE LOCO ET TEMPORE MORTIS EIVS.

CVm esset Rex Iacobus Xatiuæ multis defatigatus laboribus, & senio iam confectus profluuio ventris & febre vexatus in lecto decubuit. Sed egrotans in Algeziram è Xatiua lectica delatus est, vt hinc ad Petrum filium, quem apud Xatiuam cum exercitu reliquerat, ciabaria & res alias ad belli vsum necessarias mitteret. Cæterum hic vehemētiori febre morboq; grauat⁹ se moriturū penè cognouit. Ideoq; vir CHRISTIANISSIMVS, omnibus negociis & humanis rebus omissis, animæ statim prudentissime consuluit. Accito enim patri no sacerdoti magna contritione confessus omnia ecclesiæ sacramēta deuotissime recepit. Postero autem die non minori diligentia testamentum condidit. In quo Petrū filiū natu maiorē in regno Aragonū, Valentiæ, & Comitatu Barcinonæ reliquit hæredem. Et Iacobū filiū minorem instituit in regno Maioricarū, Russinonis, Ceritaniæ, & Mōtis Pesulani. Hoc modo testamento celebrato Petrū filiū ab exercitu vocari & ad se venire iussit, cui coram multis nobilibus cum ea, quæ testamento scripta fuerant, recitasset, primum dei cultū & res omnes diuinas, & deinde fratrē Iacobū, & omnes equites, domesticos familiares, & populos diligentissime cōmendauit. Petrus autem genibus flexis patris manus & pedes osculatus, ei⁹ omnia iussa libentissime se facturū respondit. His rebus confectis, Rex, vt qui rebus humanis omnino renunciat, sibi Cistercienſis ordinis habitum induit, & de Rege se monachum & religiosum fecit. Atq; Deo seruire maxime cupiens Populetum proficisci statuit, ibiq; permanere. Cæterū cum ex Algezira Valentiam delatus esset, ibi grauius egrotās vitam finiuit, Anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto. Octauo Idus Augusti, & ætatis suæ Anno septuagesimo secundo. Qui nunc iacet in monasterio Populeti.

LIBER VNDECIMVS

DE PETRO IACOBI FILIO ARAGONVM REGE nono, & Barcinonæ Comite, qui post Manfredum socerum Siciliæ regno successit.

PETRVS Iacobi Regis filius adhuc viuente nec non inuito patre, Cōstantiam Manfredi Regis vtriusq; Siciliæ filiam duxit vxorem. Quēquidem Manfredum Carolus regis Gallorū frater Sicilię regni, quod impheudum á summo Pontifice obtinuerat, cupiditate capt⁹, de medio tollere cum sępius cogitasset, eum tandem occultas molit⁹ insidias aggredi statuit. Nā cū primum regni Neapolis omnes ferè nobiles magnis muneribus & multis largitionibus maiora q; dona pollicit⁹, vt á Rege suo Manfredo deficerent, subornasset, deinde cum magnis copiis in Italiam venit Neapolim versus profecturus. Cui Manfredus equitum suorum pro-

UVA. BHSC. IyR_186

ditionis ignarus obuiam ire non dubitauit. Comitatus igitur hostibus domesticis & familiaribus aduersus Carolum proficiscitur. Sed erat ei pręterea aliud non minus incommodū, propterea q vbiq; per Italiam ferè totam timebatur, & præcipue Romanis & Florentinis formidolosus erat. Quibus magna damna & multas iniurias intulerat. Nam cum Carolo magnis copiis Romam peruenisset, Florentini, vt in historia Florentiæ scribit Leonardus Aretinus, & alii plures scriptores meminerunt, hæc ab initio prospicientes per aduersas factiones domo eiecti, magnam in spem venerant in sua redeundi. Itaq; studio & diligentia pręueniendum rati p legatos ad Clementem quartum summum Romanę sedis Antistitem missos, & operam suam contra Manfredum polliciti sunt &, vt eos nouo Regi commẽdatos faceret, postulauerũt. Per cunctanti Clementi de eorum viribus & statu, hæc fermè referuntur. Viros esse militares grãdi numero, armis, equis affatim structos, hos clientum magnam item sequi manum. Seniorũ præterea ac eorum, qui in bello gerẽdo minus apti viderẽtur, magnum numerum supereſſe. Hanc totam multitudinem vrbibus Etrurię à Manfredo fuisq;, q aduersa sectarẽt, expulsam in exilio ipso nomen & gloriam sibi per arma uirtutem q; peperisse. Iam vero in Gallia horũ opera non stetisse solum Romanę sedis fautores, verumetiam depulsis aduersariis superiores esse. Pontifex excellentiam virorum admiratus, magnum q; eius belli momentum in eorum fiducia reponens, oblationem grato se recipere animo, & sibi cõmendationem curæ fore respõdit. Cohortatus deinde ad persecutionem virtutis, vt eos sibi partibusq; suis magis coniungeret, insigne suę gentis proprium illis ferendũ perpetuo donauit. Ea est imago rubẽtis Aquilæ cęruleum draconem vnguibus prementis. Id tunc insigne de Pontifice susceptũ exules habuerunt. Tunc igitur & sua ipsi sponte, & Pontificis hortatu egregie se præparantes, Guidonem, cui cognomento Guerra fuit, virum consilio manuq; præstantem, sibi ducem præfecerũt. At vbi primum Regis copias appropinquare cognitum est, obuiam illi in agro Mantuano profecti, Gallos in admirationẽ sui decoris cõuerterunt. Ornati siquidẽ armis equisq; & cæteris, q bus militares insigniuntur viri, etiã inter Gallos valde conspicui erant. Susceptí ergo benigne à præfectis Regis, & vnà iter facere rogati, q Etruria validis aduersariorum præsidiis tenebatur, & simul q in ea implicari bello haudquaq; Galli volebant, per Flamminiam atq; Vmbriam Romam petiere. Gratissimus fuit Carolo Etruscorum aduentus, vtpote qui primi ex Italicis sese illi coniunxerant. Et accedebat Pontificis cõmẽdatio grauis, & ducum, qui cũ illis iter fecerant, fidei simul virtutisq; testimonium. Itaq; benigne eos allocutus Rex amplissimis verbis gratias egit, q suos per ignota loca & impacatas regiones iter facientes egregia virtute industriaq; adiuuarint. Enimuero magna à se pmia expectare eos debere, modo si fœlicitas adsit, quam pietas & iusticia & profecto suæ vires & amicorum certissimam pollicẽtur. Seq; domo animatum venisse, vt nomine duntaxat regio contentus esse velit. Cęterum ac victoriæ pmia his, qui secum militauerint, partiturum. His itaq; huiusmodi verbis cum tãdem finẽ Rex fecisset, Guido, quem sibi præfecisse Etruscos diximus, in hunc modum locutus est.

Leonardus Aretinus.

Insignia quæ Pontifex exulibus dedit.

ORATIO GVIDONIS AD CAROLVM pro Florentinis.

ETsi nostrum erat ô Rex inclyte tibi potius gratias agere, q; te nobis, tuam tamen & humanitatem libenter agnouimus, & eam cum fortitudine cęterarum q; virtutum tuarum cumulo adiunctam esse magnopere gaudemus. Nos quidem sæuitia Manfredi patriis pulsi sedibus, non quantus ardor est exhibere modum possumus. Et hæc ipsa quæ restãt corpora & lacertos præstare magis cum tempus poscet, q; nunc intempestiue ostentare iuuabat. Tibi autem gratias agere & habere nos conuenit, q vagis errantibusq; tanq; salutare sydus cœlitus nobis effulgens, viam ac spem remeandi domum, quam primo non cernebamus, apparuisti. Tua enim summa virtus stragem hostium, ac per eorum ruinã, reditum nobis in patriam certissimum pollicetur. Pro te igitur ne dum q pauçorum dierum iter duces tuos prosecuti qualeſ-

UVA. BHSC. IyR_186

cunq; operas impendimus, sed ne cū in vulnera quidem ac ferrum ruerim⁹, satisfeciſſe tibi ac tuis in nos meritis exiſtimabimus. Atqui duæ, vti nos putamus, res ad fidem belli plurimum valent, commune hoſtis odium, & expetita victoriæ præmia, vtrinq; accommoda. Hæc duo Florentinis cæteriſq; Tuſcis, qui tua ſigna in hoc bello ſecuturi ſunt, conuenire videmus. Nec enim fuit, nec eſſe debuit aduerſus vllum vnq; maius & ardenti⁹ odiū, q; nobis eſt in Manfredum. Quippe qui non ſolū has recentes, quas nuper ab eo perpeſſi ſumus clades, ſed dānatā inuſam q; ſtirpē & patris & aui & proaui iniurias in filio proſequemur. Hæc enim ſceleſta nephanda q; familia ab extrema Germanorum barbarie exurgens, fortunatos tranquilloſq; per idē tempus Etruriæ populos ad vulnera ac ſanguinē & vrbiū vaſtitatem ꝓpulit, nec vllas iam multos annos calamitates vidimus, quarū hic non fuerit ſemen & cauſa. Verū hæc cōmunia mala & ab vtra q; factione, ſi modo penitus nō deſipiāt, pariter deplorāda. Illud ꝓpriū noſtrarum partium, quod nunq; Pontifices Romanos hæc familia ꝓſecuta eſt, quin nobis quoq;, q eadē ſectabamur, fuerint ab eiſdē perſecutoribus clades inflictę. Federicus huius ꝓauus, q Sueuorum nomē Romani principis falſo indutus eſt, q; nepharia molitus ſit nō ignorare te credimus. Senſit Italia nō Romanū Imperatorē, quem ille falſo ſe mentiebatur, ſed nouū Hanniballem aduentaſſe, qui cū Mediolanum vrbē inclytam, ac maximū Romani imperii ornamentū hoſtis & barbarus euertiſſet, exparſit per Etruriā venenata malorū ſemina, cū ciuili diſſidio ꝑ ſingulas vrbes facto malos foueret, bonos perſequeretur. Secutus eſt huius acerbitatē Henricus filius eius, q ad ſcelus paternū ſummam ipſe ingratitudinē addidit, poſt regni munus liberaliſſimū ꝓſecutor acerrimus factus. Succeſſit in hæreditatē ſceleruū alter Federicus huius Manfredi pater. Is quid aduerſus Pontifices molitus ſit, memorare quid attinet? Narrant enim & narrabunt quādiu memoria hominum fuerit, concilia aduerſus illius veſaniam Lugduni celebrata, cum Pontifex Italia profugus vix vltra flumen Rodani tutum ad dānandum huius pfidiam locū inuenerit. Hæc tibi nota ſunt Rex, & cū tuæ domus laude cōiuncta. Sed qd aduerſus noſtrarum partiū homines putas illā ſæuitiā per hęc ipſa tēpora ædidiſſe? Cū quanto magis irritaretur, tanto aduerſus Pontificis fautores illi rabies atrocius inſaniret. Pulſi tūc vrbib⁹ noſtri exularunt. Caſtellis & arcibus, quibus ſe receperāt, obſeſſi ſunt. Qui vel fortuna aliqua belli, vel longa obſidione in eius manu peruenerunt, barbarā illius crudelitatem experti, ꝓ varia & inaudita ſupplicia vitā amiſere. Sunt multi in hoc cetu, quem vides, quorū ille parentes aut fratres aut agnatos necarit, qui nunc arma tecum ferentes eadē illa ſupplicia in filio deposcunt. Affulſerat tandem poſt huius mortem parumper fortuna, nobis reſtitutis patriā Manfredus iterum diſſipauit. Itaq; illud ſatis certum exploratum q; eſt, nos nunq; quietem habituros, niſi hæc familia funditus deleatur. Quare & veteri odio & preſentis ſpe quietis ita nos ardere in Manfredū puta, vt omnis acceleratio ad eius perniciem ſegnis ac tarda nobis videatur. Solet vero nonnunq; mentes hominū ſollicitas reddere præmiorum ſuſpicio, quotiens is, q plus poteſt, ſine graui iactura exoluere promiſſa non valet. Abſunt hæc à deſiderio præmiorū noſtrorū. Nos enim ea ſequimur præmia, quę nihil cōmoditati, nihil potentiæ tuæ detractura ſunt, ſed vim ac robur allatura. Nō enim agri, neq; urbes hoſtiū bello captę, ſed reditus in patriam nobis prēmium ſit. Sic autem ſtatuimus, & tua in regno potentia nos in Etruria ſeruabit, & ipſe velut murū habebis ad vim, ſi qua vnq; regno tuo immineat, ab ea parte ꝓpulſandam. Sūma igit̄ erga te fide hos fore homines ꝓſuade, quos et cōmune hoſtis odiū, et cōmunis vtilitas tibi cōiungit. Illud vero tāq; ſummū addidiſſe volumus, vt tāti finito bello nos feceris, quantū in ipſo bello ꝓmereri cōſpexeris, deuotos certe & addictos tibi vtrūq; habebis.

DE PRAELIO GESTO INTER CAROLVM ET Manfredum apud Beneuentum.

HAc oratione magis Florentinorū volūtate perſpecta, Carolus multo maiori fiducia cū Gallicis & Etruſcorū copiis Neapoli verſus cōtendit. At Māfred⁹ cōtractis vndiq; co-

UVA. BHSC. IyR_186

piis apud Samnium ſtatuit hoſtibus occurrere. Quod vbi Carolus intellexit, ipſe quoq; Samnium petit, ac demum iuxta Beneuentum vterq; conſtitit. Hic primus inſtructas copias in aciem Carolus eduxit. Nec detrectauit pugnam Manfredus. Sed eductis in aciem copiis fortunæ ſe offerēs ſignum prælio tuba dari iuſſit. Concurſum eſt acriter vtrinq;, pugnaq; diu fuit anceps, Germanis pro Manfredo, Gallis & Tuſcis, pro Carolo enixe dimicantibus. Nec milites ſolum, ſed & Reges ipſi cominus pugnātes plurima ea die diſcrimina pro victoria ſubiere. Poſt longum certamen Caroli fortuna fœlicior. Siquidem profligatis Germanis Manfredus acerrime pugnans occiditur. Quo prælio præter magnam vtriuſq; factionis cędem, multi quoq; nobiles & ignobiles capti in manus victoris deuenerunt.

Rex Manfredꝰ occiditur.

DE CONRADINI IMPERATORIS ADVENtu in Italiam contra Carolum.

ANno vero ſequenti cum Carolus in Etruria ciuitates quæ Federicum & Manfredum ſecutę fuerant, præter Senenſes & Piſanos ad ſe traduxiſſet & domitare conaretur, Conradinus in Italiam Tridentum q; iam peruenisſe nunciatur, & in vrbe Roma ac Sicilia magni motus afferuntur. Quarum rerum cauſa fuit hæc. Hiſpani viri duo regii generis erāt. Henrricus & Federicus. Hi aduerſus fratrem regnum in Hiſpania gubernantē infenſi tandem patria extorres exularunt. Collectaq; virorum manu, quando ſe contra fratrem nil proficere poſſe exiſtimabant, in Affricam tranſgreſſi Tunete apud Regem longo tēpore meruerunt. Ibi præda ſimul & ſtipendiis ditati, cum de cōmunibus tandem fortunis cōſultarēt, placuit vt Henrricus, qui maior natu erat, cū omni pecunia & cætera gaza Italiam traiiceret, Sardiniæ regnū à Pōtifice Maximo petiturus. Delatus igitur é Carthaginis portu, cum ex conſilio Italiā Pōtificemq; adiiſſet, fautore vtitur Carolo qui nuper victo Manfredo magna apud Pontificem gratia prævalebat. Et erāt ſanè Henrricus & fratres eius arctiſſimo cōſanguinitatis gradu materna ſtirpe Carolo coniuncti. Quamobrem & neceſſitudinis iure, & procurationis beneficio inductus petenti Carolo magnam pecuniæ vim Henrricus mutuat. Sed dum Pontifex de regno deliberat, & Caroli gratia concedere parat, ortis in vrbe Roma ſeditionibus, ciuibusq; ad arma ruentibus, ad ſedandas eas tempeſtates à Romanis Henrricus expoſcitur, ac ex Viterbio, vbi tunc Pontifex erat, Romam vocatur. Senatuſq; poteſtas volēte populo illi tribuitur. Pacata itaq; vrbe, cum veluti dominatum iure partum nullo Pontificis reſpectu exerceret, ac maiora quędam moliri videretur, Pontifici ſimul & Carolo in ſuſpicionem venit. Ob id intermiſſum Sardinię negocium eſt à Pontifice, & Carolus repetenti mox pecunias, ne maiores ad nocendum facultates illi adeſſent, bono conſilio haudquaq; reddebat. Cœperat Henrricꝰ iam inde ab initio contrariam Pontifici Caroloq; factionem magis fouere, vtramq; tamen intra vrbem æquitatis ſimulatione continebat. Vt vero ſuſpicionē Pontificis aduertit, alienꝰ ſubito factus, Piſanos ac Senenſes cæteroſq; huius factionis homines occulte ſollicitare cœpit. Ad Conradinum item mittere fauorem ſuum fratriſq;, ac Romanam vrbem, ſi aduenerit, polliceri. Itaq; ad Federicum Conradus Capitius Neapolitanus tunc exul regni cū vna Piſanorum naui miſſus eſt, literas ferens ab Henrrico fratre, vt cunctis poſthabitis, ex Affrica in Siciliam ad res innouandas traiiceret. A Cōradino etiam frequentes ad Siciliæ populos & paternos amicos literas Regio nomine ſcriptas detulit. Maturata igitur re Federicus, & Capitius in Siciliam tranſeunt, ducentos milites Hiſpani generis, totidem Germanos, Tuſcos vero quadringentos ſecum traduxere. Vbi ſpargendis Conradini literis & maioribus q; attulerant profitendis breui admodum tēpore Siciliam fere totam, præter Siracuſas, Meſſanā, & Panormum ad defectionem cōpulerunt. Et ſimul Romæ dum de Siciliæ motu auditum eſt Henrricus nō vltra cunctandum ratus, viros ampliſſimos principes ciuitatis, qui Guelfarum partiū erant, ad ſe in Capitoliū euocatos armatorum corona circundat. Ex his Nepolionem & Matthęum Vrſinos homines gratia ſumma q; nobilitate confeſtim ne quis motus in vrbe ſuſcite

Henrricꝰ & Federicus fratres Hiſpani.

UVA. BHSC. IyR_186

tur, extra vrbem captiuos delegat. Ioannem vero & Lucã Sabellos in capitolii carcere asseruat. Diuersæ autem factionis hominibus veniam impunitatem q̃ promittit. Ita repente mutatis rebus eodem pene tempore de Conradini aduẽtu, ac de Romanæ vrbis motu, Siciliæq̃ defectu, Carolus certior factus ancipitiq̃ perculsus malo Senensium Pisanorũq̃ curam omittere, ac velut ad domesticum extinguendum incendiũ properare coactꝰ est. Relicta igitur parte equitatus in Etruria, ne Conradino veniente ciuitates, quę in fide eius erant, præsidio vacuę forent, reliquæ omnes copię á Carolo contrahũt, & per Brutios & Lucanos itemq̃ per Siciliam ad inhibendas defectiones præsidia summittuntur. Per idem ferè tempus Pisani quatuor & viginti naues longas ad populandam maritimam oram sollicitãdasq̃ ciuitates aduersus Carolum dimisere. Edictumq̃ erat, vt cum littus Italiæ satis lustrassent, exulesq̃, magna illorum vis ea in classe vehebatur, suis locis exposuissent, ĩ Sicilia ad Federicum & Capitium peruaderent auxilio partium, si quid expediret futuræ. Conradinum in Italiam venientem supra decẽ Germanorum milia vsq̃ Tridentum prosecuta sunt. Inde seu pecuniarum inopia, seu quod satis virium sibi afferre in Italiam propter studia partium existimabat, ad tria milia delectorũ equitum retentis, cęteram multitudinem domũ remisit. Ipse Tridento profectus secus Athesim fluuium Veronam peruenit. Inde ad dexteram flectens in Ligures duxit. Nam recto quidem itinere haud quaq̃ petere Etruriam tã exiguis copiis ausus est, Bononiensibus, Reginis, Mutinensibus & aliis quibusdam ciuitatibus cũ Pontifice Carolo q̃ sentientibus, populisq̃ Etruriæ Appennini iuga obsidere paratis & transitu Germanos arcere. Quare Ligures petẽs cum ad littus inferi maris descendisset, ipse quidem cum paucis mari delatus, copiæ vero per Lunensem agrum pedestri itinere Pisas venere, Paucis hic dieb⁹ ad quietem assumptis, cum Pisanis ac cæteris suæ factionis, qui ad eum ex omni Etruria quantũ ad neminem vnq̃ gratulabundi gratia conuenerãt, Lucensium ingreditur fines. Erant Lucæ Caroli equites, quos in Etruria hoc ipsum supra ostendimus, á Carolo dimissos. Et præterea Florentinorum cætera tumq̃ ciuitatum ingentes equitum peditumq̃ copię.

Malum commune

DE PRAELIO GESTO AB EQVITIBVS Conradini aduersus exercitus Caroli.

HI omnes obuiam hostibus egressi ad duo fere passuum milia quasi pugnaturi constiterunt. At Germani & cæteri qui cum Conradino erant, aduersam aciem intuentes, se ad pugnam compararunt. Flumen é proxima fluens palude acies dirimebat. Hęc dum vtriq̃ vt alteri prius transeant expectant, spacio diei frustra consumpto, cũ nihil aliud quam sese inuicẽ conspexissent, irrita mora demum abscessere. Conradinus haud multo post Pisis mouens per Florentinum agrum Bonicium peruenit, pauciq̃ diebus circa ea loca moratus, cum omnibus copiis Senas cotendit. At equitibus Caroli, quos præsidiis causa relictos in Etruria diximus, hoc propositum erat, vt æquis fere itineribus cum hoste per amica vadentes oppida suis facerent animos, & hostes á populationibus cohiberent. Itaq̃, vt Senas peruenisse Conradinum intellexere, ex Florentino agro Aretiam, nã ea tunc ciuitas in Caroli partibus fidissima erat, transire pergunt. Cũq̃ Varicum peruenissent, Florentinorum equitatu comitante, prę fectus Caroli quasi in se satis virium esset dimissis Florentinis equitibus & offerentium vltra p sequi repudiata opera, cum suis Aretiũ versus ire perrexit. At hostes id futurum suspicati ducibus Florentinis exulibus decẽ fere passuum milibus ab Aretio insidias locant. Iter est perangustum inter sinistros montes & Arni ripas, varioq̃ cõnexu vallũ, aptissima insidiis loca. Eó cum Caroli equites neq̃ explorato neq̃ satis composito agmine descendissent, Conradini equites repente signo dato á fronte & á tergo simul inuadũt. Occupatur pons á Germanis, & quod facile erat transitu arcentur, alii simul terga premũt, alii desuper tela conuoluũt, ita in medio circunuenti cum nusq̃ prorumprre valerent, nec vllus ad ostentãdum virtutem locus ad esset, breui opprimũtur. Toto ex equitatu Caroli parua admodum pars, quæ ante detectas in

UVA. BHSC. IyR_186

fidias pontem transierat, euasit. Reliqui omnes aut in eo loco cæsi sunt, aut captiui Senas adducti. Hanc victoriam Conradinus magnificentius extollendo cũ id late fama literisq; vulgasset, multos mortales quasi quodam futuri euentus præsagio à Caroli fauore ad se deflexit. Cæterum neq; imminens Conradini terror, nec oppressio copiarum Caroli aliquas Etruriæ ciuitates à fide eius auertit, quando etiam Aretini ipsi, quorum in oculis penè facta est cædes & profligatio, in partibus Caroli constantissime perseuerarũt. Inter hęc Pisanorum naues quatuor & viginti, quas dimissas supra demonstrauimus, omnia circa Gaietam & aliquam maritimã oram populatæ, cum multis in locis exules, vt commodum erat, exposuissent, multa q; ad rebellionem concitassent, tandem in Siciliam nauigarunt.

DE CONRADINI IMPERATORIS ADVENTV IN VRBEM.

PAucos dies Conradinus Senis cõmoratus, inde mouẽs exercitũ p Viterbiẽsem agrum, vbi tũc erat Põtifex, Romã puenit. Ad quẽ præmiserat Põtifex eũ monẽs graui cẽsura, ne Siciliæ regnũ, quod ad Romanã spectaret sedẽ, ne ve Carolũ ab eadem sede Regẽ appellatũ impeteret. Satis superq; esse, quod Romani Pontifices pro sua benificentia nup à maioribus eius ingratissime perpessi essent. In ipsum tandẽ Pontificis mãdata spernentẽ latæ erant censuręs. Quas adolescens sublimi animo vsq; adeo cõtempsit, vt ante Pontificis oculos exercitum ducere, & hostilia cuncta ostẽtare nõ dubitarit. Et cũ multi trepidarent tenentiũ partẽ ecclesię propter magnã multitudinem eũ sequentiũ, ipse Põtifex vir sanctus orationib⁹ & ieuniis deditus cõstans & intrepidus ait. Nõ oportet timere, qa omnis conatus eius vt fumus euanescet. Romæ appropinquantẽ popul⁹ Romanus armatus obuiã pgressus, omniũ ordinũ gratulatione, imperatoria transuectũ põpa in Capitoliũ perduxit. Ibi cũ non modo principes, verum etiam omnes cuiusq; generis studiis partiũ incensi ex Etruria, Vmbria, & reliqua Italia cõuenissent, paratis omnib⁹, q̃ ad bellũ necessaria erãt, quod p Cassinũ aditus ĩ regnũ Caroli præsidio teneri nũciabatur, p Tiburtinũ Albanũq; agrũ regni fines ingressus est. Quo cũ veniebat Henricus Hispanus cum haud contẽnenda manu, magnoq; militũ numero mercede cõductorũ. Carolus vero & apud Messanã, q̃ p id tẽpus mari terraq; oppugnabatur, & per maritimã regni orã multis locis copias necessario dispersérat. In Etruriaq; partẽ miserat equitatus. Magna tamẽ animi fiducia his, quas habebat, copiis ad hostẽ ductus, nõ pcul ab eo castrametatus est. Ibi cum multitudinẽ ac robur hostiũ viresq; examinaret suas, artis & ingenii op⁹ fore statuit. Nã aperto qdem certamine nõ supare, sed nec hosti qdẽ se resistere posse confidebat. Consilio ad eã rẽ vsus dicitur Nardi cuiusdã senis, cuius hortatu Carolus ex omni suorum exercitu octingentos eqtes delectos, inscitis hostibus, pximo sub colle continuit, reliquã vero multitudinẽ ĩ planiciẽ dimisit, præfecto quodã ex suis regio ornatu, sic vt Rex ille crederetur, ipse non longe ab his, quos post collẽ reseruauerat, paulo supiori de loco pugnã spectaturus cõstitit. Conradini duces cum acies instruerẽtur, Ligures, Tuscos & Hispanos in frõte collocarũt, Germanos circa signa in subsidiis posuerunt. Vt ergo pugnari cœptum est, Tusci, Hispani, & Ligures ingẽti ardore Caroli turmas aggressi magnã stragẽ ædiderunt. Nec lõgo tẽpore impetus eoꝝ sustineri potuit. Sed postq; antesignanis reiectis vẽtum est ad intima Caroli agmina & p̃fectus Regis ornatus insignibus ad terrã prostratus est, clamãtib⁹ cunctis Carolum esse captum. Germani quoq; & hi, qui in subsidio erant, ne expertes victoriæ forent, sese pugnæ admiscuerunt. Ita profligatis hostibus victor quoq; insequendo propellẽdoq; dissipatur. Nullum iã in cãpis agmẽ, nullum in subsidiis robur mãserat. Vagus miles & prædæ intẽtus quasi victor certissimus exultabat. Maxima pars fugiẽtis insecuta sese longe à conspectu abstulerat. Tunc repẽte Carolus circumducta delectorum acie in campum descẽdit. Stricto ipse ac denso agmine sparsos inuadit, multis subita vi oppressis, aut in fugã versis in ipsa signa Conradini fertur, ac vno momẽto dissipat. Conradinus ceu miraculo attonit⁹, cum è victore victꝰ inopi-

UVA. BHSC. IyR_186

nato factus esset, cum paucis inde comitibus fugit. Carolus suos ab insequendo continuit, sed densum cõglobatum q̃ tenẽs agmẽ, redeũtes ab infectatione suorũ hostes integer fessos & in cõpositos structus excipiebat. Per hũc modũ oppressis hostibus victoria potitus est Carol⁹.

DE CONRADINI FVGA ET EIVSDEM CAEDE.

COnradinus Romam peruenit, & à Guidone Feretrano, quem proficiscens ad bellũ Romæ in præsidio reliquerat, exceptus est. Populus quoq; Romanus eum recepit nõ inuit⁹ insciis adhuc plebe cladium receptarũ. Sed mox aduentantib⁹ Romanis ciuibus, qui ab Henrico nuper pulsi cũ Carolo in pugna fuerant, ducibus Vrsinis & Sabellis ciuibus cõfestim fuit in armis. Quã ob rem metuens Conradinus vrbe relicta Haustauram incognitus petiit, vt inde Pisas nauigaret. Sed circũ ea captus loca Carolo dedit. Nec multo post Neapolim duct⁹, securi percussus est. Quo etiã genere mortis simul cũ eo perierũt Dux Ascurię, & Gerard⁹ Pisanus. Henricus vero Hispanus in agro Reatino, quo fugerat, captus & Carolo traditus iure q̃ dam cõsanguinitatis & pactione eius qui tradiderat vitã redemit, perpetua tamen captiuitate damnatam. Post hæc in Sicilia cæteri q̃ regni locis omnia in Caroli potestatem rediere.

Conradinus Imperator occiditur.

DE SICVLORVM DEFECTIONE ADVERsus Gallos, & aliis rebus.

SVb cuius imperio durissimo Sicilię populi multa mala damna q̃ sustulerũt, sed breui tẽpore. Nã post Manfredi & Conradini cædẽ, vt scribit Leonardus Aretinus, cũ Siciliæ ciuitates, quæ rebellauerant, in Caroli potestatem redissent, p̃fecti ad eas gubernãdas viri Gallici ferocesq̃ natura ac superbi, innumeras Siculis clades inferebãt. Tanta q̃ erat gubernatorũ petulantia, tãta barbaricæ gentis immanitas, vt non iã liberorũ hominũ, sed mancipiorũ loco Siculi omnes haberẽt. Pro leuissimis rebus ac sæpe pro verbo liberius emisso, supplicia aderant crudelissima. Delatorũ plenæ erãt vrbes, laquei & secures in leuissimis habebãtur pœnis. Ad hęc rapacitas & auaricia Gallorum inexhausta & auri cupido insatiabilis nocẽtes pariter et innocentes peruadebant. Nec vllus rapinarum erat modus. Diuitiæ pro crimine læsæ Maiestatis habebantur, vt quisquis ampliss̃imo erat patrimonio, ita in periculũ acerrime vocabatur. Id hominum genus rebellionis autor fuisse, id maledixisse Regi, id Manfredi, vel Conradini imaginẽ domi habuisse accusabatur. Fortunarũ iacturæ iam in cõsuetudinẽ venerant, optabiles quidẽ, modo supplicia & excarnificationes cessarent. His accedebant libidines non maioꝝ modo, verũetiam ministrorũ in vxores & filias Siculorum sine vllo respectu & verecũdia, vt cuiq̃ placitum fuerat. Hanc durissimã seruitutem et immanitatẽ aliquot annos perpessę ciuitates, tandẽ superante patientiam magnitudine iniuriarũ in furorem vertuntur. Initiũ autem rerum nouarum à Panormitanis est factũ. Hi enim extra vrbẽ festũ agentes, ad locũ ꝓpinquũ, qui Mons regalis dicitur, & à Panormo distat passuũ milia ferẽ tria, in festis Paschalib⁹ resurrectionis ibãt plurimi utriusq̃ sex⁹ & cuiuscũq̃ cõditionis, tã Panormi ciues, q̃ Galli, q ciuitatis gubernationẽ & magistrat⁹ exercebãt. Cũ ergo à Gallis cõ ꝓfectis arma explorarent Siculorũ, & eo p̃textu mulierũ sinus & mãmillas obtrectarẽt, cõcitata ob eã feritatem seditione, Gallos lapidibus primo, mox armis psecuti omnes interfecerũt. Qui in vrbem reuersi in reliquos Gallos impetu magno irruẽtes ad vnum occiderũt. Rumor deinde Panormo in alias ciuitates delatus, eodem exemplo ad arma & cędes populos excitauit. Ita per totam Siciliam trucidati, cum ardor eorum petulantia proprio sanguine extinctus esset, non solum diuitias male coaceruatas, sed corpora insuper Siculis reliquere.

Imperiũ sine ratione durabile non est.

Magnum decus.

Gallorũ strages in Sicilia.

DE CAROLI PROFECTIONE IN SICILIAM ET ALIIS REBVS.

HOc tempore Carolus erat in Etruria, qui Siculorum audita defectione, cum Florẽtinos & alias ciuitates rogasset, vt ei auxilia submitterent, suis comitatus copiis in regnũ magnis itis

UVA. BHSC. IyR_186

gnis itineribus contendit. Regiumq; profectus, qua perbreuis est in Siciliam traiectus, cōstitit. Hic dum copię, quas expectabat, conuenirent, quæ necessaria erant ad transitum parat. At qui perdifficilis erat in Siciliam transitus, propterea q; omnes ferè naues eius in Siciliæ portubus & naualibus asseruabantur, q̄ tunc Siculi cūcta tenebant. Itaq; contractis prius ex omni Italiæ ora maritima nauibus, Messanam, quæ proxima erat, traductis copiis obsidere cœpit. Vehemens huius vrbis oppugnatio fuit, nec remissior sanè eorum, qui obsidebantur, in resistendo audacia. Nam & Carol⁹ in hac vna vrbe, quam primo circumsteterat, iudicium de se fieri apud alios Siciliæ populos haud falso existimabat, vt res in ea successisset, ita ab aliis q̄q; aut formidari se aut contemni. Mamertini aūt cōtra victoris iram pertimescebant. Gallorum enim superbia crudelitasq; ante oculos versabatur. Cui fœditati honestam profecto mortē censebant præferendam. Carolo circa Messanam habente castra, bellicum q; terrorē Siculis ostentante, ciuitates crebris legationibus ad Petrum Aragonum Regem missis, sibi vt subueniret, precabantur, quoniam vxor eius Constantia Manfredi quondam Siciliæ Regis filia esset, ad quā, consumpta uirili prole, haud dubie pertineret successio regni. Possessionem vero ciuitatis vnanimiter & cupientissime offerre. Iam vero Manfredi mortem vlcisci, ad quem magis, q̄ ad generum nepotesq; spectaret, præsertim cum idem sit interfector, idem occupator regni idem ciuitatum vexator, quæ pati vt ludibrio habeantur contra decus sit regii nominis.

DE PETRI REGIS ARAGONVM IN SICILIAM profectione & gestis in ea.

His oratorum verbis Petrus Aragonum Rex permotus, & omnium iam Siculorum desiderio & voluntate perspecta, regni tam fœlicis occasionem negligenter omittendā nō putauit. Cum igitur Siciliam capescere statuisset, legatis gratias agens, omnium Siculorum salutem & honorē sibi magnæ curę fore respondit, ac se rebus ad profectionē necessariis cōparatis, in Siciliam nauigaturum, non tā regni cupiditate cōmotum, q̄ Manfredi soceri sui mortē vindicaturū. Expeditione igitur suscepta, & legatis honorifice dimissis ac admonitis quid interim facere Siculos oporteat, in Siciliam transitum properauit. Adiuuabat eius celeritatē q; ipse paulo ante magna parata classe in Affricam traiecerat, afflictisq; magna strage Barbaris & oppido in littore expugnato, non longe à Sicilia victorem exercitum & classem habebat. Ex litoribus igitur Affricę quadraginta triremes & alias naues onerarias soluens, prospera vsus nauigatione perpaucis diebus in Siciliam delatus Panormi littoribus applicuit. Hic elatis Aragonię signis, vt à Siculis ex composito cum legatis agnosceretur, portum subiit, & cum multis equitibus expositus à quamplurimis, qui aderant, Siciliæ nobilibus ciuibusq; Panormitanis Rex appellatus, apparatu regali pompaq; mirabili fœlicem vrbem & ingenti lætitia plenam exultanti plebe puerisq; salientibus ingressus, per omnes vrbis vicos & parietes aulęis purpureis, sericis & aureis pannis exultos ac stratos in regias ędes, vnde ciues paulo ante Gallos deiecerant, maxima Siculorum & Hispanorum nobilium multitudine comitante, perductus est. Hinc multis nauibus instructis Messanam, quam Carol⁹, vt supra diximus, oppugnabat, ire contendit. Quod vbi Carolus intellexit eum expectare periculosum fore ratus aduersante tota Sicilia in ea includi & penuria cōmeatus vrgeri, dissoluendam obsidionem & in Italiam remeandū statuit. Hoc Caroli consilium vbi per castra delatum fuit, tantus repente cōcursus ad mare factus est properantibus cunctis, ne in postremis traiicerent, vt non multū a fuga & desperatione res illa differri videretur, tentoriaq; machinas & apparatum omnē in castris reliquerunt. Vix dum traducto exercitu, Siculorū & Hispanorū classis aduenit. Carolus aūt in Apuliam transgressus, quia non decertandū tunc existimabat, copias dissoluit, & amicorum auxilia domū remisit. Ex hoc itaq; tempore Sicilia fuit Aragoniæ domui coniuncta, tempore quo Martinus quartus erat Pontifex. Cuius Pontificatus cœpit anno domini millesimo ducentesimooctogesimo primo. Et durauit annos quatuor & duos menses.

Quadraginta triremes & aliæ naues maiores.

Sicilia cum Aragonia cōiungitur.

UVA. BHSC. IyR_186

DE REBVS A PETRO REGE IN SICILIA STATVTIS.

PEtrus autem Rex Aragonum, Carolo de Meſſanę littoribus expulſo, & Siciliæ populis tandem quieſcentibus & regni totius rebus compoſitis, ciuitatibus & oppidis cunctiſq; nobilibus regni magnos honores, libertates, & omne genus immunitatis cum diplomatibus & ampliſſimis priuilegiis contulit. Quibus rebus iā peractis, Conſtātia Regina eius vxor ab eo accerſita cum filiis & multis comitata nobilibus ad eum in Siciliam venit.

DE CAROLI ADVENTV IN HISPANIAM ET duello cum Petro Rege.

CArolus aūt de Sicilię regno iā deſperans, & multas perpeſſus iniurias & incōmoda, filio eius Salerni principe à Petro Rege Aragonū capto, ad Pōtificem Romam ſe cōtulit. Ad quem valde quęſtus, illū ad duellum ꝓuocauit. Quod ex vtriuſq; conſenſu atq; Pontificis ad certā diē conſtitutū eſt, vt apud Angliæ Regem in ciuitate Bordegali ageretur. Quo cū Petr⁹ Aragonum Rex maturius & ante diē peruenīſſet, de inſidiis, quæ ſibi parabantur à Gallis, vt eum de medio tollerent, admonitus, die pugnæ cōſtituta armatus circiter meridiē campum ingreſſus, eos qui cāpum obſeruabant, vtrū Carol⁹ adeſſet interrogauit. His vero nō adeſſe Carolum reſpondentibus, ter campū percurrit armatus. In cuius rei probationem teſtibus & inſtrumentis acceptis propere diſceſſit. Cū vero Carolus deinde ſole iam inclināte ad certamen veniſſet, de Regis Aragonū re geſta ac diſceſſu perdoctus ingemuit, magnaq; percitus ira Romam reuerſus, à Pontifice contra Petrū Regem Aragonū excōmunicationem & grauiſſimā cenſuram obtinuit, ac vt Rex Petrus non modo Siciliæ, ſed etiā Aragoniæ regno priuaretur. Hac impetrata re cum maximis copiis Hiſpaniam ingreſſus ad Gerundam vſq; ciuitatem peruenit. Quā obſeſſam cum multis machinis & tormentis oppugnare cœpiſſet, eius exercitus grauiſſima peſtis inuaſit. Qua multis extinctis ex cadauerum putore corruptus aer ſęuiorem morbū faciebat. Erat præterea in ciuitate Gerūda tēplum diui Philippi, in quo ſancti Narciſſi corpus multis celebratum miraculis obſeruabatur. Hinc ob neglectam religionē, propterea q̄ equos in altaribus velut in preſepibus alebant, grandium muſcarū varijq; coloris agmē Gallos impetens aculeis non ſecus ac gladiis occidebāt. Qui multis malis oppreſſi de victoria deſperantes à ciuitate iam capta diſceſſerunt, & in itinere paſſim cateruatim q̄q; concidebāt. In quibus & ipſe Carolus langore confectus lectica delatus apud Ampurias defecit.

Periculoſus eſt religionis contemptus.

Carolus moritur.

DE LOCO ET TEMPORE MORTIS EIVS ET LIBERIS.

OBiit in villa Franca tertio Idus Nouembris, anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſexto. Et ętatis ſuæ quinquageſimo quinto. Reliquit autem filios quatuor, & duas filias, Alphonſum, qui ei ſucceſſit in regno Aragonum. Et Iacobum, qui primo fuit Sicilię Rex, & mox mortuo Alphonſo Rex fuit Aragonum. Poſt hūc Federicum genuit, qui fuit etiam Rex Siciliæ. Poſtremo natus eſt Petrus, qui ſine vllo principatu cum fratribus vitam degit. Maior vero eius filia nomine Hiſabella fuit Regina Portugalliæ. Et altera Conſtantia nomine, vel vt alii volunt, Violanta nupſit Roberto Regi Neapolis. Iacet autem Rex Petrus in ſanctarum cruce cum monaſterio. Cuius mors cum ab omnibus Hiſpanię populis, tum vero à Siculis fuit multis & veris lachrymis deplorata.

DE ALPHONSO PETRI FILIO REGE ARAGOnum decimo, & Comite Barcinonæ.

EX Petri Regis filiis Alphonſus natu maior, vt ſupra diximus, in Aragoniæ regno ſucceſſit, homo plurimis maximiſq; virtutibus & animi & corporis excellentiſſimus, & præcipue fortitudine & liberalitate præſtantiſſimus, ſtatura corporis & forma pulcherrimus. Quibus naturæ dotibus omnium hominum in ſe animos oculoſq; conuertit. Qui tem

UVA. BHSC. IyR_186

porè quo pater eius à vita discessit, erat in ciuitate Maioricarū. Vbi de patris morte nuncios ac cipiens magno luctu totius ciuitatis & suę curię, funus eius celebrauit. Hic paucis diebus cōmoratus, dū prouincię Balearis statū gubernationem q̄ cōposuit, multis comitatus nobilib⁹ in Hispaniam traiiciens, Cæsaraugustam puenit. Hic à ciuibus & multis aliis regni totius equitibus honorifice receptus, & obseruandi priuilegiorū formas & regni cōstitutiones iuratus, solēni more ritu q̄ regni seruato coronatus est, q̄ plurimis & regni nobilibus, & Cæsaraugustæ ciuitatis assistentibus. Fuit autē, vt paulo ante diximus, Rex cū cæteris animi dotibus, tum vero liberalitatis & munificentiæ virtute præstantissimus. Tunc enim præcipue gaudebat, tunc ingentem lęticiam vultu præ se ferebat, cum preciosa munera, cum dona insignia largiebat, adeo vt non immerito fuerit à naturæ suæ munificentia & immensa liberalitate Rex Alphonsus Largus cognominatus. Qui cū olim ad colloquiū cū Angliæ Rege conuenisset illi⁹ intercessione Carolū Salerni principē, quē Rex Petrus longo tēpore captū tenuerat, à carcere & custodia liberauit, duobus tamē eius filiis obsidibus acceptis, & septē nobilib⁹ regni Neapolis.

DE EIVS STVDIO ET AMORE ERGA BONOS ET odio contra malos & aliis rebus gestis.

CAeterum vt viros bonos & fideles honore, sic & improbos odio persequebat. Quippe qui multos, quorum virtutem fidem q̄ perspexerat, mirifice dilexit, & honorifice cōmode q̄ tractauit. In prauos autē & sedicioſos fuit castigator acerrimus. Et Iacobū patruum, qui Gallorum partibus adhęserat aduersus patrem Petrū Regem Aragonū, Maioricarū regno priuauit. Quo regno potitus expulso Iacobo, alterā Balearium insulā, quæ minor appellatur, deuictis Mauris suę ditioni subegit. Fuit præterea Rex Alphonsus vita cælibe, nullā enim duxit vxorē, ideoq̄ Castus fuit cognominatus. Qui cū grauiter ęgrotaret sancti Francisci habitum accepit, q̄ indutus obiit Barcinonæ, anno. M. CCXCII. & ætatis suæ. XXVII. Iacetq̄ Barcinonę sepultus in ecclesia fratrū Minorum in tumulo matris. Atqui moriens hæredem instituerat Iacobum fratrem Sicilię Regem. Sic enim pater eius in testamento statutum reliquerat, vt & Iacobus etiam cū Rex esset Aragoniæ, Siciliæ regnū Federico fratri minori renūciaret.

Insulæ Baleares Aragoniæ iū gūtur

DE IACOBO ALPHONSI FRATRE SICILIAE REGE qui post fratris obitū, relicto Siciliæ regno Federico fratri minori, fuit Rex Aragonū vndecimus, & Barcinonę Comes.

ARagoniæ regni Barcinonęq̄ principatus, & Valentię nobiles, Alphonso Rege mortuo sine liberis, Ampuriarum Comitem cum testamenti Alphonsi Regis exemplo ad Iacobum Siciliæ Regē legatum in Siciliam miserunt, vt ad Aragonię, Barcinonę, & Valentię principatus capiendam possessionē statim veniret. Qui cum primū legationē accepit, de morte Regis Alphonsi peractis exequiis, & Siciliæ regno, prout pater in testamento statuerat, Federico fratri, qui tunc erat in Sicilia, renunciato libereq̄ relicto, multis Siciliæ nobilibus comitatus cū triremibus octo Cęsaraugustam in Hispaniam venit. Vbi vt mos & consuetudo est Aragonum, sanctiones & priuilegia ciuitatis regniq̄ iuratus, honorifice regni coronam accepit.

DE EIVS VXORIBVS ET LIBERIS.

VXorem duxit Mariam Castellæ Regis filiā sororem suam patruelem, cū qua nondum defiorata diuortium fecit iussu Romani Pōtificis, propter consanguinitatis gradum cōiunctissimū. Hac igit̄ dimissa, Blanchā duxit vxorē Caroli Neapolitanorū Regis filiā. Cuius peracto matrimonio, Ludouicū & Robertū fratres vxoris, quos vt supra demōstrauimus, obsides pro Caroli liberatione diutius tenuerat, à custodia liberauit. Qui custodia soluti & liberationem nacti, ad Carolum patrem Neapolim statim se contulerunt. Et Ludouicus, qui ma-

Pontifex matrimonium diſſoluit.

UVA. BHSC. IyR_186

ior erat, ad quem Neapolis regni succeſſio, ſpectabat, viſo patre, regnique ſucceſſione renũciata ſancti Franciſci ordinis religionem ingreſſus eſt. Qui poſtea propter integerrimos mores & vitę ſanctitatem ad Toloſæ pontificatum fuit aſſumptus, ac poſt mortem in ſanctorum numerum relatus. Huius frater Robertus in Neapolis regno, Carolo mortuo ſucceſſit. Et Violãtam ſororem Regis Iacobi duxit vxorem, qua vita defuncta Sanctiam duxit Maioricarũ Regis ſororem. Quę Neapoli condidit eccleſiam ſanctę Claræ, & ſanctæ Crucis ordinis Minorum ſancti Franciſci obſeruationis. In quo nunc ſepulta iacet. Duxit præterea Rex Iacobus poſt Blanchæ mortem Eliſendam Monticatinam. Quæ monaſterium condidit iuxta Barcinonam, quod Petras albas Appellant, ibique iacet.

Ludouicus religionẽ ingreditur.

Monaſteriũ, quod Petras Albas appellant.

DE PRIVILEGIORVM TOTIVS REGNI confirmatione eius & aliis rebus.

POſtulantibus multis Aragoniæ populis ſuorum priuilegiorum confirmationem omnibus aſſenſus eſt, & liberaliter omnia compleuit. Qui ex vxore Blãcha Caroli Neapolitanorum Regis filia filios quinque procreauit. Iacobum, qui cum Leonoram Caſtelię Regis filiã duxiſſet vxorem ſine tactu pudoris illi⁹, ſancti Ioannis Hieroſolimitani ordinis religionẽ fuit ingreſſus, & inde Monteſani ordinis Magiſter electus. Poſt autem Iacobum natus eſt Alfonſus, cui nupſit Tireſia neptis Comitis Vrgelli. Quo matrimonio hæreditario iure comitatum nactus Vrgelli, Sardos qui rebellauerant, ad officium & obſequium redire coegit. Petrus tertio loco nat⁹ eſt, Qui primo fuit Comes Montium Pratenſium, & deinde Comes Ampuriarum. Quartus numero genitus eſt Raimund⁹ Berengarius Pratarum Comes & Ribagorcię. Poſtremo Ioannes fuit æditus, qui fuit Archiepiſcopus Toletan⁹, & poſtea Tarraconenſis & Alexandriæ Patriarcha. Filias progenuit totidem, Conſtantiam, quæ fuit vxor Emanuelis filia Regis Caſtellæ, Mariam etiam Petri Infantis Caſtellę, Blancham, quę monialibus Xixenę monaſterii præfuit. Violantam, quæ nupſit principi Tarentino. Et Hiſabellam, quę fuit vxor Ducis Auſtriæ. Habuit præterea filium quẽdam nothum, et alteram filiam, quę puella obiit. Filius autem nomine Iacobus Ioannam Lupi Lunæ filiam duxit in matrimonium, cum qua Comitatus Lunæ titulos accepit.

Toletan⁹ antiſtes filius Aragoniæ Regis.

DE PACE INITA INTER IACOBVM REGEM Aragonum & Carolum ſocerum eius.

INito cum Blancha Caroli filia matrimonio, Romanus Pontifex Bonifacius egit cum eo, vt Carolo ſocero Sicilię Regnum reſtitueret, eique ſummus Pontifex & anteceſſoribus eius omnes iniurias, quas eccleſiæ multas & graues intulerant, remitteret. Ad hanc rem cum Iacobo Rege conficiendam, quidam Cardinalis è Roma miſſus, in Hiſpaniã cum veniſſet, nondũ perfecta re diſceſſit à vita. De cuius morte Pontifex à Carolo Rege certior fact⁹, duos Archiepiſcopos, quib⁹ eandem cauſam delegauit, in Hiſpaniam miſit. Qui pacem inter ipſos Reges confirmarent & publicis præconiis denunciarẽt. Et Iacobum Regem Aragonum & omnes eius principatus populos & anteceſſores eius ab omnibus interdictis, cenſuris, & excõmunicationibus abſoluerent, & eccleſiæ reconciliarent. Quæ res fuit ſolenniter celebrata publicis præconiis, Gallis qui aderant exultantibus.

Bonifacius Pontifex.

DE ORATORVM SICILIAE QVERELIS apud Iacobum Regem.

CVm autẽ Rex Iacobus Siculorum legatos, qui nuper ad eum venerant, accitos monuiſſet, vt eccleſiæ Caroloq; parerent, & iam flentes conſolari conaret, illi diu lachrymabũdi reſpondere vix poterant. Tandẽ poſt magnos fletus, eorum quidam viro non indoctus, Iacobe Rex inquit permultos populos à ſuis principibus defeciſſe multis in locis legimus, &

Verba cuiusdã Siculi ad Regem

UVA. BHSC. IyR_186

oculi nr̄i sæpe viderunt, sed a suo Rege populos fuisse desertos nec vidimus qdē vnq̄, nec audiuimus. Quapropter erit quidem nostra magis q̄ aliorū miserāda cōditio, magisq̄ deplorāda calamitas. Tua siqdē spe patricinioq̄ destituti qd omnes Siciliæ populi facere debeāt te nō ignorare credimus. Qui quodcunq̄ mortis genus & omnes cruciatus pferrēt potius, q̄ Gallis seruire queant. Et cuiuscūq̄ vel barbari qdem principis imperiū libētius patient̄, q̄ insolētissimos Gallorū mores, & indignissimū iugū seruitutis vno die tollerare velint. O decus Aragoniæ domus, & magnum pietatis exemplū, cur pateris inclytā tuā & maiorū tuorū famam hoc vno dūtaxat dedecore deformari? Cū pīsertim qua nos tibi lege sumus astricti, eadē tu q̄q̄ nobis honeste deesse nō possis. Quod si regia tua maiestate tuoq̄ fauore Siculos, qui volentes Aragoniæ domui se subiecerūt, indignos esse iudicas, & Siciliæ regnū, quod plurimi maximi principes cōcupiscūt, aspernaris, nobis saltē consiliū nō deneges, sed quē debeam? optare Regem nobis cōsulas. Tū Rex his legatorum verbis, & aliorum fletu cōmotus, ac dolore confectus ingemēs, & obortis lachrymis ite, inqt, boni viri ad domus vestras, vbi Federicus frater me? vobis & Siculis omnib? liberius q̄ ego cōsulere poterit. Hoc respōso accepto legati pureas & sericas vestes, qb? exculti erāt, a pectore scindētes a Rege discesserūt. Et in signū magni doloris maliq̄ futuri nigras sibi vestes & perlōgas induerūt. Atq̄ triremiū malos, antennas & vela, quæ cādida erāt, in atrū colorē verterūt omnia. Cū his mesticię signis in Sicilia delati, totius regni cōuocatis nobilibus, Federio, quę frater eius Rex Aragonū de Siciliæ regno cum Carolo pactus fuerat, retulerunt.

DE PRAELIO NAVALI QVOD GESSIT ADVERSVS Federicum fratrem Regem Sicilię.

FEdericus aūt legatis auditis, pceres, q aderāt, & omnes eqtes oculis circūspectās magna inquit liberalitate Rex Aragonū frater me? vsus est proceres, & summo quidē principe digna, sed inani tū & prorsus inutili. Nā qui rē pmittit alienā, aut certe delirat, aut iocat̄ & dandi voluntatē nō habet. Is vero q huiusmodi pmissa munera se sperat habiturū, stultus & fatu? haberi debet. Iā scitis equites vr̄æ Sicilię & patriæ regnū nobis ab Alphonso pr̄e testamento fuisse relictū, sicut & illud Aragonū fratri meo Iacobo. Nō dedit ergo Rex Aragonū Carolo Sicilię regnū, quod dare nō poterat. Ille igit̄ si munificus esse velit Aragonū regnū suum cui velit renūciet. Nos vero nostrū tutemur. Hæc cū dixisset, Siculos hortat? ad regni defensionē cunctis exultantib? ab Episcopo Cephalēsi statim coronatus, viros cogere & arma parare cœpit. Ac imprimis maritimas omnes ciuitates & totius insulæ portus munitionibus, tormētis, & aliis reb? ad belli vsum necessariis prudētissime cōpleuit. Et in Messanæ portu sexaginta triremes & alias naues armis & electis militibus onerauit. Iacobus vero interea Rex Aragonum ex Hispania simul cū Carolo socero & vxore sua Romā venerat. Vbi rogatus a Bonifacio Pōtifice, vt Carolū in Siciliæ regni possessionē, sicut pmiserat, collocaret, cū ingenti classe & idē Carolus cū eo cæteriq̄ duces ex portu Neapolis in Siciliā soluerūt. Quibus appropinquātibus Federicus in mari, quod est Siciliā versus, Nonis Quintilib? occurrēs, pīlium commisit. Vtrinq̄ diutius & acerrime pugnatū est, plurimis hinc inde cadentibus, & paucis sine vulneribus, Rege etiā Aragonū grauiter ī pede sagitta pcusso. Demū post lōgū certamē Siculi magnitudine nauiū hostiliū ac multitudine pfligati, Messanā rediere. Nōnullis triremibus amissis & magno militū numero desiderato. Rex aūt Aragonum cū triginta triremib? suis in Hispaniā remigrauit. Carolus vero cum reliquis ducibus primum Neapolim, & deinde Romam se contulit. Et Federicus Gallis gementibus & inuitis Siciliam retinuit.

Federici Regis uerba.

Fraternum prælium.

DE LOCO ET TEMPORE MORTIS EIVS.

POst nauale pugnā in Hispaniam reuersus, vt supra demōstrauimus, cum Valentiæ & Aragoniæ cōuentus egisset, Barcinonā demū se recepit. Vbi aliquādiu cōmoratus, a vita discessit pridie Kalēdas Nouēbris, anno millesimo tricētesimo vicesimo septimo, ętatis ve-

UVA. BHSC. IyR_186

Maiorem filium abdicauit.

ro suæ anno sexagesimo sexto. Qui fuit sepult⁹ in sanctarū crucū monasterio. Hæredē aūt & successorē sibi filium reliquit Alphonsum, abdicato Iacobo maiore natu & primogenito, qui contra Sardos rebellantes & ad Pisanos deficientes in Sardiniam missus à patre expeditionem Sardiniæ q̄ simul & regnorum successionem recusauit.

DE ALPHONSO IACOBI FILIO COGNOMENTO Benigno Aragonum Rege duodecimo & Barcinonæ Comite.

Aragoniæ Sardinia cōiungitur.

ALphonsus igitur magno cum exercitu Aragonum, multisq̄ Cathalanis & Valentinis in Sardiniam profectus, breui tempore Sardos omnes patris imperio subegit. Multis tamen habitis præliis, in quibus animi fortitudinem mirabilem, & rei militaris industriam & officiū magni Ducis ostentauit, & p̄cipue in Callaris ciuitatis expugnatione. Quā nō minori constantia patientia q̄ laboris, q̄ viribus cœpit post multas oppugnationes, ciuib⁹ & Pisanorum multis equitibus, qui pertinaciter propugnabant, occisis. Ita q̄ magna cū victoria totius insulę imperio, Sardis perdomitis & Pisanorū magnis copiis prælio fusis, potitus, ad patrē triumphanti persimilis in Hispaniā remeauit. Quem pater ingenti lętitia plenus summis honoribus excepit. Et Iacobus frater eius honoribus inuidens, Leonora sponsa relicta, quam vt in uita patris Iacobi memorauimus, non viciauerat, sancti Ioannis Hierosolimitani ordinis religioni se dicauit. Alphonsus igitur hæreditario iure paterno q̄ testamento mortuo patre Cęsar augustæ regni coronā accepit, anno. M. CCCXXVII.

DE VXORIBVS EIVS ET LIBERIS ET tempore mortis.

VXorem, vt supra scripsimus, adhuc adolescēs Tiresiam Dantensam duxit Guillelmi Dātensii filiam, & Vrgelli Comitis neptē. Cuius coniugio fuit Comes Vrgelli, & Vicecomes Agerensis. De qua quidem vxore filios duos progenuit, Petrum, qui ei successit in regno. Nam propter expeditionē patris contra Sardos, auo patre q̄ viuētibus, hæres, vt primogenitus fuit institutus. Progenuit etiam Iacobum, cui dedit Vrgelli comitatum. Item Federicū & Alphōsum & duos alios ac vnicā filiam Tiresia peperit. Qui primis ætatis annis à vita migrarunt, & omnes Cæsaraugustæ iacent in ecclesia sancti Frācisci ordinis Minorum apud altare maius iuxta tumulum matris. Obiit autem Tiresia quinto Kalēdas Nouembris, anno millesimo tricentesimo vicesimo septimo. Qua mortua nupsit Alphōso Regi Leonora Castellę Regis filia. Quæ prius Iacobo desponsata fuerat, quæ peperit Ferdinandum Dertosæ Marchionem. Qui, vt nōnulli volunt, iussu Petri Regis fratris eius fuit occisus in oppido Castellione apud Valentiā. Peperit etiam Ioannem, qui apud auum in Castella obiit. Et filiā Constantiam quę fuit vxor Iacobi Maioricarum Regis vltimi. Rex autem Alphonsus obiit Barcinonæ, anno millesimo tricentesimo tricesimo sexto. Qui iacet Ilerdę in monasterio sancti Eranciſci ordinis Minoritarum, sic enim viuēs testamento mandauerat. Sub idem tēpus mortuus est etiā Federicus Rex Sicilię, tribus superstitibus filiis, Petro qui successit in Sicilię regno, Ioanne q̄ fuit Dux Athenarum, & alio qui iuuenis obiit sine titulo dignitatis.

DE PETRO COGNOMENTO CERIMONIOSO Rege Aragonū. XIII. & Comite Barcinonę.

Iniqua nouerca.

PEtrus Alphonsi Regis filius adolescens & annos natus ferè septēdecim, Leonoræ nouercæ veritus insidias, q̄ priuignū, vt qdā scripserūt, de medio tollere studebat, vt Ferdinādus eius filius post Alphōsi Regis obitū in regno succederet, à p̄ris domo curia q̄ recedēs, ad mōtes Pyreneos se cōtulit, vbi magnis honorib⁹ à Ceritanię et Russinōnis pop̄lis recept⁹ caute vixit multos annos, vsq̄ ad tēp⁹ mortis p̄ris Alphōsi. Mortuo aūt p̄re regni gubernationē suscepit, et Ferdinādū fratrē, q̄ multos Aragonię pop̄los ad rebellionē cōcitauerat, occidit. Ac

UVA. BHSC. IyR_186

nōnullos Aragoniæ nobiles, qui Ferdinandi factionē ſecuti fuerant, Cęſaraugustæ capite puniuit. Ibiq; priuilegium vnionis de regni voluntate coram plurimis nobilibus gladio ſuo tanta percitus ira celeritateq; profecuit, vt ſibi leuam manum percuſſerit.

DE BELLO QVOD GESSIT CONTRA Petrum Caſtellanorum Regem.

QVi cum Henrrico Traſtamaræ Comiti Caſtellæ Regis fratri inuito Caſtellæ Rege fauēret, cōmotus Petrus Caſtellanorū Rex pacis fœdus, quod antea confirmauerat, diſſoluit. Et cum magnis copiis Aragoniæ fines ingreſſus multa dāna populis intulit. Atq; Boriā, Bilbilim, quā Calataiutū vocant, Darocā, & Turoliū expugnauit, Valentiæq; prouinciam ingreſſus Sagunthū cœpit, quam Valentini Murū veterem dicūt. Et Valentiam obſidione cinctam, multis tormentis oppugnare cœperat. Ad quem Petr⁹ Rex Aragonū cum magno equitum peditumq; numero profectus, ab obſidione fugauit, regnoq; ſui finibus expulit. Et Caſtellam ingreſſus Henrricum iuuare non deſtitit. Cuius auxilio Henrricus Petrum fratrem Caſtellæ Regem occidit. Qui fratre peremptо Rex ab omnibus Caſtellanorum populis appellatus eſt. Cęterum Petrus Rex Aragonum Henrrici virtute perſpecta, filiam ſuam Leonorā Ioanni eius filio, qui patri in Caſtellæ regno ſucceſſurus erat, in matrimonium dedit.

Petr⁹ Caſtellæ Rex.

DE PROFECTIONE EIVS IN SARDINIAM & aliis rebus ab eo geſtis.

REbus Aragoniæ regni iam cōpoſitis, in Sardiniā tranſiit rebellantē. Cuius puinciæ populis poſt multa prælia ad obſequiū adductis, Ianuēſes, ad quos Sardi defecerāt, multis cladibus affecit. Hinc in Hiſpaniā reuerſus, Darocā, Turoliū, Bilbilim, quę prius oppida fuerant, ciuitatis titulis & inſignibus ornauit. Iacobū aūt Balearitū Regē ſuæ ſororis maritū, propterea q̄ ei denegauit obſequiū, Maioricarū, Ruſſinonis, & Cæritaniæ principatibus, quos nomine ſuo tenebat ī pheudo, ſpoliauit. Quas puincias Aragoniæ regno cōiunxit. Iacobus autē Balearitū Rex dū Maioricarū regnū armis defendere conaret, à Ducibus Petri Regis occidit. Cuius corpus iidem Duces Valentiam detulerunt. Vbi iacet in eccleſia maiori.

Oppreſſit Cerdaniā rebellantem.

Maiorica, Ruſſino, & Cerdania Aragoniæ iunguntur.

DE VXORIBVS EIVS ET LIBERIS.

VXores plures accepit, Mariam Nauarræ Regis filiā. Quę filiā peperit Ioannam. Quæ fuit vxor Ampuriarū Comitis. Et duas alias, quarum altera nupſit Federico Siculorū Regi Petri filio. Et altera, quæ paruula migrauit à vita. Peperit & filiū Petrū, qui natus paucis diebus obiit. Ioanna autem defuncta, Leonoram duxit Portugallię Regis filiam. Quæ poſt cōfectas nuptias pbreui ſpacio tēporis obiit. Qua mortua, Leonorā duxit filiā Regis Siculorum, ex qua ſuſcepit Ioannē & Martinū filios. Quorū alter ei ſucceſſit in regnis, & alter fuit Dux Mōtis albi. Genuit & filiā Leonorā, quæ, vt ſupra narrauim⁹, nupſit Ioanni Caſtellę Regis filio. Leonora quoq; defuncta Rex iā ſenio cōfectus amore cuiuſdā mulieris viduę depdit⁹ hominis admodū pauperis filiæ, quæ Sibilia Forciana vocabat, propterea q̄ in oppido nomine Forcia in Ampuriarum ꝓpincia nata fuerat, eam demū duxit vxorē. Quæ filiā peperit vnicam nomine Hiſabellam, quæ fuit vxor Iacobi Comitis Vrgelli & Vicecomitis Agerenſis.

Senex viduæ mulieris amore capit⁹.

DE EIVS INDVLGENTIA ET OBSEQVIO erga Sibiliam Reginam.

CAeterum Petrus Aragonum Rex hac vxore ſuadente, cui omnibus in rebus nimis obſequebat, & omnia indulgebat, à ſe multos ob res male geſtas alienauit, multaq; fecit grauia & cenſura digna populari. Siquidem, vt Sibilię Reginę morem gereret, Ioannē filiū primogenitū abdicare conat⁹ eſt. Quod q̄dē & ſine vlla cauſa feciſſet omnino, niſi regni nobiles po-

Res periculoſa eſt & ridicula ſenē puellam uxorē ducere.

UVA. BHSC. IyR_186

puli'q; reclamassent. Et Ampuriarum Comitem generum suum, quē oderat Regina, indignissime tractauit, multisq; bonis & honoribus priuauit, ac Ioannā filiam pro Comite marito suo intercedentē Barcinonæ corā plurimis nobilibus aperta manu percussit in facie. Quæ nimia verecundia summo'q; dolore percussa cum domum suā se contulisset paucis diebus obiit.

DE MOROSITATE EIVS ET ALIIS REBVS.

Barcinonem vasis aureis & argēteis exhausit.

IN domus autem suæ familiæq; componendis ordinibus & viuendi nouis penuestigatis exemplis & domesticis officiis fuit adeo diligens ac morosus, vt non immerito Cerimoniosꝰ & superstitiosus fuerit appellatus. Quitempore belli, quo d aduersus Regem Castellanorū gessit, Barcinonam vasis omnibus aureis & argenteis aliisq; preciosis rebus euacuauit, & argentea quidem vasa cuncta conflauit in regales argēteos signo ciuitatis impressos. Ex aureis vero florenos percussit cum signo lilii floris, & imagine sancti Ioannis, vt sunt aurei Florentinorum. Quod monetæ genus primum Barcinonæ cœptum, postea Valentię, Maioricis, & Perpignani fieri iussit. Valentię præterea sua arma concessit, quę sunt in clypeo baculi crocei rubri'q; & corona desuper imposita.

DE TEMPORE MORTIS EIVS ET AETATE.

PRæfuit autem regnis annos vnum & quinquaginta. Qui discessit à vita Barcinonæ, anno Millesimo, tricentesimo, octogesimo septimo. Natus anno septuagesimo secundo. Et primum iacuit Barcinonæ in ecclesia maiori, quam Sedem Barcinonenses vocant, & deinde fuit delatus in monasterium Populeti.

DE IOANNE PETRI FILIO ET SVCCESSORE ARAgonum Rege decimo quarto, & Comite Barcinonæ.

IOannes in regnis mortuo patri succedēs, vxorem duxit Matheam filiam Comitis Armeniacensis. Ex qua filiam genuit nomine Ioannam, quæ nupsit Mathæo Foxæ Comiti. Cęterum Mathea cum hanc filiam peperisset, breui tempore mortem obiit. Et Ioannes Rex duxit vxorem Violantam filiam ducis Ebaris. Quę peperit filium, qui Cæsarauguste paruulus obiit, & Gerundę Delfinus dicebatur. Peperit etiam Violātam filiam, quę nupsit Ludouico Regi Neapolis, & Andagauensium Duci.

DE MORVM EIVS VARIETATE ET INDVLGENtia erga secundam vxorem.

FVit autē Rex Ioannes Mathea prima eius vxore viuente munificus, benignus, multisq; virtutibus excellens, & omnibus regnorum suorum populis & nobilibus admodum charus, pacis studiosus, & Musicæ cultor insignis. Vbi vero Violantam duxit, eius voluntati nimis obsecutus & omnia indulgens, à se cunctorum ferè nobilium & multorum populorum mentes & cultus auertit. Quod cum animaduertisset vxor Violanta, vt Aragonię nobiles & Barcinonæ principatus equites opprimeret, omnia'q; sola disponeret, & ad arbitrium suū administraret, Armeniacēsem Comitem multosq; Galliæ proceres cum magna hominum multitudine, Rege consentiente, ad se, vt conuenirent, in Hispaniam vocauit. Quibus appropinquantibus, & iam vltra Gerundam ciuitatem transgressis, Martinus Ioannis Regis frater cum multis equitibus Aragonum, Cathalanis, & Valentinis occurrit. Ac illorum multis occisis, reliquos ab Hispanię finibus expulit. Quo prælio Valētinorum multi, qui suam illic virtutem militarem & inuictos erga Regiam dignitatem animos viriliter ostentarunt, à Rege nobilitatis titulos & equestris ordinis dignitates acceperunt. Ex quibus fuerunt inter alios, quorum nomina mihi minus nota sunt, equites qui nunc à Villa noua cognominantur, & Scribarum domus, Corellarum genus, & familia Montagnis.

UVA. BHSC. IyR_186

DE REBVS QVAE TEMPORE EIVS IN suis principatibus acciderunt.

HOc Ioāne regnāte, & i Augustaceſarea cōmorāti, nonis Augustis āno, M.CCC XCI. Populi Barcinonæ principatus, Aragones, Baleares, Valētini tumultuātes aduersus Iudęos insurrexerunt omnes, exceptis Cęsarauguſtę ciuib⁹, quos Regis præsentia compescuit. Qua persecutione in Iudæorum pernicię violēter exacta, Rex nonnullos, qui præcipua motus & seditionis causa fuerant, capite puniuit, & alios magna parte bonorū mulctauit. His exactis pœnis, ad Baleares cum Regina profectus, Maioricarum ciues, vt ducenta milia florenorum persoluerent, coegit.

Tumult⁹ cō tra Iudæos

DE REDITV EIVS IN HISPANIAM ET morte repentina.

HInc in Tarraconensem prouinciam remeans cum ventis reluctantibus Barcinonæ littus tenere non potuisset, in loco, qui dicit' Caput Crucis apud Ampurias expositus, in oppidum Castillonē se recepit. Vbi per aliquot dies commoratus, in saltus & montes propin quos cum multis equitibus venatum profectus, cum lupum venatores occidissent, dum si lupus an lupa esset è venatoribus quæreret, repente mortuus è mula, qua vehebatur, decidit. Cuius corpus Barcinonæ sepultum iacuit in ecclesia cathedrali, quod deinde iussu Martini fratris Populetū delatum fuit. Obiit autē quartodecimo Kalendas Iunias, Anno. M. CCCX CVI.

Repente moritur

DE DVOBVS MARTINIS REGIBVS PATRE ET filio, altero Aragoniæ quintodecimo, & Barcinonæ Comite, & altero Siciliæ.

IMperante in Aragonia Rege Ioanne, de quo proxime locuti sumus, Martinus eius frater dux Mōtis albi Mariā Lunæ Comitis filiā vxorem duxerat. Ad quam mortuo patre sine filio successore Lunæ Comitatus iure deuenerat. Ex hac vxore filium suscepit nomine Martinum, qui Federici Siciliæ Regis filiā duxit vxorem. Et Federico socero sine virili prole defuncto ratione matrimonii Siciliæ regni titulos & coronam accepit. Cuius pater Martinus cum de Ioannis Aragoniæ Regis sui fratris erga se voluntate dubitaret, quoniā eum à quibusdam de sua & Martini filii morte paranda sollicitari nōnullis coniecturis animaduerterat, cum filio & nuru paruisq; copiis Cathalanorum, Aragonum, & Valentinorum in Siciliā traiecit. Obla ta vel honesta tunc occasione, propterea q⁹ in Sicilia principibus, vt fieri solet, absentibus, magni tumultus & multæ seditiones erant. Vbi seditionibus compositis, sedatisq; tumultibus, nut⁹ & filii nomine Siciliæ regno tantisper præfuit, donec legatos Aragonū de Regis Ioānis morte nuncios accepit. Ad quem mortuo Rege Ioanne suo fratre sine filio, sic enim Petrus eorum pater in testamento reliquerat, Aragoniæ regni successio spectabat.

DE ADVENTV EIVS IN HISPANIAM ET ALIIS REBVS.

CElebratis igitur in Sicilia tota Ioannis Regis exequiis, cum septem triremibus & aliis nauibus, multis Hispanis & Siculis comitatus equitibus, Ad Marsiliæ portū delatus est. Hic dies quinq; cōmoratus, Auinionem petiit, vbi tūc erat sedes Benedicti Lunæ summi Pōtificis, à quo fuit exceptus honorificentissime. Hinc autem profectus in Hispaniam, primum Barcinonam, & deinde Cęsarauguſtam peruenit. Vbi Rex salutatus ab omnibus, cum magna ciuiū lætitia coronat⁹ est in ecclesia sancti Saluatoris, Idib⁹ Maii, anno. M. CCCXCVIII.

DE MORTE MARIAE VXORIS EIVS ET coniugio Margaritæ.

ACoronatione eius anno ferè nono Maria Regina multis corporis fatigata laboribus, & animi curis confecta migrauit ab humanis in Villa Regali regni Valentiæ. Qua mor-

UVA. BHSC. IyR_186

tua Martinus Rex habēdorum liberorum cupidus, vxorem duxit Margaritam Pratarum Comitis filiam, Benedicto Luna summo Pontifice dispensante, propterea q̄ ei valde proxim⁹ cū illa cognationis gradus intercedebat. Cæterū natura minus ei⁹ desiderio satisfecit. Ex ea enim prolem nullam prorsus habuit.

DE MORTE EIVSET MARTINI FILII SICILIAE REGIS.

SVb idem tempus obiit etiā Martinus Rex Siciliæ filius ei⁹ in ciuitate Callari, Sardis, qui rebellauerāt, subactis & in obsequiū Martini p̄ris eius adductis. Discessit aūt à vita quinto Kalendas Sextilis, Anno. M. CCCCIX. Et iacet ī ecclesia ciuitatis Callaris apud aram maiorem. Post mortem vero Martini Siciliæ Regis superuixit Martinus pater ei⁹ Rex Aragonum menses fermè decem. Qui discessit ab humanis prope Barcinonā in monasterio monialium ordinis Cisterciēsis, cui Vallis dōzellæ nomē est, pridie kalendas Iunias, Anno. M. CCCCX. Hinc autē Barcinonam delatus in ecclesia Pontificali, quā Sedem Barcinonenses vocant, sepultus honorifice iacuit ad latus arę maioris vsq; ad tempus Regis Alfonsi Ferdinandi sui successoris filii. A quo simul cum Violanta Regina fuit in Populeti monasterium collat⁹. Vbi iacet cum reliquis Aragonię regibus. Regnauit autē Martin⁹ Rex aragonum annos. XIIII. Qui moriens sine liberis Aragoniæ regnum ad patriæ & bonorum regnicolarum iudicium reliquit, vt scilicet propinquiorem ac meliorem virum, & cui iustius regnum deberi videretur, ac tutius committi posset, eligerent.

DE FERDINANDO IOANNIS CASTELLAE Regis filio, qui post Martini mortem Aragoniæ successit, Rege sextodecimo, & Barcinonæ Comite.

CAeterum vt Ferdinandi ad Aragoniæ Regnum successio referatur, pauca repetēda sunt prius, quibus non Ferdinandi solum successio, sed filiorum quoq; eius paternum ac maternum genus agnoscetur. Ab Ioanne itaq; Castellæ Rege, qui fuit Hisabellæ Reginæ nostri tēporis Ferdinandi Regis vxoris paternus proauus, dicere in animo est. Ioānes Castellæ Rex, vt paulo ante mentionem fecimus, Leonoram Petri Aragonum Regis filiam in matrimoniū duxit. Quæ duos peperit filios, Henricum, qui ob infirmam corporis valitudinem Valitudinarius fuit appellatus, & Ferdinandum de quo loquimur. Ex quibus Ioannes pater, Henricum maiorem natu Regem instituit, & Ferdinando, quem propter eximiam eius corporis animiq; præstantiam plurimum diligebat, moriēs magnam bonorum mobilium partē testamento reliquit. Henricus autem mortuo patre quāuis minus prospera corporis valitudine, singulari tamen animi sapientia cæteriśq; virtutibus, quę ad bonum principem spectant, regnū sanctissime gubernauit, et Ferdinandum fratrem, cuius erga se fidem cæteraśq; virtutes egregias in multis & magnis rebus perspexerat, summo semp amore dilexit. Cui præter multam pecuniam magnaq; munera, multorum quoq; oppidorum possessionem & cum omnibus iuribus proprietatem donauit, propterea q̄ eius animi gratitudinem prius in exiguo munere cognouerat. Quare non immemor fraternæ benīuolentiæ regiæq; liberalitatis Ferdinādus, cum post fratris Henrici Regis mortem omnes ferè Castellæ Magnates Toletum Castellæ primariam ciuitatem conuenissent, vt quem essent habituri Regem cognoscerent, ipsum q̄ Ferdinandum sese vehementer optare significarent, nulla quidem cunctatione nullaq; dominādi cupiditate captus Ioannē statim fratris Henrici filium admodum paruulum suo humero impositum cunctis astantibus ostendens, Rex inquit, Proceres hic est Ioannes fratris mei filiꝰ nobis omnibus legitime colendus. Ego autem tantispet eius nomine Castellæ regni gubernādi curam suscipiam, donec meus hic Ioannes ex fratre nepos adolescat. Huic igitur, vt nos ratio regniq; iura monent, obsequium p̄restemus, solēniq; sacramēto rituq; nostro seruato, nos Regem hunc habituros astringamus. O vocem diuinā, & summis laudibus extollendā, quę

UVA. BHSC. IyR_186

quidem naturam ſuperauit humanam, quæ prorſus imbecilla eſt ad potentiã contemnendã. Hic igitur Ferdinandus cum maximis plurimiſq; virtutibus magnopere polleret, ab omnibus quidem totius Hiſpanię populis mirum in modũ colebatur. Quapropter Martino Aragonum Rege auunculo ſuo mortuo, cũ hæreditario iure (erat enim Leonorę Martini ſororis filius) tum eximio ſuarum virtutum ſplendore, ab Aragoniæ Magnatibus ac populis ab Antiquera, quod eſt Bethicę prouinciæ oppidum, per legatos accitus eſt, vt Aragoniæ Regis titulum, poſſeſſionem & coronam acciperet. Commonitis tamen & citatis prius omnib⁹ eius cõ petitoribus, ſcilicet Federico Comite Lunæ Sicilię Rege Martini Regis Aragonũ nepote, Ludouico Rege Neapolis & Andagauenſium Duce, Mathęo Comite Foxano, Alphonſo Gandiæ Duce & Ribagorciæ Comite, & Iacobo cognomento Pratenſi. Quorũ partim venerũt, partim procuratores miſerunt. Cæterum cum ſuper hoc diſſenſiones inter Aragones, Valentinos, & Cathalanos orirentur, in quibus præter alios, etiam Garſias Cæſarauguſtanus Archiepiſcopus cum Antonio Luna liberius contendens occiſus eſt, quoniam alii Ferdinandum, alii Iacobum Aragonum Vrgelli Comitem, alii Ludouicum Gandiæ Ducem Regem optabant. Vt igitur maioribus malis occurrerent, & populorum accenſos animos extinguerent & furores compeſcerẽt, nouem viris virtute vitaq; probatiſſimis commiſſa res eſt, quorum iudicio ac ſententia Rex Aragonum futurus eligeretur. Fuerunt itaq; huiꝰ rei iudices electi ex Aragonibus, Dominicus Oſcetanus Epiſcopus, qui poſtea fuit Cardinalis, Berengarius Bardaxinus iureconſultus egregius, & Franciſcus Aranditanus eques. Valentinorum nomine fuerunt, Vincentius Ferrarienſis ordinis prædicatorum, qui poſt mortem non ſine multis magniſq; miraculis ſanctorum catalogo fuit aſcriptus, Ludouicus Cartuxanus prædicti Vincẽtii frater, & Petrus Beltranus ſucceſſor Generii Rabaci, qui eo tempore in inſaniam incidit, quam, vt nonnulli volunt, ne ſententiam ſuam diceret, ſimulauit. Tametſi mente captum fuiſſe certiſſimum conſtat. Pro Cathalanis vero Sagariga Tarraconẽſis Archiepiſcopus, Guillelmꝰ Valſeca, & Bernardus Gualbes ſententiam laturi erant. Qui ſimul omnes hanc ob cauſam in Caſpam Aragoniæ prouinciæ oppidum omnium conſenſu ſeſe contulerunt. Vbi complures dies cõmorantes, & vt veri prudentes omnia quæ in poſterum potuiſſent accidere cogitantes, tandem ſeruatis competitorum iuribus, & eorum perſpectis moribus & rebus geſtis, Ferdinandum cæteris prætulerunt. Quem quidem non immerito coronandum iure declararunt. Quorum iudicium, quoniam eorum ſapientiam & vitæ ſanctitatem ſatis perſpexerant, omnes quidem partes diſſentiente nullo tanquam Dei oraculum acceperunt, & cum ingenti omnium lætitia Ferdinandum confeſtim Regem appellauerunt. Qui cum in Caſtellæ regno, vt ſupra dictum eſt, magnum oppidorum numerum magnumq; patrimonium ab Henrrico fratre relictum habuiſſet, Vrracam, quæ mox Leonora nomen accepit, Alburquerqui Comitem admodum diuitem vxorem duxerat. Cuius erant oppida quinq; & Caſtellę principatus qui Hiſpane dicitur Infantatus. Ex qua Ferdinando fœliciſſima proles orta eſt. Quinq; enim filii nati ſunt omni naturæ munere præſtantes. Alphonſus qui patri omnibus ſucceſſit in regnis, ſuaq; virtute proprioq; labore Neapolitanorum regnum adeptus eſt. Rex quidem vnus maximum ſui temporis omnium virtutum ac præcipue liberalitatis exemplũ. Fuit enim munificentiſſimus princeps. Quo factum eſt, vt omnium hominum gratiam facile promeruerit. Sed de hoc alias. Secundo autem loco natus eſt Ioannes, qui cum ex dote Blãchæ Reginæ Nauarræ, Regis Nauarræ nomen & coronã aſſumpſiſſet, deinde Alphonſo fratre ſine legitimis liberis & ſucceſſoribus moriente Siculis & Aragonibus imperauit. De quo iam plenam confecimus hiſtoriam. Poſt Ioannem natus eſt Henrricus, qui ſancti Iacobi ordinis magiſter equitum fuit. Deinde Sanctius, qui Alcantarę & Calatrauæ ordinis militiæ præfecturam geſſit. Poſtremo vero natus eſt Petrus, qui Neapolitano bello periit. Filiæ quoq; duæ, Maria, quæ nupſit Ioanni Regi Caſtellanorum, & Leonora, quæ fuit vxor Regis Portugalliæ. Sed ad Ferdinandum redeo.

Ad Aragoniæ regnum cõpetitores.

Cæſarauguſtanus Archiepiſcopus occiſus eſt.

Iudices ad eligendũ Regẽ

S. Vincentius

UVA. BHSC. IyR_186

DE EIVS ADVENTV IN ARAGONIAM ET CORONATIONE.

IN Caſpæ igitur oppido publice lata p Ferdinando ſententia coram Benedicto Luna ſummo Pontifice, regni proceres oratores ad eum ſtatim miſerunt. Quibus accitus ad accipiendam Aragoniæ regni ſucceſſionem cum liberis & vxore multis Caſtellæ nobilibus comitatꝰ, Cæſarauguſtam venit. Vbi in maximo populorum & equitum totius regni cõuentu celebratis conditionibus & ſtatutis ac obſeruandorum priuilegiorum facta confirmatione, fuit honorifice coronatus in eccleſia ſancti Saluatoris, tertio Nonas Septẽbris. Anno. M. CCCCXII. Qui priuſq; vocatus eſſet ad Aragonię regnum, acre bellũ Mauris Granatenſibus intulerat. Quos Antiquaria & aliis expugnatis oppidis, magnis cladibus affecerat.

DE REBVS EIVS GESTIS POST ACCEPTVM Aragoniæ regnum.

Comes Vrgelli capitur.

VBi vero Aragoniæ ſuſcepit imperium, noui principatꝰ rebus iam cõpoſitis, multa p̃clare geſſit. Et Iacobũ Comitẽ Vrgelli, qui contra eũ rebellauerat, captũ & bonis omnibus mulctatũ cuſtodibus adhibitis in Caſtellam miſit. Vnde mox in Xatiuæ caſtellũ detruſit ꝑpetuo carcere dãnatũ. In quo Comes anguſtię carceris impatiẽs breui tẽpore vitã finiuit.

DE ADVENTV SIGISMVNDI IMPERATORIS ad eum in Hiſpaniam.

ERat hoc tẽpore Romæ lętiferũ ſciſma, & eccleſiæ multorũ annorũ ꝓnitioſa diuiſio, tres enim Pontifices erant. Quorũ vnus Benedictus Hiſpani generis, qui ante pontificatũ Petrus Luna dicebatur, diuerſarũ factionũ veritus inſidias in Hiſpaniã venerat. Qui, vt ſupra ſcripſimꝰ, coronationi Ferdinandi Regis præfuerat. Cuius cauſa Rex Ferdinandus & Chriſti anæ religionis amore cõmotus legatos ad Imperatorem Sigiſmũdũ miſit, rogatũ vt Niſam, quæ ciuitas eſt Galliæ maritima nõ longe ab Hiſpaniæ finibus, cõuenirẽt, vt ſciſma iã diuturnum tollerent, & vniuerſę Chriſtianitati & Dei eccleſiæ cõſulerent. Sigiſmundus aũt Chriſtianiſſimus Imperator accepta legatione ſanctoq; Ferdinãdi Regis cognito deſiderio ſimul cum legatis eius iter ingreſſus Niſam venit. Interim vero Ferdinandus & ſi Valentiæ, vnde legatos ad Imperatorẽ miſerat, grauiſſimo morbo decubuerat, triremem tamẽ ingreſſus è Valẽtia ad Colibritanũ portũ magno dolore fatigatus peruenit. Hinc lectica Ruſſinonẽ oppidum, quod Perpignanũ vocant, delatus indies creſcente morbo vltra ꝓgredi non valuit. Quapropter de valetudine eius certior factus Imperator ad eũ Ruſſinonẽ venit. Cui Ferdinãdus in Hiſpaniã iã ingreſſo Alphonſum cũ reliquis filiis magnoq; numero nobiliũ obuiã miſit. Et interea ſancti Franciſci monaſterĳ, propterea q̃ erat capaciſſima domus, hoſpitiũ parare iuſſerat. Ille aũt cũ veniſſet vbi paululũ cõquieuit Regẽ in lecto iacentẽ adiit, & honorificentiſſime receptus eſt longoq; ſermone vltro citroq; habito demũ familiaribus amotis duo ſoli multa cõtulerunt. Hinc digreſſus Imperator ad Põtificẽ Benedictũ in oppidi arcẽ ſe cõtulit. A quo magnis honoribus exceptus et eius pedes oſculatus Ferdinãdi Regis & omniũ Chriſtianorũ principum ſuoq; nomine multa verba fecit. Cui ſuã & aliorũ voluntatẽ aptiſſime declarauit. Nã cæteri Reges ad Impatorẽ ſua vota detulerãt, & prudẽtiſſime ſupplicauit, vt quẽadmodũ Pontifices alii p cõmuni Chriſtianorũ ſalute & Dei cultu & honore facere parati erãt, ipſe q̃q; Pontificatus onus & dignitatẽ deponeret. Benedictus aũt quo magis ab Impatore rogabat, eo ptinacius ĩ ſua cõtumacia ꝑmanebat, affirmãs vnũ ſe dũtaxat atq; uerũ eſſe Põtificem. Tũc Impator ad Ferdinãdũ Regẽ reuerſus ei Benedicti ꝓpoſitũ retulit. Rex igit et Impator illi obſequiũ denegarũt, & ne qs eũ Põtificẽ diceret iuſſerũt. Quod vbi Benedictꝰ intellexit, metuẽs ne vl capt põtificatũ dimittere cogeret, vel aliq̃d periculũ ſubiret, noctu clã egreſſus ex oppido Colibri ſe cõtulit, ac prima luce triremẽ, quã ibi paratã cũ aliis habebat, aſcẽdit. de cuius diſceſſu rex Ferdinãdus certior factꝰ eqtes ad eũ ſtatim miſit, ſupplicatũ ne diſcedere vellet, ꝓptera q̃ apud ſe

Pontificis Benedicti pertinacia.

UVA. BHSC. IyR_186

tutius esse posset, q̃ apud alium quenq̃. Cui Benedictus per equites ad se missos hoc modo respondit. Men qui te feci in desertum misisti? Alluśit enim ad Regis coronationem. Cui Benedictus Pontifex, vt supra diximus, præfuerat, perinde ac si dixisset, ego te Regem feci, & tu vis me priuare Pontificatu? Hoc responso dato remos impellens in Peninsulam, hoc est in insulam paruulam, quę Paniscula dicitur, apud Valētiam se recepit. Et Sigismundus Imperator ex Hispania discedens ad imperium reuersus est. Rex vero Ferdinandus adhuc infirmus aduersa valitudine Barcinonam venit. Hinc in Aragoniam proficiscens itineris labore defessus in Equalato oppido recidit in grauiorem valitudinem. Qua victus decessit quarto Nonas Aprilis, anno M.CCCCXVI. Aetatis vero suæ. XLIII. Aragoniæ autem regno p̃fuit annos quatuor & menses nouem. Qui sepultus est in monasterio Populeti, Cuius vxor Regina Leonora peractis exequiis in Castellam rediit. Quæ in oppido Methymna cognomento Cāpo, sororum q̃ Sanctimoniales dicuntur, monasteriū condidit nomine Sancti Ioannis Dominarū. Ibi psan cte vixit annos. XIX. & diem suū clausit Nonis Ianuariis. Anno. M.CCCCXXXV.

Obyit ī oppī do Equalato

DE ALPHONSO REGE FERDINANDI FILIO COGNOmento Magnanimo, qui fuit Rex Aragonum. XVII. & vtriusq̃ Siciliæ, & Comes Barcinonę.

AD magnam Ferdinandi Regis fœlicitatem, & inclytam Aragoniæ Siciliæq̃ regni gloriam filius eius Alphonsus ingens omnium virtutum cumulus accessit. Cui? res magnifice strenueq̃ gestas, quę plurimæ sunt & immortalitate dignissimę, ego cōsulto transeo. Eas enim Laurentius Vallensis, & Bartholomęus Faccius, duo præstantissimi viri fideq̃ dignissimi carthis nunq̃ perituris facundissime scriptas reliquerunt. Si quis igitur Alphōsi Regis virtutes & res fortissime gestas summis laudibus excultas cognoscere velit, & Laurentium legat & Faccium, qui de rebus gestis & virtutibus eius magnam & veram confecerunt historiam. Cęterum Laurētianum de Regis Alphonsi rebus gestis opus, quod à multis asserit ab eo æditum fuisse, ego nondū vidi. Bartholomæi vero Faccii magnum volumen, & in decem libros diuisum Neapoli perlegi nuper apud quendam Antonium siue Bernardinum, cui cognomento est Bononia, qui eos Venetorum legatis ad Ferdinandum Regem transcribendos cōmodauerat. Quibus certe libris & recenti fama commotus Alphonsi Regis multas & ingētes virtutes admiratus, illam demum Stoicorum comprobaui sententiam, quæ mihi perdifficilis hactenus videbatur, vt omnes illi virtutes ineśe crederemus, in quo saltem earum vna esse videretur. Atq̃ adeo quidem Stoicorum nunc à me vetus confirmatur opinio, vt nullam prorsus litem deinceps illis intendam. Fuerunt enim in Alphonso Rege virtutes tam cumulatæ & perfectæ, q̃ multæ. Quę non modo magnis historiis ac fama circūferuntur, verūetiam multis adhuc viuentibus & Hispanis equitibus & Siculis, qui rebus ab eo gestis interfuere, memorantur. Ipse quoq̃ memini post captam Neapolim quod Siculos maximis honoribus illustrauit, quibus ampliśima munera tribuit, quorum domus & genus præclaris nobilitatis titulis ornauit, quos equestris ordinis dignitate censuq̃ donauit.

L. Valla. Bartholomeus Faccius.

DE EIVS ELOQVENTIA ET ERVDITIONE

CVius ego virtutes & res gestas mecum cogitans, illud vnum quod rariśime contigit, nostris præsertim temporibus, persæpe mirari soleo, q̃ summus Princeps & quinquagenarius & maximis plurimisq̃ curis districtus ad Latinas literas respexit, earumq̃ desiderio commotus & amore iam captus à primis grāmaticæ rudimentis veluti puer omni cura solut? discere cœpit. In quibus Laurentio Valla & Antonio Panormita præceptoribus vsus breui quidē tempore plurimum profecit. Hinc poetas & oratores omnes totius Italiæ atq̃ Sicilię, quorū consuetudine mirum in modum delectabatur, mirifice iuuit & q̃maxime coluit. Qui vbi scientiæ fructum gustare cœpit, ampliśimam & pulcherrimam sibi suisq̃ literatis hominib? bi

Quinquagenarius Latinis lr̃is operā dedit.

UVA. BHSC. IyR_186

Omnium librorū bibliothecā ſtituit.

bliothecam comparauit, libris q̄ plurimus conquiſitis & emptis immēſo prēcio. Quos uatem venales inuenire non poterat à publicis & priuatis bibliothecis cōmodato dum trāſcriberentur accepit. Atq̄ multa Græcorum volumina cuiuſcūq̄ ſcientiæ per viros eruditos & eloquentes in latinum ſermonem traducere diligentiſſime curauit. Cuius auſpiciis & ampliſſima liberalitate nimirum latinæ litterę, quę iam pridem miſerandam iacturam fecerāt & penitus ad interitum peruenerant, fuerunt ad priſtinum ſtatum & meliorem cultū reſtitutæ, in magnoq̄ precio ac veneratione habitę. Floruerunt ſub tanto principe quidem non ſolum bellorum duces & in re militari fortiſſimi equites, ſed etiam vates & rhetores omnes, in omni genere literarum indulgentia ſummi Regis excitati. Qui quanta & ipſe claruit eloquentia ſcripta quidem eius & orationes quędam facile declarant. Quarū, quoniā de rebus eius geſtis mentionem nullam ſum facturus, aliquid hic apponere placuit, vt cæteri principes aut inuidia palleāt, aut idem facere ſtudeant diligenter.

DE EIVS SERMONE CONSOLATORIO ad Gabrielem Surrentinum familiarem.

VT vales mi Gabriel! Medici quidem te extra mortis periculū eſſe affirmant, ſi modo illos obedienter audias. Quod vt facias te hortor atq̄ etiam rogo, ne ſecus faciendo ipſe tuæ mortis cauſa fuiſſe infameris. Et in medicis quidem haud paruū præſidium vitæ eſt, verū in Deo multo maius ac certius. Is em̄ nō vitę modo, ſed mortis etiā ſanitas & ſalꝰ eſt. Illū ergo in primis ante oculos habeas, illi tota cogitatione adhęreas, q te fecit q te à morte moriēs redemit, q te iudicaturꝰ eſt. Illū ſi q̄ndo offendiſti, nūc cōtritione, oratione, cōfeſſione, & ſacris miſteriis tibi places ac propitiū reddas. Hęc cum feceris, & facies ſcio, & quidē deuotiſſime ſi bene pietatem ac conſtantiam tuam noui, hæc inq̄ cum feceris, illius poſtea voluntati ac miſericordiæ læto & forti animo te permittas. Solus enim, quid nobis profuturum, quid contrà nociturum ſit, prænoſcit. Nec te timor aut potius opinio mortis offendat. Mors quippe bene puręq̄ morientibus vita eſt. Hinc & diſolui cupiunt qui bene vixerūt & eſſe cum Chriſto, vt bene actæ vitę præmium conſequantur, lumen ęternum. Et profecto mors vitę principium eſt, atq̄ eius vitæ, quæ neq̄ doloribus, neq̄ metui, neq̄ inuidiæ, neq̄ ęrumnis vllis ſubiecta eſt, neq̄ ipſi quoq̄ morti quicq̄ obnoxia. Et ſi altius aliquanto repetamꝰ, inueniemus, mortem nihil aliud eſſe q̄ peccandi finem. Nam cum Adā contra mādatum Dei in flagitium lapſus eſſet, ne viuendo culpa reuiuiſceret, & in peccato perſiſteret, eius corpus ę terra factum, terræ Deus reddidit. Non vt creaturę, quam fecerat, ſed vt peccato quod creatura ipſa cōmiſerat finem imponeret. Deus igitur & principium & finis, cū is vult, naſcimur, cū vult etiā morimur. Et ſunt hæc prorſus quidem diuinitatis ſuæ nihil ad nos pertinentia. Illud vero tantūmodo nō reliquit arbitrio, vt bene rectęq̄ viuendo bonum nāciſceremur finem. Hoc itaq̄, quod vnum noſtrum eſt, id eſt vt in Chriſto domino moriamur ſumma ope adniti debemus. Quod qui faciunt non plane moriūtur, ſed tranſeunt à corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem, à perturbationibus ad tranquillitatem. Non abſurde fortaſſis quidam exiſtimarunt mortem non modo malum non eſſe, ſed bonorum omnium maximum. Verūenimuero quoniā euocationis diem neq̄ horam nobis ſcire datum eſt, perq̄ ſalubre fuerit nos prępara tos eſſe cū deo ſentientes & mandatis eius obſequentes nec diē diferre tutum eſſe, ſed inſi pienter factum potius exiſtimādum. Plęroſq̄ enim vidimꝰ ſumma corporis incolumitate repente interceptos. Contra nonnullos vſq̄ ad medicorum deſperationem redactos cōualuiſſe. Ego quidem in pręſentia, vt vides ſanus integer & validus ſum, adde & tot tantorum q̄ Rex regnorum, opibus, potentia, exiſtimatione fortaſſis non impoſtremis. Sed nunquid profutura hæc mihi quicq̄ intelligā ad horam mortis dignoſcēdam? aut ſi intelligā, putem me vel temporis momento illi reſiſtere, aut repugnare poſſe? minime. Cum hæc igitur omnia in Dei tantum poteſtate ſint, nihil nobis reliquū videtur niſi cū Deo bene ſentientes eius præceptis

Dictum ſapienter.

UVA. BHSC. IyR_186

vt diximus cum in omni vitā, tum in vitæ termino maxime obediamus. Sed quoniam te verbis meis alacriorem aliquanto factum intueor, pergam te monere, & iis quidem monitis, quibus hæc breuis hora non modo sine metu, sed cum gaudio quoq; transigenda videatur. Credimus firme omnes, q̄ Deus hominem fecerit ad imaginem & similitudinem sui. Nec cum fecerit, credim⁹ corpus fecisse sui simile, sed inflasse illi spiritum, id est, animam ad similitudinē sui. Id cum ita sit, quid nobis fœlicius potest accidere, q̄ dimittere luteum corpus, viciorum sarcinam, & ad eum euolantes redire, qui nos non dedignatus est ad similitudinem sui facere? quo spiritus noster diuino ipsius spiritu repletus diuinitatis particeps & fœlicitatis eius agat ænū, perpetuo inter angelos & sanctorum choros? Et quoniam nos similes sui natura creauit, & simile appetat simile, oportebit nos legi naturæ parere, hoc est, ipsi Deo, vt nemo vnq̄ sapiens repugnauit. Natura ergo rapimur ad fruitionem Dei, ad quam ne id refugias, nisi morte migrandum est nemini. O ineffabilem Dei benignitatem, dedit iis qui credunt in nomine ei⁹ vel Dei filios fieri posse. Et adhuc veremur mori? atq; id statim facere, quod velimus nolimus quandoq; facturi sumus. Sane nisi Deus id expresse vetuisset, non expectanda sed conciscenda nobis mors esset, quo citius anima nostra peueniret ad patrem rerum omnium & factorem & dominum, quo simplicitatem, puritatem, æternitatem, atq; vt ita dixerim, Deitatem recognosceret & recuperaret suam in contemplatione rerum cœlestium & cōsortione sanctorū. Quid nos ita non dicam amplius mors sed agitatio mortis deterreat? a quo momento temporis absoluimur? Et in qua, aut nullus est sensus, aut certe breuis quidam efflatus, & is quidem æquanimitate lenior ac facilior. Adeo ne molles aut insolentes erimus, vt quod omnib⁹ prorsus subeundum est iter, nobis vnis haud esse subeundum arbitremur? Adeo ne stulti atq; dementes, vt nobis naturam, non naturæ nos parere debere cogitemus? Atqui viridiore è vita exeo in flore ętatis. Quid refert obsecro q̄ cito quis exeat si semel exeundum? Nunq̄ ne animaduertisti, q̄ quo magis crescimus, eo magis decrescit vita? Quanq̄ per immortalem Deum quid in hac vita potest esse diu, cum ipsa etiam hominum longissima vita perbreuis sit, & pūcti instar iudicanda, si cum æternitate eam conferas? vt non temere fortassis credendum videatur, non ex interuallo aliquo, sed vna eademq; hora homines mori & nasci omnes. Cæterum is mihi demum viuere videtur, & in ætate adhuc imperfecta vitam perfectam ducere, qui vsq; ad sapientiam, id est, vsq; ad cognitionem Dei vixit, qui conscientia sua fret⁹ mortis fiduciam præ se ferens læto atq; hilari animo obeat aut abeat potius. Et si vis etiam dinumerentur anni & seruetur ordo, vt libet, qd tibi paucorum annorum accessio boni potuisset afferre? aut quid nō mali potius? Tibi summa nunc tui principis gratia, tibi fratres & parentes incolumes, tibi patriq; ipsius tuæ & haud paruus propterea dominatus, tibi facultates & copiæ non mediocres, sed horum pleraq; fortunæ temeritate regūtur. Quæ certe nobis pro gratia inuidiā & maliuolentiam subegerit, pro sanitate morbos & ægritudines, pro dominatu seruitutem & exilium, pro fluentia & diuitiis paupertatem & inopiam, pro bona ætate tædium atq; odium. Hi nimirum hi fructus sunt, quos præsens vita acerbissimos exornare consueuit, quos euitare & morte præcidere sapiēs vir, si liceat, debet. Et tūc secū bene fœliciterq; actū esse existimare, si cum hęc fucata & fallacia bona sibi arriserint, ea deserat. Nec vero te vlla de parentib⁹ aut fratribus, quos relicturus fortassis es, subeat sollicitudo. Eos quidē mihi cordi iā iāq; esse & fore scias, nō minus sanē, ne qd ardētius dicā, q̄ te ipsum, in cui⁹ recordationē Marinū fratrē & ipsum p̄clarę spei adolescentulū in tuos honores, in tuas fortunas & fortunaq; spē ꝓtinus assumo. Tu vale æternū, & si mādatis meis impigre semp obtēperasti, nunc si à Deo Opt. Max. ac regū Rege tibi vitæ exitus denunciari videatur, lætus agensq; gratias pare & obtempera. ¶ Hac oratione confirmatus & erectus adolescens paulo post hilariter & cum Dei mira cognitione migrauit. Rex illi inferias magnifice persoluit, & sepulchro huiusmodi distichon exculpi mandauit.

Ingeniosa locutio.

Quando dicitur homo fœlix.

¶ *Qui fuit Alphonsi quondam pars maxima Regis*
Gabriel hac modica nunc tumulatur humo.

UVA. BHSC. IyR_186

ORATIO EIVS AD FERDINANDVM FILIVM contra Florentinos proficiscentem.

COmpulsus tandem Florentinorum iniuriis, quas nobis ac Venetis sociis & amicis nostris quotidie inferre pergunt, constitui animo te, quo nihil habeo in vita charius, aduersus eos cum hoc exercitu mittere. Speras Dei ope, qui iusticię fauet, & tua atq; horum militum virtute fore, vt acceptas iniurias vlciscamur. Simul vt cognoscat iniuste se fecisse, qui cum hostibus nostris fœdus atq; amicitiam iunxerint, seq; in eo errasse, neq; satis recte eorum reipublicę consuluisse. Et quo id alacriore animo suscipias agasq;, hosce veteranos commilitones meos mihi chariſſimos, quos tibi magnæ glorię, si iis vti scieris, futuros reor, trado tuæq; fidei mãdo, quorum virtus ac fides, multis meis magnis laboribus ac periculis superioribus bellis mihi nota & spectata est. Quorum opera omneis ad hunc diem victorias & Neapolitanũ hoc regnum triumphumq; adeptus sum. Quibus denicq; adiutoribꝰ ac bellicis magnam Italię partem maiorum nostrorum imperio & gloriæ adiecimus. Hos velim in primis ames charosq; habeas, putesq; nihil ne vitam quidem ipsam à me tibi commendari posse diligentius. Quod cum feceris, meam à te gloriam amari expetiq; tunc denicq; existimabo. Hos vide ne temere in discrimen mittas. Nec vero multum à te cohortandi aut oratione incitandi erunt, si quid periculi subeundum fuerit, magis a te reprimendus moderandusq;, q̃ verbis accendendus eorum animus erit. Tales tibi viros ad necessarios casus reserues facito, in quibus scilicet de dignitate tua agatur aut fama. Nec vero apud me dubium relinquitur quin eos ita habiturus sis, vt Imperatorem eundem habere se sentiant. Id autem te ante omnia monitum velim, ne tantum tuæ aut horum militum fortitudini fidas, vt arbitreris absq; diuina ope à te hostes superandos. Victoria enim non ex hominum consiliis, sed ex summi Dei voluntate ac potestate proficiscitur. Tum denicq; tibi militares artes profuturas scito, cum Deum tibi pietate ac iustis factis propicium reddideris. Eum igitur si vincere expetis, pura mente colito, spemq; omnem victoriæ in eo reponito. Et si quando, quod solet in bello contingere, tibi quidquã aduersi acciderit, quo existimare possis ipsum Deũ tibi subiratum esse, vide ne ab eo per impatiẽtiam aut animi perturbationem discedas, sed potius satisfaciendo ei reconciliari studeꝰ. Solet enim Deus quos diligit interdum malis afficere, & quos constantes in aduersis videt, rursus in meliorem fortunã restituere. Existimationis diligentiſſima tibi ratio habenda erit, putandumq; nihil ea re in humanis rebus pluris esse aut fieri debere. Quippe cum victoria nonnunq̃ magis existimatione & fama, q̃ militum robore ac virtute comparetur. Et victoria quidem sæpe cladibus mutat̃, at fama si cum probitate & fide coniuncta fuerit, & permanet & cum omni ęuo perdurat. Honestati itaq; a te incumbẽdum erit, qua detracta, nec principi illi Deo placere, neq; apud mortales autoritatem vllam stabilem aut gloriam consequi possumꝰ. Venetorum vero amicorum ac sociorum nostrorum rempublicam nostram esse existimato, eamq; non minore studio ac diligentia, q̃ statum nostrum defendito. Pro qua quidem conseruanda & amplificanda, nec sumptui nec militum labori parcas iubeo. Cum iis eo animo societatem iunxi, vt quãdiu nobis vita contigerit, omnia eorum prospera & aduersa mihi communia habiturus sim. Nec te ab hoc proposito deterreat, aut pecuniæ, aut alius cuiuspiam rei indigentia. Namq; omnia quę bello vsui fuerint, tibi a nobis abunde suppeditabuntur. Et vt vno verbo agam, non magis tibi quam mihi ipse defuturus sum, vt scias si modo tibi ipse nõ defueris nihil tibi per nos defore. Illud postremo obseruato ac mandato memorię, in quo tua laus & gloria eluceſcet. Si qui ex hostibus antequã oppugnentur in deditionem veniant, eos benigne in fidem tuam recipias. Ac si qui fortasse obstinatioribus animis diuturnam obsidionem pertulerint, cum in potestatem tuam venerint, clementiam potius, quam illorum pertinaciam respicias. Magisque quid te ac gente nostra, quæ semper crudelitatem odio habuit, quã quid illis dignum fuerit cogites. Quę si obseruaueris & nobis lętitiam & tibi gloriam paries.

Bonus princeps.

Oratio

UVA. BHSC. IyR_186

ORATIO DOMINICI FIRMANI CARDINALIS
ad eum pro Italiæ pace conciliãda.

REm ſanè facilem & tibi vltro expetendam (vt pro omnibus his legatis verba faciã) à te Rex oratum venimus, pacẽ ſcilicet ac ſocietatem tuã, quorum vtrumq; & dare & accipere tuæ bonitatis eſt, præſertim hoc miſerrimo tempore, quo vniuerſo Chriſtiano generi ac religioni noſtræ ſanctiſſimæ periculum ab exteris nationibus impendet. Quę cauſa imprimis hoſce populos ac principes mouit, vti armis poſitis cõmuni quieti conſulerent. Nec vero putes ab hiſce in agenda pace contẽptui eſſe aut neglectui habitum, q; eam te incõſulto fecerint, ita enim fieri neceſſe fuit, quo facilius conficeretur. Quæ fortaſſe aliquanto plus difficultatis alioquin fuiſſet habitura. In ea enim haud præterita eſt honeſta de tua dignitate mẽtio. Sed & tibi relictus & cõceſſus eius ineundæ locus. Nec tu id in ſtatus tui detrimentũ aut dedecus vllum factũ arbitrere. Quod ſi te non alia ratio moueret, q̃ Italicę quietis, q̃ puincia diutiſſime exagitata atq; inteſtinis bellis vexata eſt, ita vt qui vicit ſimilior victo videatur, eſſe tamen & æquitatis & humanitatis tuæ cõmunem hanc pacem & ſocietatẽ amplecti, vt tandẽ aliquãdo, quantum in te eſſet, quieſceret. Atq; vt hanc ex ea pacata laudem gloriamq; tuarum laudũ cumulo adiiceres. At cum in præſentiarum non de ea pacãda, ſed potius de tutãda & conſeruãda agatur, multo magis debes communi huic fœderi & conſentienti cęterorũ populorũ ac principum volũtati acquieſcere. Imminet enim nobis bellũ & graue & periculoſum, quale multis iam ſæculis in Italia non auditũ. Agitur ſalus Italiæ, agitur ſalus totius Chriſtianæ Reip. agit̃ ſalus ſanctiſſimę religionis noſtrę. Mahometus atrociſſimus Chriſtiani nominis hoſtis non cõtentus capta Conſtantinopoli, quæ vrbs à Conſtantino potiſſimũ aduerſus Theucrorum impetus condita eſt. In cuius expugnatione, quas cædes, quę incendia, quas rapinas, quos inceſtus, quas templorũ violationes, quas ſacrorum corporũ prophanationes, quæ Chriſti Dei noſtri, quę virginis ſanctiſſimæ ludibria commiſerint nõ es neſcius. Nõ contentus in q̃ Græcia oppreſſa, quæ aut iam omnis paret, aut metu eius cõtremiſcit. Non contentus denicq; finitimarum gentiũ obſequio, emergere iã è Græciæ clauſtris, atq; in Italiã erũpere, Romamq; caput ac ſedem ſacroſanctæ religionis noſtrę petere velle minitat̃. Nec ſolũ nullã accepit pro tantis ſceleribus ſuis pœnã, ſed tertiũ iã annum Thraciæ Græciæq; dominat̃. Omni interim poſt captã Cõſtantinopolim tẽpore ad cõparandos exercitus cõtrahendaſq; vires ex quibuſcunq; gentibus collato. Perſuaſit ſibi hoſtis callidiſſimus, ſi diſſentientẽ Italiam inuenerit, ea ſe facile potiri poſſe. Hac aũt ſubacta, cęteros Chriſtianos populos ac principes imperata facturos. Properat hoſtis acerbiſſimus, quo nos bello contendentes improuiſo opprimat, nullũ tempus peſtiferis conſiliis eius exequendis aptius exiſtimans. Nec fallent eũ profecto cogitationes ſuæ, ſi ocioſi illius conatus expectabimus. Si non occurrerimus eius furori. Tãta eſt eius potẽtia, tãta auri atq; argenti vis, tanta claſſium moliendarũ opportunitas, tãta denicq; eius hominũ in bella multitudo. Clauſum eſt iam mare Aegeũ nauibus noſtris, nec ampli⁹ niſi plures ſimul onerariæ, eęq; magnæ Aegei maris inſulas & oriẽtales oras, qb⁹ in locis Chr̃ianis negociatorib⁹ vberrim⁹ q̃ſtus ſolebat eſſe, adire iã nõ poſſunt. Clauſum eſt nobis mare Põticũ, & ipſum generi nr̃o fructuoſum, caſtellis tranſitũ impediẽtibus in ipſo Boſſoro Thracio ab vtroq; littore excitatis. Habet p̃terea in bellũ cõſentiẽtes Scythas genus hominũ, & multitudine & corpor̃ robore, & bellãdi artibus formidabile, qui Chriſtianor̃ oppida, q̃ in Põto ſunt, aut breui opprimẽt, aut certe quieta eſſe nõ ſinẽt. Diuiſit iã in omnes partes Barbarorũ & infideliũ nationũ oratores ad eos maxime, q̃s mari viciniores expeditioni ſuæ p̃deſſe poſſe intelligat, vt illor̃ auxiliis atq; opib⁹ ſuffult⁹ incorruptiſſimã fidẽ noſtrã fũdit⁹ euertere, ac ſacrilegi illi⁹ Mahometi, q̃d De⁹ auertat, nefandis legib⁹ ſubiiciat. Nec dubiũ eſt qn & Syros & Afros & Mauros reges & cęteros etiã à mari remotiores aduerſus Chr̃ianos in belli ſocietatẽ trahat. Mira eſt em̃ vis religionis, q̃ etia ſi mala ac deteſtabilis ſit, tamen animis ſemel inſita ac penitus impreſſa, inflãmare homines & concitare ad ſui timorẽ ſolet. Omnes enim quã ipſi colũt religionẽ potio

Magna eſt legis uis & religionis.

UVA. BHSC. IyR_186

rem ac sanctiorē aliena putant. Hæc mala Italię atq; pericula sola pax atq; cōsensus vel tollerē, vel subleuare potest. Tantū enim est Italię in armis nomen, vt vel solo rumore cōfectæ pacis ac publici fœderis possit insolentissimū hostem à pernicioſis conatibus suis absterrere. Sed nec hoc quoq; satis est. Duce enim & autore opus est, præsertim bello maritimo, in quo maxime victoria reposita videatur. Qui enim pl⁹ classe potuerit, facilem profecto terrestris belli victoriam cæteris reliquerit. Nam quādiu mare illi tutum ac liberum fuerit, nec cōmeatu nec milite propter vicinitatem terræ Asiæ ac paterni regni ꝓhiberi poterit, quo cōmercio atq; opportunitate sublata, aut fame aut ferro vincatur necesse est. Te autē vno neminem aptiorem ad tantū imperium gerendum arbitrantur, omnes ad te summo consensu hanc præfecturam deferunt. Vident in te omnia abunde esse quibus eiusmodi Imperatorem prædictum esse oportet. Sūmam scilicet belli sciētiam, egregiam virtutem, amplissimā autoritatem, maximā fœlicitatem. Quarum omnīū rerum mirifica exēpla iis quæ gessisti bellis demōstrasti, Neapolitano, Marsilienſi, Hispaniensi, Affricano. Vident etiam id quod maxime ī huiusmodi bello requirit̄, te maritimis copiis ac nauib⁹ plurimū posse. Tātūq; Maiestati tuę tribui, vt nulla Italiæ ciuitas, nulla classis futura sit, quæ tua signa nō libens sequatur, quæq; mādatis tuis parendū nō exisſtimet. Quæ res maxime in hac expeditione necessaria existimatur, cæteris enim æqualitas ipsa inuidiam excitat, nec alios aliis præesse patit̄, tibi omnes prōptissime absq; inuidia obtēperaturi sunt. Nec vero etsi antehac magna & præclara facinora gessisti, superiora bella tua cū hoc bello gloria cōparāda sunt. Illa enim superiora habent fortasse aliquid quod nō omnes ꝓbēt, quoniā nō sine Christianorū sanguine cōfecta sint. Hoc autē verā & solidā & constantē omnium opinione gloriā in se habet, q; cōtra Barbaras gentes, cōtra religionis persecutores atrocissimos suscipitur ac geritur. In quo qui interficit, magnum pietatis locum sibi apud Deum immortalē vendicat. Hoc tuū factū omnes vno ore laudabūt, & cōsentiēti fauore ꝓsequent̄. Nec erit vllus tā iniquus rerū æstimator, qui nō illud omnibus rebus hac ætate nostra ab omnib⁹ Regibus gestis merito anteponendū iudicet. Hāc igitur prouinciā quo possis suscipere, cōmunem hāc Italiæ pacē ac fœdus ineas oportet. Nā absq; hoc nec Italiæ vires componi, nec magnū aliquid mari geri potest, præsertim cōtra hostem potentissimum. Qui post̄q; Constātinopoli potitus est, nihil omnino prætermisit tēporis ad ædificādas classes, cuius rei magnā ei cōmoditatem præbet, & loci situs, & materię copia, quæ in ea regione permagna est. Hoc vt agas à te petit vehementer Nicolaus Pontifex Maximus, à quo ego legatus ad te venio. Qui imminentibus periculis fidei ac reip. Christianæ obuiā iri quāprimū expetit. Hoc te orāt hi legati clarissimi viri, hoc te omnis Italia, hoc te vniuersum Christianū genus, vt te duce maritimi belli in cōmunibus periculis vti queat. Noli obsecro Italiæ deesse, Rēp. Christianā sanctissimā religionē nostrā, quantū in te est, tuere ac serua. Noli pati fidē nostrā ruere, in qua animarum nostrarū salus cōsistit. Occurre impendēti malo. Noli expectare dū immanissimę gentes Christiano nomini inimicissimę ad tantū bellū coeāt, quod sustinere tota Europa non valeat. Nā quota pars orbis terrarū Europa est, cuius etiā magnā partē Scythæ tenent. Tātos possunt hæ gētes exercit⁹ cōficere, vt illorū tātummodo aspectū Christiani ferre vix possint. At si maturabimus, omnia nobis secunda erūt. Recepta enim maris possessione cū in Greciā, Thraciā exercit⁹ nr̄i trāsmiserint, Mahometi furor cohibebit̄, & cæteræ gētes rei euētū tacite expectabūt. Caue Rex p̄termittas hāc sempiternæ ac veræ gl̄iæ occasionē, q̄ tibi à Deo immortali p̄missa & parata est. Cogita quāta sit eorū principū gl̄ia, q ꝓ Chr̄iano noīe vel amplificādo vel cōseruādo aduersus hostes religionis nr̄ę bella gesserūt. Carol⁹ ille Frācorū Rex, q Aqtaniā et Gallīā Togatā & Thraciā, & alias quasdā gētes è manu barbarorū ereptas ad fidē nostrā redegit, & Magni appellationē meruit, & q̄diu orbis terrarū stabit ab omnibus mortalib⁹ pleno ore laudabit̄. Gotfredi nomē, q Hierosolimas et Chr̄i Dei nr̄i sacratissimū monumētū eiectis Syris aliquādo recepit, qui postea locus rursum in eorū potestatē nostra negligētia recidit, in omnib⁹ gētibus perq̄ illustre est. Sigismūdi Impatoris gloriā, q cōtra hosce Theucros sæpi⁹

Nicolaus Pōtifex.

Laus Caroli Magni.

UVA. BHSC. IyR_186

prosperè pugnauit, nulla vnq̃ ætas conticescet. Ioannis Vaiuodæ, qui toties sua virtute: tq̃ consilio huius Mahometi patrem prælio fudit ac vicit multis Theucrorum milibus cęsis, quã ta sit fama apud omnes vides. Sed nil te magis commouere debet, q̃ religionis nostræ sanctis simæ discrimen, in qua animarum nostrarum fœlicitas sempiterna continetur. Pro hac decertandum, pro hac fundendę vires, pro hac deniq̃ vita ipsa exponenda est. Si tu pacem hanc & fœdus Italicũ aspernabere, reliqua Italia obtorpescet, aut de bello intestino sollicita erit. Qua cessante aut de maritimis apparatibus nihil cogitante cęteri Christiani principes ac populi, q sibi remotiores ab hoc incendio videntur, & ipsi quoq̃ omnissis belli curis domi se continebunt. Quapropter amplectere obsecro hanc communem pacem ac societatem, quæ communis non solũ Italię salutis, sed & totius Christiani generis atq̃ ordinis causa instituta est. Teq̃ ad bene merendũ de toto genere Christiano de Italia præsertim, quę te tanq̃ Ducẽ & Imperatorẽ suũ respicit, natũ esse ostendet. Pro qua quidẽ re cõponẽda in iis, quæ ęqua & honesta postulaueris, hosce legatos & eorũ ciuitates ac principes eã ob rẽ ad te ꝓfectos faciles reperies.

RESPONSIO EIVS AD LEGATOS.

NVnq̃ mihi adeo secundæ res aut domi aut belli fuere, quin si cũ bello pacem cõmutare licuerit, bello pacem prætulerim. Nec vero nisi aut lacessitus aut pro sociis ad hunc diem arma suscepi ac gessi. Nec me tã ratio vlla mouit imperii aut regni augendi, quod Dei munere satis esse amplũ atq̃ opulẽtum scio, q̃ meæ ac populariũ meorũ quietis ac tranquillitatis. Isq̃ semper finis cõsiliorum meorum fuit, vt absq̃ iniuria in pace viuerem. In bello pacem, nõ in pace bellũ quærere soleo. Et si quando à nobis hostis pacẽ petiit, nũq̃ eum aspernatus sum, nunquã reieci, sed honestis cõditionib⁹ petitis pacẽ dedi, proq̃ amico postea habitum passus regnorũ meorum cõmercio perfrui. Hoc posterius bellũ Florentinũ, iam neminẽ nescire arbitror, Venetorũ sociorũ & amicorum causa nõ vlla cupiditate mea à me susceptũ esse. Quos cũq̃ vrgeri premiq̃ ab hostibus cernerẽ, nõ fuit æquitatis meæ in tanto status discrimine destituere. Ita si à me esset petita pax, vt à Venetis, nõ fuissem ꝓfecto durior in ea cõcedenda, q̃ ipsi Veneti, quorũ gratia bellũ susceperã. Nec debuit certe, vt Venetorũ pace loquar, res tanta ꝑsertim q̃ mea tãtopere referret, me iscio atq̃ incõsulto agi. Sed q̃ acta sunt redargui magis, q̃ emẽdari queũt. Ego ꝓ me stare nolim, quin hęc pax atq̃ societas cõmunis fiat. Nolo consentienti Italiæ deesse, potissimũ cũ hãc ipsam societatẽ ac pacẽ quemadmodũ ipsi disseruistis ad totius Christiani generis salutẽ & cõseruationẽ ꝓtinere agnoscã. Video enim quorsum tendãt Mahometi huius insolentissimi conatus, video qd struat ac moliat tantarũ classiũ atq̃ exercituũ apparatibus, video quo spectet illius audacia, quoue sit ꝓtinacia & cupiditas eius euasura. Si fuissem bello vacuus, omnes ꝓfecto iã vires in ei⁹ pniciẽ cõuertissem, nec essem passus quãtum in me fuisset, eius furorem euagari latius. Sed bellũ cõsilia mea conturbauit. Quo nunc liberatus Deo volẽte ꝓpositũ meũ ꝓsequi potero. Ego enim labẽti reip. Christianę deesse, nec volo nec possum, & vel Dux vel Comes huius glorioſissimæ expeditionis ire nõ recuso. Tantũq̃ abest vt eã deserere in animo habeã, vt omnes copias ac facultates meas in eã rẽ collaturi⁹ sim, ne vitæ qdẽ parsurus. Statui enim ꝓ illius religione defendẽda vitã exponere, q ꝓ humano genere conseruãdo vitam exponere non dubitauit. Sic maiores mei, sic ego ab adolescentia institutus sum, vt diuinam religionem omnibus rebus anteponam. Sed si honesta concedentur atq̃ postulabuntur, nec Pontificis Maximi, cuius autoritatem plurimi facio, nec horum populorum ac principũ voluntati refragabor, atq̃ huic necessariæ expeditioni seruiam.

Mos egregius

Verum adagium.

EIVS ORATIO AD CARDINALES ET ITALIAE principes in expeditione contra Theucros.

SCio plærosq̃ vestrũ demirari patres venerabiles & inclyti proceres, ꝓ cum toties de expẽditione in Theucros verba fecerimus, eamq̃ miro cõsensu omnes capessendã cẽsuerim⁹, cur illa hactenꝰ à me dilata ac penè derelicta videatur. Quod equidem nolim arbitremini, aut

UVA. BHSC. IyR_186

negligentia mea, aut pusillanimitate fortassis accidisse. Nam & bellum hoc nobis necessarium visum est, & vtcunq; tandem omnino suscipiendum. Verum dū alios Europæ principes respicio, ad quos huiuscemodi belli cura vel autoritate vel potētia aut rerum peritia magis pertinere videbatur, in hunc vsq; diem rem distulimus, certe ne insolentiæ aut arrogantiæ argui possem⁹. In præsentia vero cum illorum neminem ad hanc rem animum intendere animaduertā, ac propterea hostium animos idies magis crescere atq; insolescere, statuo si id quoq; vobis visum fuerit, bellum ī Christi domini ac Christianorum hostes vlterius non differe, non quod ad tantam belli molem per me ipse satis omnino esse confidam, sed q; in Christo, cui⁹ res maxime agitur, q̄plurimum sperem. Hic enim & vires nobis & opes & industriam & deniq; victoriam suggeret. Nam si nunq; sperantes in seipsum dereliquit, cur nos, qui nō in nostra potētia, quę nulla est, sed in eius brachio & benignitate confidimus, destituat? præsertim ei⁹ ipsius iurias vlciscentes? Bellum quidem contra eos susceputi sum⁹, qui Christi summi & singularis Dei templum fœdauerunt, Mariæ matris effigiem sagitta per ludibrium transfixerunt, sanctorum martyrum reliquias partim igni, partim canibus edendas abiecerunt. Quo quidē in bello si vicerimus orbis terrarū præmium erit, si victi fuerimus cœlum. Vtcunq; igitur res cędat magna nobis & immortalis gloria paratur. Verū ego beneficia omnipotētis Dei nonnunq; mecum reputans, tria illa vel præcipue cōmendare ac præferre soleo. Primū q; me non beluā, sed hominem, hoc est animal ratione prędituⁿ fecerit, alterum q; Christianū, tertium q; tot tā torūq; regnorum Regē & dominum. Sileo p̄ter hęc plura. Sed his tribus tantū Deo optimo ac benignissimo me obligatū & obnoxiū sentio, quibus mihi nisi mortalium ingratissimus esse & haberi velim, haud amplius oscitandū aut torpescendū sit, neq; expectandū an quid alii moliantur aut parent, sed rūpenda potius mora classiq; habenæ immittendæ. Nā per immortalē Iesum, qd est quod verear quo minus bellū hoc honestissimū ac pijssimū amplectar? an ne corpusculum hoc? an ne regna & reliqua bona? an ne deniq; animā ipsam amittā? Verū hęc omnia, vt à Deo mihi cōcessa, ita ipsi Deo tandem restituenda sunt. Vt plane profitear quicquid huic bello destinandū sit meum nō esse, atq; ei, cuius id est, iure ac merito reddi debere. Bellū itaq; nobis proponitur, in quo nihil quod nostrum sit perdere possumus, sed in quo etiā perdendo vincamus perpetuamq; fœlicitatem adipiscamur. Sat mundo seruiuimus, sat voluptatibus concessimus, reliquū ætatis Deo dandū & consecrandū est. Victoriam olim de sęculari regno dimicantes consecuti sumus, quid speram⁹ fore si de Christo ac pro Christo pugnam omniū pulcherrimam subierimus? Perpudeat iam Christianos & Christianorū principes tot populorū a Mahometanis debellatorū, tot Regū Procerūq; interemptorū, tot hominū in seruitutē adductorū aut in Mahometanā p̄ditissimā hęresim redactorū, virginū stupratarum, Dei veri ac sanctorū imaginū subuersarum, atq; huiuscemodi prope innumerabilium cōtumeliarū. Et iā cogitemus capta Cōstantinopoli, hoc est claustris Asię diffractis, nisi hostium conatibus statim obstiterimus, de nobis deq; Christiana religione protinus actū esse. His atq; aliis rationibus adducor, si vos itē annueritis bellū pro fide catholica contra Theucrum, quod nobis atq; omni Chr̄ianæ reip. faustū fœlix & fortunatū sit cōfestim suscipere. Auetote

Tria Dei magna munera

DE EIVS VXORE ET LIBERIS ET LOCO ET TEMPORE MORTIS.

VXorem duxit Alphonsus Mariā Henrrici Castellę Regis patrui sui filiam. Ex qua prolem nullā suscepit. Ex aliis tamē mulieribus Ferdinandū genuit filiū, quē primū Calabriæ Ducē, & deinde moriens Regem Neapolis instituit. Habuit p̄terea filias duas, Mariā quę fuit vxor Marchionis Ferrariæ, & Leonorā, q̄ nupsit filio Ducis Sueſſani, cui dedit Rossani principatū. Argonū vero & Siciliæ regnū cæteroq; principatus reliqt Ioanni fr̄i Regi Nauarræ, sic em̄ Ferdinād⁹ p̄ ei⁹ testamento mādauerat. Decessit aūt Rex Alphonsus in Castro nouo ciuitatis Neapolis quarto Kalēdas Iulii, anno. M. CCCCLVIII. & ætatis suę. LXV.

UVA. BHSC. IyR_186

LIBER. xij.

DE IOANNE ARAGONIAE REGE DECIMO OCTAVO.

IOANNES SECVNDVS FERDINANDI REgis filius Alphonso fratri, qui sine legitima prole decessit, in Aragoniæ & Siciliæ regno successit. De cuius vita rebusq; gestis, quæ multę magnæq; fuerunt, quæ præcipua sunt, vt nobis moris est, breui volumine perstringemus.

DE LOCO ET TEMPORE NATIVITATIS EIVS.

FVit itaq; Ioannes Aragoniæ & Siciliæ Rex natus Methymnæ, quæ Campus cognominatur, in ædibus paternis venali foro coniunctis, tertio Kalendas Iulias insigni die, quo Petri & Pauli Apostolorum Christi laudes & merita celebrantur, anno vero à partu Virginis Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo. Est autem Methymna oppidum nobile Lusitaniæ prouinciæ, & quinq; principum natale solum fœlix, & à scriptoribus memoratum. De q̃ nos etiam scripsimus alio loco. Vbi Ioannes Rex, de quo loquimur, nõ solũ natus est, sed etiã cũ reliquis fratribus Alphonso scilicet, Henrrico, Sancio, & Petro diligenter educatus, & ab eisdẽ morũ & literarum magistris institutus. Quam quidem patriam charissimam semper habuit, & eius habitatores suosq; conterraneos mirifice dilexit.

DE VXORIBVS EIVS ET LIBERIS.

ANnum agens ferẽ vigesimum Blancham Nauarræ Reginam Caroli Regis filiam duxit vxorẽ. Ex qua filiũ progenuit Carolũ, qui fuit Vianæ princeps appellat⁹. De quo alio loco latius referemus. Progenuit & filias duas, quarum altera Henrrico Castellę Regi nupsit, cum quo diuortium fecit, propter eius, vt ferunt, impotentiam defectumq; naturæ. Altera nupsit Gastonio Foxano Comiti. Quę filios peperit, de quibus alio loco scribemus. Cæterum Blancha Regina defuncta, Ioannam duxit vxorẽ Federici Almirantis Castellæ filiã. Quæ peperit Ferdinandum Regẽ Catholicũ, & Ioannam, quæ fuit vxor Ferdinandi Neapolitanorũ Regis. Peperit & aliam filiam nomine Marinam, quæ teneris annis obiit.

DE STATVRA ET FORMA CORPORIS EIVS.

STatura fuit mediocri, & omnibus mẽbris à capite vsq; ad pedes tot⁹ æqualis & cõgruẽs. Forma cõspicua, aspectu graui, ore pulchro, colore candido, capillo plano & sufflauo, superciliis diiunctis, oculis subnigris, dentibus raris exiguis & candidis, mento venerabili, voce virili plenaq;, sed aliquanto retenta pressaq; propter nares angustas. Cui pręterea formosissimę mulieres candidissimas manus inuidebant.

DE VALETVDINE ET CVLTV CORPORIS EIVS.

PEr omnem vitam valetudine prospera vsus fuisse perhibetur. Sed extremo tempore, & iã octogenarius podagrę morbo laborauit, & oculorum luminibus per temporis interualla caruisse fertur. Eius autem per tot annos prosperæ valetudinis adiuuante natura causæ tres pręcipue fuere, mũdicies scilicet, cui⁹ studiosissim⁹ erat, & abstinẽtia potus & cibi, a quoq; satietate semp abhorruit, & laboris, cuius patientissim⁹ erat, vsus assiduus. Moderata siquidẽ corporis exercitatio valetudini plurimum cõfert. Arborum fructibus libentius vescebat̃, q̃ carnib⁹ & aliis ciborũ generib⁹. Ficus virides & recẽtes appetebat, & eas maxime, quas Aragones Buriasotas appellãt, & Latini Duricorias. In corporis aũt cultu nõ minoris mũdiciæ fuit, & modo sericis, interdũ aureis, nõnun q̃ purpureis vestibus induebat̃. Collo plærũq; torquẽ dũta- *Ficus Duricoria.*

UVA. BHSC. IyR_186

xat ex auro, nõnunq̃ margaritis & aliis gemmis precioſiſſimis contextum geſtare conſueuit. Cultus deniq̃ corporis adeo fuit ſtudioſus, vt omnes etiã domeſticos vtriuſq̃ ſexus & cuiuſcunq̃ ætatis non ſecus ac ſeipſum ſæpius induerit.

DE LVDIS ET VENATIONIBVS EIVS.

FAtigatum multis negociis animum magniſq̃ laboribus, interdum ſpectaculis & voluptatibus honeſtis reficiebat. Quippe victis armorum certaminibus & equitum ludis, paribus haſtis hinc inde concurrentium, quod certamen cannarum ludũ vocant Hiſpani, delectabatur. Virorum prẽterea mulierumq̃ choreis libenter interfuit. Erat quoq̃ venationib⁹ deditus, & ferarum magis quàm volatilium.

DE DILECTIONE EIVS ERGA SVOS ET eorum fide & obſeruantia in eum.

EQuites militeſq̃ ſuos tantopere dilexit, vt nulla in re alia ſęuitia notatus vnq̃ fuerit, niſi ſuorum vlciſcendis iniurijs. Necem duorum ducum, quos Galliæ Rex in auxilium eius cum exercitu contra Gothalanos miſerat, plurimorum iugulo, qui cædis illorum autores fuerant, vltus eſt. Et in oppidulo nomine Momalone, quod eſt apud Barcinonã, ob vnum interfectum equitem à Momaloniis, qui venienti ſibi portas clauſerant, ſeptendecim Momalonenſium viros prope ſe ſtrangulari iuſſit, ſpectauitq̃ morientes. Plurimis delinquẽtibus vltimo q̃ ſupplicio deſtinatis, quoniam eorum ope in defendenda ſua dignitate vſus fuerat, facile pepercit. Quoſdam etiam Baleares duarum factionum, qui regiæ Maieſtatis læſæ crimen commiſerant, eorum virtutis bellicæ memor, qui multos annos eum bellum gerentem ſecuti fuerãt, admonitos, vt ſibi cauerent in poſterum, neue iterum delinquerent, impune dimiſit. Multos deniq̃ in bello peremptos, magno coactus dolore, collachrymatus eſt. Hac humanitate cũctos quidem ſibi fideles ac deuotos faciebat. Ab eo enim Gothalanis deficientibus, præter omnes Aragones, Siculos, & Valentinos equites, multi quoq̃ Gothalanorum nobiles ad eum cum exercitibus & pecunia cæteriſq̃ rebus, quę ad bellum gerendum vſui erant, ſponte venerunt, nec domum, niſi confectis bellis, redierunt.

DE VIRTVTE BELLICA PER EVM CVLTA & eiuſdem militari eloquentia.

VIrtutis bellicæ ſtudioſiſſimus & amantiſſimus fuit. Milites enim, quos in prælio fortes animoſoſq̃ cognouerat, à pugna ſtatim redeuntes ampliſſimis & honorificentiſſimis verbis collaudatos equeſtris ordinis titulis & honoribus ornabat, ac plærumq̃ ſecum diſcumbentes modo ſocios, modo fratres appellabat. In eloquentia militari magis formæ ſuæ dignitate verborumq̃ grauitate, quam dicendi arte cultuq̃ ſermonis milites ad ſua vota perduxit. Apud Ampoſtam oppidum, de quo alio loco dicemus, omnes ferè milites, equites duceſq̃ nonnullos longo labore defeſſos & hyeme ſæuiente à caſtris omnino diſcedere volentes magna vi orationis retinuit. Et apud Rubinatum longiori ſermone milites hortatus, cum paruis copiis ingentem hoſtium multitudinem deleuit.

DE EIVS CLEMENTIA ET HVMANITATE.

NAtura leniſſimus fuit, magnumq̃ clementiæ nomen exhibuit. Per multos enim contra eum inſurgẽtes, in prẽlio victos & manu captos, ac de vita deſperãtes, humanitate miſericordiaq̃ cõmot⁹, ſeruauit incolumes. Ceruariæ ciuibus, qui ſola fame coacti ſeſe dediderũt, qdquid cibariorum tunc habebat in caſtris impartiuit. Ilerdenſium quoq̃ legatis, nomine ciuitatis veniam & impunitatem petentibus, inulto ac vocifferanti exercitu, qui prædam & ſpolium ciuitatis affectabat, omnia conceſſit. Barcinonæ prætera ciuibus duntaxat pro vita

UVA. BHSC. IyR_186

ſupplicātibus, non vitam ſolum & libertatem donauit, ſed etiam bonorum omnium poſſeſſiones, quas amiſerant, reſtituit.

DE LIBERALITATE EIVS ET AVDIENTIA.

CVpiditatis & auariciæ per omnem vitam non modo nullum experimentum, ſed ne coiecturam quidem vnq̄ præbuit. Immo ſi liberalitas eius ex animi potiꝰ magnitudine, q̄ ex fortunis & opibus exiſtimetur, non immerito quidem inter munificētiſſimos principes annumerabitur. In multos enim viros, qui liberaliter ei ſeruierant, ingentia munera & ampliſſima beneficia contulit. De quibus multis omiſſis, perpauca quaſi neceſſaria eius munificentiæ teſtimonia, referam. Rodorico ſiquidem Rebolleto, cuius militarem virtutem, & erga ſe fidem cognouerat, die nuptiarum eius aureorum, quos florenos Aragones vocāt, milia ſexaginta tribuit. Ioanni Villamarino claſſis eius præfecto, qui terra mariq̄ multos annos ei magnoſq̄ labores impenderat, Boſam in Sardinia ciuitatem liberaliter imperpetuum dedit. Bellum gerēs cum pecuniarum nihil penitus haberet, cuidam equiti pro vxore & liberis, quos fames vrgebat, pecuniam petenti, ſex argenti vaſa, quæ ſibi ſola ad menſæ vſum relicta erant, impartiuit. Veſtem præterea nullam vnq̄ ſibi induit, quam non eodem die petenti ſub hac conditione cō ceſſerit, cum depoſuero, cubiculario q̄ iubebat, vt ei quū aliā induceret, traderet. Denicq̄ nemo vnq̄ ab eo pecuniā petiuit, cui ſi plures nō haberet, ſaltē centū nūmos argēteos nō dederit. qui denicq̄ ſi pares animo facultates habuiſſet, omnes principes munificētia ſuperaſſet. Supplicātes autem & eum in omni genere negotiationis adeūtes benigne ſemper & patienter audiuit.

DE BENIVOLENTIA ET CVLTV EIVS ERGA VXORES ET LIBEROS.

VTramq̄ coniugem non ſolum mirifice dilexit, ſed quoq̄ ſtudioſiſſime coluit. Quibus & ſe facilem ſemper præbuit, & omnibus in rebꝰ morem geſſit, & inuitis nihil vnq̄ fecit. Erat enim cum vxoribus cæteriſq̄ fœminis natura benignus, ingenio facilis, cōſuetudine dulcis & placidus, atq̄ moribus elegans. Eodem modo liberos etiam ſemper amauit. Tametſi Carolum principem Vianę, poſteaquā nonnullorum prauis conſiliis deceptus paternam gratiam contempſit, non amore ſolito diligere videbatur, odiſſe tamen non poterat. Erga domeſticos inſuper & familiares omnes lenis ac beniuolus ſemper extitit.

DE CVLTV EIVS CIRCA PARENTES ET AMORE erga fratres quandiu vixerunt.

PArentes quādiu vixerunt ſumma veneratione coluit. Quorum animos non dicam re, ſed ne leui quidem verbo vnquā offendiſſe phibetur. Et fratres, quibus ipſe chariſſimꝰ erat, pariter omnes amabat, ac non modo Alphonſo, qui eum præcedebat ętate, ſed reliquis quoq̄ minoribus operam, labores, & quod ſignum maioris humanitatis erat, obſequium præſtabat. Cunctos denicq̄, tam parentes, quā fratres atq̄ ſorores, & viuos ſummo cultu ſemper amauit, & vita functos magnis honoribus, ſacrificiis & orationibus proſequutus eſt. Ipſe nanq̄ defunctis omnibus ſuperuixit.

DE MORTE PARENTVM, FRATRVM, ET SORORVM EIVS.

SIquidem poſt vtriuſq̄ parentis & duarum ſororum obitum, primum Sanctium fratrem & Petrum, qui in obſidione Neapolis ictu bombardę percuſſus interiit. Deinde Hērricū, qui & ipſe quoq̄ apud Olimetum Caſtellæ oppidum, de quo poſtea dicemus, ab hoſte peracuto gladio in ſiniſtra manu vulneratus infra paucos dies nimio dolore periit. Poſtremo & Alphonſum Regem, qui Neapoli vitam cum morte commutauit, amiſit.

UVA. BHSC. IyR_186

DE EIVS IN PVLCHRAS MVLIERES INCLINATIONE.

IN Venerem natura pronum, & pulchrarum mulierum amatorem fuisse quibusdam argumentis & rationibus constat. Nam & præter liberos, quos vt supra diximus, ex vxoribus habuit, alios etiam plures ex concubinis alioquin nobilissimis fœminis ꝓgenuit. Habuit em̃ Ioannem Archiepiscopum Cæsaraugustanum, & Alphonsum ducem Villę formosæ. Quorum matres Castellanæ & generosæ fuerũt. In Nauarra quoq; ex fœmina genere nobilissima de Ansarum familia suscepit Ferdinandum & Mariam, qui puerilib⁹ annis ẽ vita migrarũt, & Leonoram Lirini Comitem. Et Barcinonę tempore iam extremo & annorũ ferè octoginta puellam forma prestantem, nomine Francinam Rosam, adamauit. Verum cũ hac, osculis dũtaxat contentus, amoris opus non perfecit. Nam postea quum puella nupsisset sponso, à quo die nuptiarum virginitatis munera poscebat, se quidem non violatam esse multarum mulierum testimonio probauit.

DE HABITATIONIBVS EIVS.

AEtate prima, sicut supra diximus, Methymnæ natali solo mirum in modum delectatus est. Hinc digressus in Aragoniam Cæsaraugustam & Barcinonam libenter incoluit, & nonnunq; Valentiam. Quarum etiam desiderio deinde ex Neapoli, Alphõso fratre relicto cum Henrrico altero fratre reuersus est in Hispaniam.

DE CLEMENTIA ET SEVERITATE EIVS ERGA REOS.

REorum pro criminis qualitate alios condemnabat, alios absoluebat. Erat enim in iudicando & administranda iustitia non minus clemẽs & facilis, q̃ seuerus & grauis. Quippe qui Carolum filium, qui ei patri bellum sæpius intulit, ter in prælio vicit, & ter etiam captũ liberauit. Gothalanor̃ p̃terea q ab eo defecerãt multos ad eũ reuertentes & veniã supplices deprecantes impune quidem benigneq; recepit. Iacobum autem Aragoneum & Ioannem Mõticatinũ, nec non & complures alios in defectione pertinaces bello q victos vltimo supplicio, sed lata prius sententia tamen, affecit. Plærisq; reis etiam capitis, accusatione tamen cessante, nõ solum vitam concessit, sed etiam multam pœnam q fiscalem remisit.

DE FORTITVDINE EIVS CONTRA HOSTES.

ADuersus hostes animum fortem & inuictum & in omnibus periculis admirabilem fortitudinem semper exhibuit. In expeditione enim Neapolitana fratrem Alphonsum secutus, quum in Ligustico mari fratres eius & reliqui totius classis duces ab hostibus, ob eorũ nauium magnitudinem multitudinem q caperentur: solus ipse hostes acerrime pręliantes, à suæ nauis ingressu milites suos hortatus & fortissime pugnans prohibuit. Nec eius nauim capere hostes, nisi ei & suis omnibus oblata libertate, potuerunt. Cæsaraugustæ quum & Henrrici Castellę Regis legati ei bellum indixissent, si Stellam & alia Nauarræ oppida, quorum cẽsus Rex Henrricus pro pecuniis quas Carolo Vianæ principi mutuauerat, sibi deberi dicebat, restituere nollet, se nihil Henrrico debere legatis eius respondit. Eodẽ tempore Ludouici quoq; Regis Gallorum legati venientes ab eo similia & eadem conditione petiuerunt, quibus & ipse eodem modo respondit. Quum autem eius equites ei qua fiducia duos potentissimos principes contra se venturos expectaret dixissent, multo minus, inquit, equites hostes pręsentes, q̃ absentes timendi sunt.

DE CVLTV CHRISTIANAE RELIGIONIS & celebratione festorum & solennium dierum.

CHristianæ religionis & catholicæ fidei festorumq; dierũ cultor semper diligentissimus extitit. Quotidie namq; reb⁹ diuinis & sacris officiis interfuit. Omnium sanctorũ dies

UVA. BHSC. IyR_186

festos quū pridie deuote casteq; ieiunasset, summa veneratione celebrauit. Die vero, quo Christi natalis recolitur, humanæ salutis gratia, magnaq; lætitia affect9 quotannis post nocturnas cerimonias & solēnes celebrationes, omnes domesticos & complures etiā familiares cōuiuari consueuit. Sed Virginis Dei genitricis, cui deuotissim9 erat, omnia festa præcipue vigilātiusq; colebat. Deniq; quadragesimas, omniūq; sanctorum vigilias ab adolescentia & vigesimo suæ ætatis anno vsq; ad septuagesimum ieiunio & abstinentia carnis obseruauit.

DE STVDIO ET DILIGENTIA EIVS CIRCA CVLTVM DIVINVM.

CIrca cultum diuinum diligentiorem & Christiani nominis studiosiorem fuisse per multis constat argumentis. Quippequi multorum sanctorum festa, quæ negligenti9 colebā tur, venerari multo solennius, diligentius & obseruari, indictis pręconio pœnis cotrarium facientibus, iussit. Mauros, qui suæ ditionis erāt, Mahometanum nomem inuocare vetuit, indignissimum facinus & maximum dedecus existimans i terris Christianorum á perditissimis Mauris Mahometæ hominis iprobissimi nomen tanq; Dei numen inuocari. Hac igitur inuocatione dimissa, statuit, vt quum Mauri cōuocandi essent, vel tuba, vel tympano, vel buccina, vocarentur. Item statuit vt die corporis Christi dum corp9 Domini per vicos, vt fieri solet, deferretur, siquis vel Iudęus vel Maurus conspiceretur, qui non statim detecto capite genua in terram deflecteret, in carcerem coniectus ab ecclesiastico censore mulctaretur. Festū quoq; de Mariæ virginis cōceptione, sicut & alia ei9 festa, celebrari summa cum veneratione præcepit. Et nequis virginem in peccato originali fuisse conceptā neq; publice neq; priuatim dicere auderet. Instituit, etiam vt sancti Georgii festū vigilanter magnaq; veneratione coleretur, eiusq; dies non secus ac dominicus obseruaretur.

DE CVRA ET ORDINATIONE EIVS IN LITIBVS ABREVIANDIS.

REbus diuinis & humanis quoq; negociis consulere cupiēs, ne litigantib9, vt plærūq; fieri solet, vires & res temporis interuallis & iudicum negligentia deficerent, totum anni tempus in agendis causis & expediendis negociis omnibus liberum esse statuit. Conuocatis enim consiliariis & iureconsultis, quibus iura populis administranda commiserat, omnes inquit principes, qui populorum suorum cōmodis & honoribus consulūt, cunctisq; iusticiā sine dispendio temporis administrāt, magnum quidē Deo Optimo Maximo sacrificium offerunt. Statuimus igitur, vt quocumq; tēpore causas agere, litigantes audire, ius dicere, & sententiam ferre nostrorum regnorum iudices possint. Exceptis tamen diebus, quos in honorē Dei & virginis ei9 genitricis omniumq; sanctorum reuerenter coli sacrosancta pręcepit ecclesia. Hos enim nos & venerari diligenter volumus & omnis operis & forensis actionis vacuos esse iubem9. Et eadē p̄terea solennitate vt sancti Thomę, Iuliani, Martini, Laurētii, Sebastiani, Christophori, Brauli, Antonii, Blasii, itē sanctę Annæ, Catherinæ, Luciæ, Apolloniæ, Engratię, & Sanctę Crucis & cuiuscumq; nostræ ciuitatis & oppidi cōceptiua festa sacraq; quotanis celebrentur.

DE LEGIBVS ET INSTITVTIS PER EVM EDITIS

LEges & sanctiones vel quum gubernator esset Aragoniæ, vel quum postea rex, multas & quidem perutiles ædidit. Cæterum hæc & si lectoribus valde profutura cognosco, quoniam tamen in Aragonū libris, quos Aragones suos Foros appellāt, plene omnia descripta sunt á me tanquam non necessaria huic operi nostro prætermittenda putauim9. Ad eorū tamen lectionē omnes homines hortamur, eos præsertim, qui principatus & regnorum curam gerunt. Inuenient enim multa, quæ vel ad rectam sanctamq; gubernationem, vel ad be-

UVA. BHSC. IyR_186

ne beateq; viuendum poterunt imitari. Bon⁹ quippe rex & humanarum diuinarūq; rerum ſtudioſus non ſolum bona cūcta & honeſta præcepit, verumetiam mala omnia & illicita prohibuit. Homines enim Chriſtianos, qui cum aliquo fœnore pecuniam mutuaſſent, & omnes lenocinium facientes, amiſſis bonis infames eſſe iuſſit, & tanquam latrones & nepharios homicidas exterminauit. Illud etiā non honeſtum minus, q̄ vtile conſtituit, vt nequis lugubres veſtes à tergo longiores per terram traheret, ſed æquales & ad talos vſq; dūtaxat. Qui vero lōgiores indueret, & veſtes amitteret, & ſolidos ſexaginta pauperibus erogādos perſolueret. Totidemq; ſartores, qui contra ſtatutum veſtes longiores feciſſent, damnauit.

DE MILITIA EIVS ET BELLIS PEREVM GESTIS

REx Nauarræ tirunculus adhuc & admodum iuuenis militiæ munus cum Alfonſo fratre in expeditione Neapolis exercere cœpit. In cuius vrbis oppugnatione longaq; obſidione terra mariq; fortiſſimi Ducis experimentum præbuit, & laborum tolerantiam admirabilem. Ad quam expeditionem cum ingenti claſſe magnoq; hominum numero electorum nō Hiſpaniæ ſolum, ſed etiam Siciliæ & Italię ex littore Barcinonis anno á natali Chriſtiano M.CCCCXXXV. Kalendis Auguſti profecti fuere. Cæterum de hoc bello, quod in obſidione Neapolitana per annos viginti geſtū eſt Alfonſi Regis imperio, mihi ſcribendū non eſt. Nam & ſi belli huius gloria magnæq; victoriæ laudes non minus ad Ioannem Regem Nauarræ & reliquos fratres, qui fortiſſime dimicarunt, q̄ ad Alfonſum pertinere nō ignoram⁹, quia tamen Alfonſus Dux & autor huius expeditionis fuit, ſcriptores totius belli victoriā gloriamq; tribuerunt, De rebus enim geſtis Alfonſi regis, de dictis & factis memorabilibus Laurentius Vallenſis & Bartholomæus Faccius eleganti ſtilo copioſeq; ſcripſerunt. Hoc igitur bellum non noſtri operis eſſe exiſtimantes, trāſimus ad alia, quæ Rex Ioannes per ſe geſſit.

DE REDITV EIVS IN HISPANIAM ET DE REBVS GESTIS IN EA.

QVi poſt expugnatam captamq; Neapolim cum Henrrico fratre reuerſus eſt in Hiſpaniam. Vbi & Nauarræ ſuo regno, & Aragoniæ rogatu Regis Alfonſi pręfuit. Hinc autem multis equitibus Aragoniæ comitatus & Henrrico fratre in Caſtellam ad Ioannem fratrem ſuum patruelē Caſtellæ Regem eum viſendi & ſalutandi gratia profectus eſt. Cuius aduētus cum Aluaro Lunæ moleſtus eſſet, Aluarus idem cauſa fuit, vt inter vtrumq; Regem graues inimicitiæ, magnæ diſcordiæ, mortale odium, & inteſtina bella orirentur. Quib⁹ vtrinq; non ſolum damna malaq;, ſed etiam cædes & mortes crudeliſſimæ conſequutæ fuere. Sed hæc, quoniam ſcripta fuerunt ab aliis magnis voluminibus, ego, ſicut alia conſueui, breuiter attingam. Aluar⁹ itaq;, qui Ioanni Caſtellę Regi chariſſimus erat, & omnium rerum Regięq; dom⁹ curam gerebat, timens ne ſibi Rex Caſtellæ fratres ſuos patrueles Aragoniæ principes anteponeret, homo pollens ingenio & oratione facundus omnibus modis & artibus nitebatur, ne fauore ſui Regis, & autoritate, qua plurimum valebat, priuaretur, vtrūq; Regem commiſit. Sic eſt enim humana conditio, ſic ſunt hominū mores, vt non modo ſuperiores, ſed ne pares quidem ferre poſſint. Quapropter Aluarus Luna ſuis cōſiliis Aragones in Caſtellæ Regis inuidiam adduxit, & perſuaſionibus effecit, vt Rex Caſtellæ Regem Nauarrę & reliquos Aragones apud ſe commorari nullo modo pateretur. Propterea q; honori ſuo Regięq; dignitati non ſolum nō honeſtum, ſed etiam periculoſiſſimum eſſe dicebat. A quo Rex iam multis perſuaſus argumentis & rationibus, & ſi eos ſine cauſa dimittere non audebat, ſe tamen adeūtes vultu minus familiari, q̄ cōſueuerat, excipiebat. Quod quū Ioannes Rex Nauarræ eiuſq; frater Henrricus & Almiratus Caſtellę Federicus, q tūc honore & bellica virtute omnes Hiſpanię primates anteibat, animaduertiſſent, nulloq; modo tolerandum exiſtimantes ſibi præter ſuos affines & propinquos, qui plurimum poterant, alios etiam cōplures Caſtellę magna-

UVA. BHSC. IyR_186

tes, quibus Aluarus inuisus erat, adiunxerunt. Qui cū omnes vnum in locum conuenissent, statuerunt, vt Aluarum Lunā vel Regis Castellæ consuetudine colloquioq; priuarent, vel si id facere non possent, quocunq; modo de medio tollerent. Itaq; Regem Castellæ simul adeuntes, vt eum dimitteret, à suaq; regia summoueret efflagitarunt. Quod si faceret mirum in modum omnium tam Castellanorum, q̄ Aragonum nobilium, quibus ille detrahebat, animos ad quęcunq; vellet excitaret, semperq; paratissimos haberet. Sin autem facere nollet, & illum apud se tot nobilibus inuitis habere vellet, se quidem honorem & dignitatē suam non neglecturos esse dixerunt. Quibus Rex Castellæ, qui Aluarum plurimum diligebat, ad hunc modum respondit. Bonorum principum moris esse, vt familiares & amicos, qui bene fideliterq; seruiuissent, non inhoneste dimitterent, sed honorifice retinerent, non officiis & dignitate priuarent, sed cōmodis & honoribus augerent. Idq; omnes Castellæ Reges facere consueuisse. Quod igitur iniuste petebant dixit se minime facturum. Propterea q Aluarum Lunā, qui ei liberaliter & studiose plurium annorū labores impenderat, honeste & sine causa turpiter eiicere non posset. Se præterea non ad aliorum præscriptū, sed ad suam voluntatem dixit esse victurum. Ac siquid in Aluarum Lunam molirentur, illius quidem salutem & honorē sibi magnæ curæ fore significauit.. Quib⁹ verbis illorum indignantes animos à se multo quidem magis alienauit, & pręcipue Ioannis Nauarræ Regis & eius fratris Henrrici, qui quum Regis Castellæ fratres patrueles essent, Aluarum prępositū sibi ferre nullo modo poterant. Tunc itaq; Rex Nauarræ iam discessurus, indignatione dissimulata, ac pene subridens ad fratrem Henrricum & alios, qui cū eo venerant, conuersus optime inquit equites Rex Castellæ frater meus patrueles locutus est. Nam quod ipse pro nostra dignitate non fecerit, nos quidem ipsi, qui nobis de esse non possumus, multo melius faciemus. Cum suo igitur Aluaro permaneat, eiusq; voluntati, vt solet, morem gerat. Hæc cum dixisset statim discessit. Quem frater Henrricus & socer Federicus cæteriq; proceres, qui cū eo venerant, Castellanorum Rege pene solo relicto, cōsecuti fuere. Cæterum post hoc colloquium, quo Regis vtriusq; voluntas patefacta est, Aluar⁹ Luna sibi valde timere cœpit, & diligenter cauere. Qui nusquam, nisi vel simul cum Castellæ Rege, vel armatorum manu septus vsquam progrediebatur, singulisq; noctibus apud se custodes & vigiles armatos habebat. Quæquidem res multo magis animos Aragonum irritauit multorumq; malorū initium fuit. Nam & si Aluarus tuendi se potius, q̄ alios offendendi causa, secum milites ducebat armatos, eum tamen plures, inimicis, quos metuebat, minari existimabant. Hinc igitur inter Castellanos & Aragones & vtriusq; Regis equites & familiares contentiones cœptę fuerunt. Hinc vt supra diximus, magni totius Hispaniæ tumult⁹, & inter Hispanos Reges inteſtina bella orta sunt. Nā qui primum certare verbis & aduersarios lacessere cœperāt, quum deinde ab illis in se dici, quod nolebant audiuissent, irascentes ad manus & arma deuenerūt. Hi quum sui Regis causam & honorem defenderent, ipsos etiam Reges ad bellum gerendum concitarunt. Qui perturbatis animis & iam fraterni nominis & propinquitatis obliti, diutius hostiliter dimicarunt. Cōmemorare possem quot & quibus in locis sæuissima prelia gessere. Quæ quidem eo crudeliora fuerunt, quod inter duos Reges fratres patrueles & inter equites affines, cognatos & propinquos gesta sunt. Et in quibus apud Methymnā Ioannes Castellanorum Rex, Aluaro Luna fugiente, à Rege Nauarrę captus est. Aliis deinde p̄ lis multorum nobilium Regis vtriusq; non solum captiuitates, verum etiā crudelissimę cędes & indignissimæ mortes consecutæ fuere. Cuius belli permultos varioſq; casus, & omnia, quę vtriq; Regi grauiter acciderunt, ego consulto trāseo, tanq; minime necessaria, propterea q ab aliis scriptoribus, qui Ioannis Regis Castellę vitam memorię prodiderūt, lōga quidem historiarum serie iam pridem ędita perlegi. Multis igitur omissis certaminibus, quibus Ioannes Castellanorum Rex mirū in modum fuit oppressus, vltimo demum magnoq; prælio, quod apud Olimetū oppidum gestum est, Aragones à Castellanorum multitudine profligati fuere. Quo prælio pręter alios Aragones vulneratos & interfectos, etiam Henrric⁹ Nauarrę Re-

Responsum Castellæ Regis ad Aragones.

Prælium quod apud Olimetū gestū est.

UVA. BHSC. IyR_186

gis frater, vt ſuperius diximus, in leua manu letale vulnus accepit. Qui & ſi nimio dolore vulneris conficiebatur, militibus tamen, qui ſuperati diffugerant, ad ſua ſigna reuocatis, prælium redintegrare volebat, niſi eum Rex eius frater, qui numeroſam hoſtium multitudinem conſpexerat, retinuiſſet, & in tutiorem locum cum omnibus copiis adduxiſſet. Poſtero autē die quū vix Henrricus dolori vulneris reſiſteret, & vitæ ſuæ anceps eſſet, Regem fratrem ſuum deprecatus eſt, vt in Aragoniam cum exercitu proficiſcerentur. Quoniam ſi ſibi moriendum eſſet, multo quidem maiorem dolorem ſpiritus eius ſentiret, ſi fratrem, quem vehementer amabat, apud hoſtes & in alieno regno relinqueret. Cuius deſiderio Rex morem gerere cupiēs, Aragoniam verſus eodem die cum omnibus inſtructis copiis diſceſſiſſet, & paucis diebus in oppidū Bilbilim, quod Calataiutum vocant Aragones, peruenerunt. Vbi Henrricus vulneris dolore confectus à vita diſceſſit. Cuius obitus & Regis & omnium Aragonum mentes mirum in modum conſternauit. Fuerat enim Henrricus multis magniſq; cū corporis, tum etiam animi virtutibus inſignis, nec humanitate & clementia minus, q̄ generoſitate & excellētia clarus, in militaribus officiis æque conſilio ac fortitudine pollens, moribus elegans, conſuetudine facilis, ingenio perſpicax, liberalitate ſplendidus, pietate benignus, diuinarum rerum & Chriſtianæ religionis diligentiſſimus cultor. Et in quo denicq; vno magno & ſpectato viro nimirum paternas omnes virtutes agnoſcere facile poteras. Pudet igitur me tantum virum tanta virtute præditum, tanto'q; naturæ munere pręſtantem tam breui ſermone referre. De cuiꝰ profecto virtutibus eximiis & rebus præclare magnificeq; geſtis nō parua cōfici poſſet hiſtoria. Nā ſi q̄ vel in Hiſpania, vel in Italia fortiſſime geſſit, et quam laudem vel gloriam bello gerendo fuerit aſſecutus, delibare velim, longe quidem ab inſtituto meo digreſſus videri potero. Quapropter q̄ de rebus eius geſtis & meritis laudibus dicenda iure fuerant, ſilentio trāſibo, ſi prius eum dixero ferè cunctis tam Hiſpanis q̄ Italis q̄chariſſimum fuiſſe. Idecq; funꝰ eius ab oībꝰ Aragonię & Siciliæ populis, atq; Caſtellanorum plurimis ſummo mœrore multiſq; lachrymis celebratum eſt. Sed ab illis pręcipue nobilibus, à quibus non minori fletu, q̄ pompa funerabatur. Ioannes vero Rex multis, qui eum diligenter conſolari conabantur, flendū eſſe reſpondit, ſe nanq; non fratrem, ſed vitæ ſuæ lumen, ac ſe ipſum potius perdidiſſe dicebat. Ille autem etſi dolore vulneris intolerabili torquebatur, patientia tamen admirabili ſummaq; cōſtantia gemitum ſupprimebat, ne Regem, qui prope eum lachrymabundus recumbebat, grauꝰ afficeret. Defuncti corpus peractis exequiis in Populeti templum delatum eſt.

Henrrici mors & cōmendatio.

LIBER. xiij.

DE BELLO QVOD CVM CAROLO FILIO GESSIT, ET CVM POPVLIS BARCINONAE PRINCIPATVS.

REVERSVS IN ARAGONIAM, vt ſupra demōſtrauimꝰ, & Henrrici celebratis exequiis, cum in ciuitate Calataiuti conuentus ageret, populiſq; iura petētibus redderet, accepit, quod ſibi pręter opinionē accidit, in Nauarra magnos tumultus & factiones eſſe duas. Alteram ſcilicet Agramōtanorum, qui Ioannam Reginam, & Luſetanorum, alteram, qui Carolum Vianæ principem ſequebantur. Carolus enim cum Reginam, quæ Nauarræ regno voluntate Regis præerat, quod regnum materno iure hæreditarium ſibi deberi cōſuluꝰ & perſuaſus à multis crediderat, non æquis oculis intueret, nā ſibi magnū certamen parat, quiſquis inducit filio nouercam, & more cupiditatis humanæ regni Nauarræ im

UVA. BHSC. IyR. 186

perio captus omnium Luſetanorū, quibus chariſſimus erat, coniurationem fecit, vt expulſa Regina Regem quoq; á Nauarræ finibus inhiberent. Cæterum de hoc bello, quod ego iuſſu Ferdinandi Regis ſcripturus ſum, prius Hiſpano ſermone ſcripſerant equites duo. Gonſalus ſcilicet ab Auila cognominatus, & Ioannes Rochabertinus, qui Caſtellanus Ampoſtę diceba tur. Qui Regis caſtra ſequebantur, & omnibus pręliis cæteriſq; rebus interfuere. Quorum ſcripta vulgaria quaſi commentaria mihi tradi iuſſit Rex Ferdinandus. Quæ partim ad verbum, partim ad ſenſum latinitate donabo. Huiꝰ vero belli pręcipuam cauſam, primumq; motum alii aliter ortum fuiſſe referūt. Ego autē, quod cæteri ſenſerint aliorum iudicio reliquens tantorum malorū cauſam fuiſſe arbitror inconſtantiam varietatemq; fortunæ. Quæ cum Barcinonæ ciuibus & cunctis eius prouinciæ populis maximos honores & opes ampliſſimas inuidiſſet, primum quoſdam Nauarræ populos, & deinde Barcinonæ principatus fere omnes in ſuum armauit exitium, filiumq; cōtra patrem ſtimulauit. Quod, vt vnde digreſſus ſum reuertar, cum Agramontani, qui Regem vel abſentem maxime colebant, ſenſiſſent, ſubito ſeſe contra Luſetanos armarūt, & Reginā, quæ tum Stellę cōmorabatur, enixiſſime defenderūt, Regemq; per literas & nuncios hac de re certiorem ſtatim fecere. Qui cōmonitus de Reginæ periculo confeſtim, qui aderant, conuocatis equitibus, illo profectꝰ eſt. Multoſq; Nauarrę populos inuenit in armis eſſe. Cæterum monere nos hic locus & ratio videtur, vt qui Luſetani ſint & Agramontani propter abſentes dicamus. Omnes igitur ferè Nauarræ nobiles diuiſi ſunt in partes duas. Quarum alii Luſam, alii Agramontem oppidum poſſidēt. Hi propter & oppidorum propinquitatem, ſpacio enim trium milium inter ſe diſtant & quę inter alia oppida duo ſita ſunt, alterum nomine ſancti Ioānis Pedis portus, & alterum ſancti Pelagii, & propter vetus odium maiorum ſuorum inter ſe ferè ſemper armis & bellis prælijſq; contendunt. Ab Agramonte itaq; Agramontani, & a Luſa Luſetani dicūtur. Hæc autem & ad rem cognoſcendam, & ad tollendam ambiguitatem ſcribenda perneceſſariū fuiſſe duximꝰ. Ne quis hoc loco Luſetanos á Luſitania prouincia dictos forte putaret. Rex autē, vt ad inceptum redeamꝰ, in Nauarram ingreſſus cum Agramontanis apud Stellam, quæ diſtat á Pōpilone ciuitate Nauarræ primaria viginti milia paſſuum, ſe coniunxit, & ad Carolum legatos miſit. Qui eum monerent, vt ab incepto tam turpi falſoq; deſiſteret, neq; ſtultis Luſetanorum cōſilijs ſuam ſalutem & honorem crederet. Quibus commotus tam vile nephas tam execrabile ſcelus commiſiſſet. Nam monſtri quidem perſimile ducitur, ſi filius patrem, non dicam offenderit, ſed offendere cogitauerit. Quod facinus indigniſſimum á ſe principe Chriſtianiſſimo cōmiſſum eo fœdius omnibus grauiuſq; videretur, quod ne Barbaris quidem vnquam & infidelibus accidiſſet, Quare ne cōmitteret, vt tam impium tamq; immane ſibi nomē obiici iure poſſit. Ne Gallorum atq; Aragonum Regum Chriſtianiſſimorum genus huiuſmodi turpitudine tantoq; dedecore polluueret. Patrem ad filium legatos miſiſſe, non quidem quod ab eo aliquod ſibi periculum metueret, ſed vt filius magnam infamiam fugeret. Quod ſi ſuum perteſus errorem faceret, ſtatim paternam gratiam & amorem in perpetuum facile recuperaret. Sin autem in eo, quod cœpiſſet perſeueraret, & inimicorum potius cq̄ paterna conſilia ſequeretur, ſatis certo ſciret ſe, vel patri, vel deo graues pœnas eſſe daturū. Quod ſi ſibi ſua culpa prauiſq; conſiliis acciderit, multo quidem grauius laturus eſſet. Quod etiam effugere facile poterat, ſi patri, ſi rationi parere voluiſſet. Propterea quod ſibi vt conſuleret á patre pie ſanctęq; monitꝰ fuerit atq; rogatus. Ne igitur & ſibi & patri cauſa doloris eſſe velit. Ei nāq;, ſi mali quid accideret, maiorem Regi propter amorem paternum dolorem fore, quam ſibi dixerunt. Hęc cum audiſſet Carolus, & ſi ratione & oratione commotus errorem ſuum cognouit, eūq; conatus & cœpti ſtatim pœnituit, á Luſetanis tamen, quibuſcum coniurauerat, qua coniuratione ſibi periculum á Rege metuebant, ne deſiſteret ab incoepto iam perſuaſus, ſe patris gratiam & auctoritatem plurimi facere reſpondit, eiuſq; voluntati morem gerere paratiſſimum eſſe iuſſaq; & imperata omnia libentiſſime facturū, ſi tamen ab eo Nauarræ Regni, quod poſt ſuæ matris

Vnde Agramōtani & Luſetani dicā tur.

Legati Regis ad Carolū.

Reſponſum Caroli ad legatos.

UVA. BHSC. IyR_186

obitum ad se iure pertinebat, sibi possessio relinquatur. Nō decere patrem, filium, quem amas, suo iure priuare, Neq; filium patri, à quo suo regno spolietur, obsequium præstare. Neq; vel indignum vel iniquum cuiq; videri debere, siquis sua regna vel alia bona defendat, vel ab iniuste possidentibus repoſcat. Quem æquiꝰ est credere deum homineſq; iuuare. Quod si filiꝰ quod suum est à patre petere turpe videtur, patrem quidem rem filii contra ius phasq; possidere neq; honestum neq; laudabile esse. Si autem patri filii sui rebus vti licet, & filius patrem suarum rerum vsu priuare non debet, vtatur regni nostri Nauarræ populis pater si velit, sed tāq; meis non autem pro suis. Quod si me populisq; meis inuitis alienum regnū possidere & vsurpare voluerit, ei referre & affirmare poteritis nos, regnum nostrum vel armis habituros, vel cum eo vitam simul amisuros. His cum responsis legatis ad Regem reuertentibus, Carolus omnes Nauarræ populos & equites nobiliores, quorum erga se fidem & beneuolentiam multis in rebus cognouerat, ad se statim vndiq; cōuocauit & in armis esse iussit. His de rebus atq; discordiis Henricus Castellæ Rex certior factus, & iniuriarum, quas ab Aragonum Rege superioribus diebus acceperat non oblitus, in auxilium Caroli cum equitum septē milibus venit. Quibus Rex priusq; se cum Caroli copiis coniungerent cum multis Aragonū equitibus occurrit. Quibus cum apud Vianam, quod est vltimū Nauarrę oppidū Castellam versus, prælio commitens, omnes infugam conuertit. Quo tamen prælio plures vtriusq; partis equites periere. Rex autem, Castellanorum copiis fusis & profligatis, Vianę si forte redirent hostes sit missimum præsidiū relinquens, hac enim iter est in Nauarrā, reuersus ad Carolum multa post prælia, quæ apud Stellam, Pompilonē, Olitum, & Ilumberrū gesta fuere, cum tandem apud Ayuarum montem, qui locus distat à Stella decem & octo milia passuum, prælio vicit, & manu captum & incolumem in Monrroi castello custodiendum reliquit. Quem tamen paucos post dies amore paterno & clementia cōmotus à carceris custodia liberauit. Cæterum, ne contra eum filius aliquid in posterum auderet, Ludouicum Beamontium eiusq; quinq; filios insepte̅nium obsides accepit. Erat autem Ludouicus Lusetanæ factionis fere princeps, & Nauarræ Comestabilis, atq; Carolo ex genere materno sanguine coniunctus. A Regibus enim Gallorum genus & originem ducebat, habuitq; filios omni virtutum genere præclaros Carolū, Tiuautum, Henricum, Philippum, & Ioannem, qui nunc Nauarræ Comestabilis est, & Leonoram Ioannis Regis Aragonum filiam habet vxorem, nostraq; tempestate cum liberalitate cæteriſq; multis virtutibus, tum vero animi fortitudine & militari excellentia prælicq; gerendo cæ maxime pollet, & à Ferdinando Rege nostro Christianissimo & propter affinitatem, eius enim sororem Ioannis Aragonum Regis filiam, vt Paulo superius ostendimus, in matrimonium accepit, & etiam propter suas excellentes multasq; virtutes maxime diligitur. Hi autem quāuis pro Caroli liberatione manerent apud Regem, Carolus tamen, cuius animꝰ regnādi cupiditate semel incensus quiescere non poterat, nulla eorum ratione habita patri rursus bellum intulit. Ac post multas pugnas demum apud Stellam suorum aliis occisis pluribus captis pene solus aufugit, ac plane deterritus & patris iram non iniustam & animaduersionē timēs, Neapolim ad Alphonsum patruum Neapolitanorum Regem discessit. Quem rex Alphōsus & si magnifice primum ac honorifice suscepit, mox tamen sui aduentus cognita causa grauiter incusauit. Quod patre viuente regnum affectasset, quod ei, a quo genitus fuerat, inferre bellum ausus fuisset, Cumq; eum patri reconciliare, paceq; coniungere conaretur, non dum perfecta re, nec sine multorum iactura omniumq; Christianorꝫ lachrymis à vita discessit. Quo mortuo Carolus Neapolis regnum ob omnibus fere populis oblatum sibi non sine magno virtutis exemplo recusauit. Pauloq; post propter ingētes Italiæ tumultus multasq; seditiones, quæ post Alphonsi Regis obitum mouebātur, in Siciliam traiecit. Vbi summa veneratione & ingenti omnium Siculorū lætitia atq; apparatu pene Regali receptus est. Pro cuius aduentu patriſq; regnorum acceptione, ad quem Alphonso fratre mortuo Aragoniæ Siciliæq; regnū iure deuenerat, per omnes ferè Siciliæ populos multis dieb⁹ ludi magnifici & spectacu-

UVA. BHSC. IyR_186

la varii generis ædita & celebrata fuere. Deinde autem Carolus aliquandiu cōmoratus in Sicilia se quidem Siculis omnibus indies multo chariorem faciebat. Tanta enim erat huius principis modestia, tanta morum elegantia & vitæ integritas, tanta liberalitas, tanta deniq; humanitas, vt nihil quidem quod ad recte sancteq; viuendum & ad verum perfectumq; principem pertineret, in eo desiderari potuerit. Adeo vt non modo summæ probitatis & omnis virtutis nomen sibi vendicauerit, sed magnę quoq; sanctitatis exemplum haberetur. Quā ob rem nō immerito quidem á Siculis omnibus & Italiæ populis, Neapolitanis præsertim, apud quos fuerat aliquot dies, non vt princeps solum, sed etiam tanq; numē, ingēti veneratione colebat. Qui legatis è Sicilia missis ad Regem, vt ei reconciliaretur, tandem cum per eos se in gratiam patris rediisse cognouit, multis Siciliæ magnatibus comitatus in Hispaniam reuersus est. Et Regis manus & pedes osculatus, Lusetanos omnesq; Nauarræ populos, qui ad eum defecerāt, in patris obsequium redire coegit. Quare non parua lętitia Rex affectus ob reditum filii, quē plurimum diligebat, Barcinonę, vbi tunc erāt, magnos ac diuersos ludos ingenti pōpa & apparatu magnisq; sumptib⁹ ædidit. Vrbe iam plena tum ciuibus & his, qui Regem sequebantur, tum etiam toti⁹ prouincię maxima hominum multitudine, qui vel principis aduentu, vel fama quoq; ludorum vndiq; conuenerant. Verumenimuero fortuna semper inconstans, cuius officium est gaudiis humanis & fœlicitatibus inuidere, & alta deprimere, & Regis ocio & honoribus & Barcinonæ opulentissimæ ciuitatis opibus inuidens, sicut olim Romanorum potentiam immensam dominamq; terrarum per socerum ac generum ciuilibus bellis atq; intestinis & armis illicitis attriuit, sic etiam, vt Barcinonæ vires & opes ingentes frangeret, filiū contra patrem sæpius incitauit. Carolus namq; peractis iam & celebratis spectaculis cū & omnium ciuium atq; aliorum populorum animos erga se pronos sibiq; maxime deditos cognouisset, & superiorem pati durum & indignum secū existimauisset, paterni amoris & honoris penitus oblitus, tantum enim dominandi cupiditas potest, tertio iam cōtra eum experiri fortunam decreuit. Clam igitur omnes, quib⁹ plurimū confidebat, cum se adirent, sui consilii indigniq; perpetrandi facinoris participes fecit. Nonnulli etiam, quibus bellum pace gratius erat, gladioq; magis, quam honesto labore gaudebant victumq; quærebant, eum magis quotidie sollicitare. Ad eum præterea accedebant omnes qui scelerum suorum conscientia vexabantur. Plures deniq; eo animo principem cū Rege armis contendere cupiebant, vti extincto Rege principē quoq; de medio tollerent, omniq; dominatu liberi essent. Laborabat enim fortuna Barcinonæ omnino delere fœlicitatem, superbiamq; deprimere. Cui⁹ opes & res admodum secundæ per orbem terrarū mirabiles atq; inuidiosæ nimium ferebantur. Erat enim ciuitas illustrissima principibus, equitibus nobilissima, omnibus rebus, quę ad viuendi vsum pertinent, ditissima, omnium ferè ciuitatum terra mariq; potentissima, multis magnisq; rebus domi foriscq; gestis clarissima, adeo vt eius nomē atq; potentia non immerito Hispaniæ, Galliæ, Affricæ, cęterarumq; nationū principibus timori vel maximo fuerit. Florebat enim nō solum maximis opibus ac diuitiis, sed etiam plurimorum virorum prudentia singulari, optimis moribus & institutis. Ciues omnes in administranda republica atq; adaugenda quasi veterum Romanorum ordinem morēq; sequebantur. Qui nihil vnq; nimis, sed omnia tā publica, q̄ priuata pro modo rationeq; faciebant. Nō igitur illorum diuitias resq; familiares vllæ discordiæ, non lites, non iudicia, non iurgia, non seditiones, vt in plęrisq; fit, minuebant. Quippequi ratione potius naturaq;, q̄ legibus viuere malebant. Nobiles armis & equis officiisq; militaribus studebant, hisq; sese exercebant, & aduersus hostes feroces erant. Mercatores honestissime cōmercia tractabāt. In quibus exercendis nō tā quæstus auidi, q̄ veri, fideles, ac liberales erant. Sacerdotes, & omnes qui rerum sacrarum curam gerebant, pie sancteq; sem per viuebant, summaq; veneratione atq; timore diuino cultui sacrisq; reb⁹ incūbere. Reliqui ciues cuiusq; ętatis aut liberalibus, aut mechanicis artibus, quibus erat cultissima ciuitas, operā dare. In qua nemo circūforaneus, ideſt desidiosus & inanis erat, sed honesta alii alia negocia

Caroli uirtutes.

Barcinonæ laudes.

UVA. BHSC. IyR_186

exercere. Itaq; nemo malus, nemoq; pauper, sed optimus quisq; erat, atq; ditissimus. Hac fama ciuitatis non ex Hispania tota solum, sed ex aliis quoq; multis nationib⁹ homines huc vndiq; quotidie conueniebant, ciuitatemq; libenter incolentes indies maiorem ditioremq; faciebant. Hinc præterea multę ciuitates ordinem moremq; viuendi sanctissimum, hinc exempla Reip. gubernandæ pulcherrima, hinc cęteras bonas artes imitabantur. De cōditore tamē eius affirmare nihil ausim, siquidem omnium qui de ea scripserūt, de autore incerta opinio est. Nā quod nonnulli de Barcanona pueriliter fabulantur, ego quidem non minus falsum, q̄ ridiculum existimo. Cęterum fuit olim situ ciuitas admodū parua, & á littore maris vno fere stadio remota. Pulchra tamen ædificiis, & altis tota mœnibus clausa, fuerūt & ciuitatis portæ numero quatuor, in totidem mundi partes vergentes, æquo ferè omnes inter se spacio distantes, quæ adhuc extant, & in ipsius penè ciuitatis vmbilico visuntur. Postea vero crescente hominū multitudine bis vndiq; magnificis ędibus & conspicuis sanctorum templis aucta, bis etiā prę ualidis muris superbisq; turribus cincta est. Quæ quidem etsi magnitudine nōnullis vrbib⁹ cedit, ædificiorum tamen elegantia, littoris amœnitate, viarum munditie, vicorum rectitudine, æqualitate domorū, amœnissimis hortis, quos variis arboribus & nonnullis palmis q̄q; domus cultissimos habet, forma deniq; rerum omnium & excellenti pulchritudine meo quidem iudicio, cui, absit inuidia, cunctis profecto ciuitatibus est anteponenda. Plura præterea de hac ciuitate memoratu digna narrare possemus, quæ ne longius ab incepto discedamus, omittimus. Redeo igitur ad Carolum. Qui Barcinonensium consiliis & opibus fretus, tertio, sicuti supra demonstrauimus, aduersus Regem, cui charissimus erat, fortunam voluit experiri. Cuius consilii Rex penitus ignarus, & a filio sibi cauendum nihil existimans, ex Barcinona Aragoniam versus descedere statuit. Hinc itaq; proficiscens ad delectus habēdos, Aragones apud Fragam, quod oppidum est Aragonię primū, situ apud Singam fluuiū, & Gothalanos Ilerdam, quæ ciuitas est in ripa Sicoris amnis, ad diem certum conuenire iussit, & Ilerdam die tertio peruenit. Postero die quoq; in ciuitatem Carolus non bonis auspiciis ingressus est. Nam dum hic Rex commoratur, donec, vt imperauerat, Gothalanorum equites & omnes nobiles ad delectum conuenirent, quidam de eo suspitiones, quidam prauas cogitationes, nonnulli conatus etiam impios ad Regem detulere. Quæ cum Rex ab aliis diligenter quærens, vera esse reperisset, nō sine magno dolore & animi motu filiū in semotam ædiū partem accersitū huius modi verbis alloquitur. Inter omnes patres immo omnes mortales neminē infœliciorē vnq̄ fuisse credo, filiorum causa Carole fili mi, q̄ ego sum. Propterea q̄ te talem filium genui, quem me genuisse pœniteat, & de quo vel inuitus vltimū sumere supplicium nō humano solum, sed diuino quoq; iure cōpellar. Tua enim superbia, tua crudelitate, nostra clemētia, nostra pietas, nostra patientia victa est. Sola iusticia nobis vtendū. Nam dū mea lenitas, dum amor paternus tuis peccatis & erroribus veniam tribuit, & indigno tibi vitā concessit, cum tā impie sæpi⁹ deliquisses, me quidē iniusticiæ nomen subire coegit, tibiq; ad peccādum multo maiorem præbuit audaciam. Et dum timui vulgi sermones, dū odiū multitudinis vitare conatus sum, si de te supplicium vel iustissime sumpsissem, te longe deteriorem ego feci. Ideoq; dum tuæ salutis rationem habere volui, tu me tanq̄ inimicum acerrimum omnibus modis perdere tentasti. Quam ob rē quid me nunc in te statuere oporteat, qua pœna tua crimina plecti debeāt, quod te subire supplicium pro tuis ausis ęquum sit, diuina quidem & humana nos exempla commonent. Scimus enim angelum, qui superbia tumescens, in Aquilone sibi statuere sedē, & suo creatori similem se facere cogitauerat, Dei iusticia de cœlo fuisse delectum. Multos præterea mortales fuisse legimus viros etiā sanctissimos, qui iubente lege de propriis filiis cū deliquissent, vltimum sumpsere supplicium. Quod si Deus omnipotens, in quem passio cadere nulla potest, vt iusticiæ suę q̄q; voluntatis nobis præberet exemplum, ingratitudinis & superbię crimen impunitum esse noluit, superbosq; de sede deposuit: Si multi quoq; parentes humanæ virtutis amore iusticiaq; commoti, pro causis alienis in filios suos animaduerterūt, quod ego te dignū supplicium

Verba Regis ad Carolum

plicium inueniam? Si me, qui in te educando & boni patris piæ quoq; matris officio functus sum, tua immanitate non modo de regno meo expellere, verum etiam vita spoliare sæpe conatus es? Tantū ne apud te regnandi cupido? tantum inimicorum nostrorum sceleratissima consilia potuere? vt patris animam gladio perdere nullo Dei timore, nullo hominum iudicio, nulla impeditus verecundia tantopere laboraueris? O infœlicē illum semper & infaustum diem, quo te genui. Alii enim principes aliiq; patres omnes ad suam custodiam, ad suę vitæ securitatem, ad suam gloriam filios progenuere, quorum virtute, quorū laudibus, quorum rebus honeste magnificeq; gestis magnopere perpetuoq; gauderent. Me vero solum in orbe terrarum nescio quo fato, filius meus insidiis, odio, coniurationibus, armis præliisq; continuo persequitur. Quod si vel ego tuis oculis tam inuisus fui, si te dominandi cupiditas tantopere vexabat, nonne tempus vel breuissimum expectare potuisti? Non ne patris ætas iam præcipitata, qui annum quintum & sexagesimum agebat, monere te debebat, ne paucorum annorum impatientia tantum nephas, tantum scelus, tantum dedecus admitteres? Ego nanq; quæcunq; mihi Deus nostriq; maiores habenda & gubernanda tradiderunt, eodem Deo & natura iubente cū vita ipsa relicturus sum. Moriens enim mecum ferre non possum. Nec quenquam habebam, pręter te, ad quē nostra bona omnia hereditario iure pertinerent. Tu autem siue tuis siue aliorū consiliis deceptus, non solum regna paterna & maiorum nostrorum principatus, sed nostram quoq; gratiā imperpetuum amisisti, teq; omni supplicio iudicio omniū dignum feciſti. Qua propter si quid in te graui? à nobis statutum fuerit, nemo quidem sine iustissima causa, nemo sine ratione factū cognoscet. Hæc locutus Rex, qui Carolum custodirent, & illius domus, vbi tunc erat, exitu prohiberent, vocauit, adhibitisq; custodibus eum respondere volentem reliquit. Ac inde paulo digressus lachrymas & gemitus continere non potuit, tantum paterna pietate mouebatur. Carolus autem patris sententiam & indignationē timens, quæ sibi mortem minabatur, multis profusus lachrymis & oppressus, maxima verecundia oculos attollens & sursum aspiciens, quasi Dei clementiam imploraturus, vę inquit mihi misero, si neq; clementię neq; misericordię spes vlla relicta est. Quæ res vbi innotescere cœpit non paruo quidē dolore atq; tristicia omnes affecit. Omnes enim tum regiæ domus equites, tum ciues tota nocte non sine gemitu casus huiusmodi magnum malum summumq; dolorem allaturos querebantur. Præterea magnus erat in tota ciuitate tumultus. Omnes enim Ilerdæ ciues desiderabant Carolum è carceris custodia liberari. Captus fuit etiam cum eo Ioannes Beamontius Ludouici, quem supra memorauimus, frater. Hunc enim Carolus propter propinquitatem & assiduam fere consuetudinem plurimum diligebat, & eius consilium & autoritatem omnibus in rebus pręcipue sequebat. Hinc Rex cum Carolum Mirauetum sub custodibus mittere statuisset, multorum nobilium Aragonię precibus cōmotus, ad Iaffariam, quæ domus est apud Cę saraugustam ciuitatem, missum custodire diligentissime iussit. Qua de re Gothalani certiores facti, qui res nouas & prauas belligerandi cogitationes animo cōceperant, quo sibi libertatem vendicarent, ex totius prouinciæ nobilioribus legatos ad Regem quindecim, qui scirent quā ob causam captus Carolus & in carcerem coniectus fuisset, statim miserunt. Hi cum Ilerdam ad Regem veniſſent, eorum quidam Petrus Vrreus Tarraconensis Archiepiscopus, qui vel eloquentia vel dignitate cæteros antecedebat, apud Regem orationem hanc habuisse fertur.

Oratio Prælatis Tarraconensis ad Regem.

¶ Si leges & iustitia te cogunt, inuictissime Princeps, vt in Carolum filium tuum, ac potiꝰ in te ipsum grauius animaduertas, cum tu illū progenueris semperq; plurimum dilexeris, nos tibi pro illius salute & incolumitate supplicare non necessarium ducimus. Nā etsi misericordia pietate & humanitate q̄ maxime mouemur, nos tamen ipsa ratio tuaq; voluntas multo quidē magis conuincit. Prętera quis est tantum à ratione alienus, vt putet patrem pro filii vita, quanihil illi charius esse potest, aliorum precibus indigere? Quod tamen cum ita sit, summo quidem compulsi dolore causam scire desideramus, quæ res te de proprio tuo sanguine supplicū sumere coegit. Omnes enim non tui solum populi, verum etiam aliæ gentes, quæ tuam cle-

UVA. BHSC. IyR_186

mentiam & humanitatem non ignorant, non ſine magno ſtupore admirantur, ſi nunc aliquid grauius in filium tuū ſtatuendum cēſeas. Cum cæteris delinquentibus ac inimicis, ſi nemo q̄ratur, facillime parcere conſueueris. Ea nāq; homines præcipue in magnam admirationem adducunt, quæ valde præter naturam fieri exiſtimantur. Huc accedit, excellentiſſime Rex, q̄ ſicuti quēq; ſibi ipſi nocere difficile eſt, ita & poſt admiſſam culpam facile eſt ſuis erroribus ignoſcere. Nos quem finem res hæc ſit habitura, non poſſumus nō magnopere timere. Mētes em̄ noſtræ non niſi magnum dolorem affuturum nobis prædicāt. Nec hactenus, quæ res nos maxime cruciat, ſcire nobis licet, quę noſtræ huius infœlicitatis cauſa ſit. Vna ſiquidem omnium voce clamatur Carolum Vianæ principem ab omni culpa liberum eſſe. Præteritos enim errores omnes ſciunt te filio tuo iam ſponte remiſiſſe. Quæ igitur nunc te cauſa mouerit intelligere non poſſumus. Ad te itaq; oratum venimus, clementiſſime Rex, vt & eius rei nos participes fieri velis, vt populis, qui nos ad tuam Maieſtatem miſerunt reſpondere & rationē reddere poſſimus, & Carolum ex te fuiſſe genitum memineris, & principatus tuos quos tibi maiores tui in pace tranquilliſſima reliquerunt, cōcordia prudentiaq; conſerues. Hęc cum dixiſſet Præſul, orationi ſuę finem fecit. Cęteriq; legati flentes idē Regem deprecati ſilentium fecere. Quibus

Verba Regis ad Legatos.

Rex pauca hæc verba reſpondit. Nulla ira, nulla rerum pręteritarum recordatione mouemur. Sed nuper quod in honorem noſtrum atq; ſalutē Carolus veſter conatus eſt, niſi iuſta animaduerſione plectendum cenſeatur, me profecto nō pium neq; clementē, ſed ſtultum potius ac dementem iudicare omnes merito deberent. Illum enim ſcimus rebus nouis ſtuduiſſe, in patris pernitiem plurimum vigilaſſe, falſa & iniqua regnandi dominandiq; cupiditate cōmotum noſtros me viuente principatus affectaſſe. Nihil magis q̄ vitam patris odiſſe, cui nuper indignas tendebat inſidias. Nulla enim re maiori dolore concutitur, q̄ propter patris fœlicitatem. Me nāq;, vt opprimere deq; medio tollere poſſet, ab Henrrico Caſtellæ Rege exercitus & auxilia petiſſe quis ignorat? Nihil deniq; non auſus eſt, nullo ſceleris genere deterritus, vt noſtram perderet ſenectutem. Ex quo & cogitare & intelligere poſſumus, aut illum diem fœlicem non fuiſſe, quo ex me conceptus eſt, aut bonū eius ingenium prętęr naturę ſuæ bonitatem prauis aliorum conſiliis fuiſſe conuictum. Quæ res multo quidem maiorem mihi affert, q̄ cuiq; mortalium, dolorem. Cogor enim iuſtas de filio vel inuitus exigere pœnas. Cuius quidem ſupplicīū noſtram magis animam percutiet. Quod ſi pietas & amor paterni ignoſcere filio velit, mihi tamē non licet. Illis enim veniā dari æquum eſt, qui & imprudenter, & ſemel & in re non magna deliquere, nō aūt eis, qui ſciētes, qui pluries impia maximaq; crimina cōmittunt. Nam ſi quis, quod ei nō liceat, ſemel cōmiſerit inſcitia, ſi quis etiā bis, excuſari imprudentia poteſt, ſi quis vero tertio rediit ad crimē, aut demens eſt aut obſtinatus. Huic igitur ſi venia daret, & impune peccare liceret, quæcūq; mala committeret in poſterū non illi quidem, ſed eis aſcribenda viderentur, qui eum vel punire vel prohibere poterant. Carolus itaq; ea animaduerſione pœnaq; plectetur, vt cuiq; deinceps nocere non poſſit. Qua in re me iuſtiſſime ſtatuiſſe viros bonos exiſtimaturos non dubito. Huic ſentētiæ legatis reſpondere nō audentibus, Rex Fragam verſus diſceſſit, paulocq; hic moratus Ilerdā reuerſus eſt. Barcinonenſes autem interim, qui nouis rebus ſtudentes magnos exercitus coegerāt, & ſuę ciuitatis imperio ſe potiri poſſe ſibi falſo perſuaſerant, ſexaginta legatos cum aliis quindecim, quos paulo ante memorauimus, ex potentiſſimis ciuitatis electos ad Regem miſerunt. Ex quibus quendam virum Abbatē Ageræ

Abbatis Agerenſis oratio ad Regem.

hoc modo Regem allocutum ferunt. Illi principes diuino & humano cōſenſu principatu populorumq; ſuorū cultu & obſequio digni ſunt, excellentiſſime Rex, qui & cōmunes vtilitates priuatis anteponunt, et in eo ſemper manent, quod cum ſui principat? populis fide & iureiurādo ſtatuere. Ille autem qui omnia ad ſua commoda, ad ſuā voluntatem metitur, & iuſiurandum fidemq; violat, hic quidē & diuinam & humanā legē cōtemnens, ſeſe & principatu & ſuoꝝ obediētia manifeſte facit indignū. Quod ſi ita eſt, qd nos facere debemus? Si ius nr̄æ libertatis iuſticiā clamat. Si Vianæ principatus & oēs tuoꝝ regnorū populi nō immerito Caroli nr̄i prin

UVA. BHSC. IyR_186

cipis liberationẽm desiderant? Eadem fides & obseruantia, quam tibi debem?, nos etiam illũ defendere compellit. Quod vt faciamus, & ratio & fortuna ipsa nos vehemẽter hortant. Quæ non pedibus nos, sed alis perpetuo fouet, maximisq; viribus excitat. Ideoq; populorum motus & excitatos animos cõpescere etsi vellemus, nobis tamẽ nullo modo liceret. Omniũ mentes harũ rerũ infœlices euentus præsagire vident. Quid enim boni ex tõto malo sperare licet? Fidem enim & obseruantiam, quam tibi hactenus seruauimus & in perpetuum seruare iureiurando statuimus, si tua culpa semel amiseris non facile quidem ad tuum reuocabis obsequium. Populi nanq; qui iustam ob causam à suis principibus deficiunt, aut sero quidem ad eos, aut nunq; redire solent. In bellis opulentus & numero magnus exercitus, de paucis & omniũ rerum penuria laborantibus facile victoriam cõsequitur. Duces nobis ac milites præter nostros auxiliares & stipendiarii non deerunt. Pecuniis enim, quas bellorũ neruos appellant, cęterisq; rebus ad bellum gerendum necessariis abundamus. Vires iam & animos nostros atq; in re militari scientias cum alii multi, tum vero Gallorum principes populiq;, qui ferociſſimi bellicosiſſimiq; semper fuere, sunt experti. Qui olim cum magnos in Hispaniam duxissent exercitus, & Gerundam vsq; peruenissent, quæ ciuitas propè centum & quinquaginta passuum milia à Galliæ finibus distat, amisso Rege cum exercitu, perpauci quidem domum fugientes redierũt. Præterea nullę gentes externæ ne Hispanicę quidem nobis absq; sua pernitie bellum intulere. Terra mariq; nostra plurimum valet ac timetur autoritas. Scimus enim nomen nostrum omnes formidare pyratas. Ob rerũ gestarum memoriam multasq; nostras & insignes victorias Affricæ quidẽ & Europæ atq; Asiæ non paruo timori sumus. Hac etiam causa toti? Hispaniæ principes gratiam & amicitiam nostram appetunt, colunt & plurimi faciunt. Nostri maiores, qui fortissimi iustissimiq; fuere, non tam militum numero ac multitudine, q̃ virtute atq; labore posteris imperium & rempublicam reliquere. Omnes homines natura ad res magnas & amplissimos principatus aspirant, attamen illi tantũ sua vota consequunt, & diutius parta tueri & cõseruare solẽt, quos nõ temeritas, nõ praua regnãdi cupiditas, nõ odiosa crudelitas, sed ratio, sed iuris ac virtutis amor, sed ipsa denicq; semp amabilis humanitas comitat. Quod si ita est, q̃ nã tibi tuorum regnorũ spes habẽda est? Quam ob rẽ noster erga te amor, fides, pietas & obseruantia, quę tibi iure debentur à nobis, huiusmodi tempore nos Maiestatem tuam deprecatum propere venire coegerunt, vt & saluti filii tui, & nostræ tuæq; quieti atq; honori mature consulas. Tum Rex conuersus ad proximos venerabili ac vere Regia grauitate sic respondit. *Respondet Rex legatis.* Quod ratio & iusticia monent hoc facere statuimus. Numq; enim siue in nostris, siue in aliorũ causis ac periculis sententiam laturi simus, ab officio & ratione discedemus. Principes autẽ, qui iusticiam exercent, & supplicijs improbos afficiunt, & de bonis optime merentur, & hominũ societatem conseruant, & Deum sibi tanq; maximis sacrificiis conciliant in perpetuum, propicium q; faciunt. Gloria autem & quidquid cum ea turpiter acquiritur durabile non est. Nos autem quod bonis clientibus ac populis in officio permanentibus præstare debemus, hoc quidem speramus à nobis neminem vnq; iuste desideraturum. Quod nisi de fontibus etiam pœnas debitas exigerem facere non possem. Præterea non est Ducis famam & victoriam quærẽtis, priusq; videantur pericula timere, & illorum motus & defectionem sine causa sperare, qui sibi semper fidelissimi fuerunt. Qui tamen si temere tentare aliquid auderent, sibi pro sua dementia pœnas esse daturos. Hęc dum agebãtur in aula, Rege veteri Gothalanorũ fidei & amori plurimum confidente, illorum & magistratus & duces clam populis persuaserãt, vt Rege capto, eius omnes cõsiliarios interficerent. Quod consiliũ & tam numerosę multitudinis conspirationem, qui vel pręmii spe, vel metu pœnæ, ad Regem referret, nemo repertus est. Tantum enim rerũ nouarũ studiũ & belligerãdi cupiditas omniũ mẽtes inuaserat, tãtusq; furor sensus oppresserat, vt nõ à Rege solũ, quẽ ardẽtissimo semp amore, & tanq; numẽ aliquod summa veneratione psecuti fuerãt, verũetiã à se ipsis alieni fuisse videri potuissent. Cæterum illis arma iã capientibus, Rex p indicia rẽ cognoscens, suos clã in consiliũ cõuocatos monuit, vt qd agẽdũ

UVA. BHSC. IyR_186

foret ex tempore consulerent. Tum itaq; Petrus Durreus hæc statim respondit. Vetus Gothalanorum fides & virtus atq; amor erga suos principes, inquit, magnanime Rex salutis & incolumitatis tuæ nobis spem certissimam pollicetur. Nos autem pro nostra pugnantes omne periculum propellemus. Ideoq; fortunæ cedendum non arbitror, ne forte hostibus mali futuri maiorem & optatā prebeam⁹ occasionem. Hæc domus opportuna satis & inexpugnabilis loci natura & ædificiorum munitione, certam nostræ salutis ostendit securitatem. Milites & multos & fortes habemus. Arma nobis non desunt. Bonorū omnium subsidia aduentura in auxilium nostrum dubitādum non est. Quidquid ergo hostes, si iā repugnare velint, facere decreuerint expectandum cēseo. Discedentes enim belli iam cœpti manifesta signa daremus. Abitio præterea nostra fugæ persimilis omnibus videretur. Quæ res & Regiam tuam autoritatem famamq; minuere, & inimicorum audacem plurimum augere posset insaniā. Illi denicq; viri de suis hostibus victoriam consequunt, qui se laboribus & periculis exponunt. Huic sententię cūctis assentientib⁹, Rex solus nō acquieuit. Qui diuino spiritu cōmonit⁹ honorē, inqt, & salutē vestrā viri fortissimi ego nō secus ac vitā meam charā habeo. Ex duob⁹ periculis quod magis obesse potest, hoc p̄cauere & effugere diligēter debemus. Scimus iā Gothalanos in armis esse. Qui si cōtra me belligerantes violata iā fide semel nos aggredi p̄lio cœperint, nisi penitus omni ratione careāt, vitæ suę spē omnē in nr̄a morte positā esse putabūt. Hoc igit̄ euitare periculum prudētis ego, nō aūt timētis existimo. Facilius est enim apud populos honori cōsulere, q̄ fidē illor⁹ p̄ scelus amissam & voluntatē recōciliare. Quod si huiusmodi belli casus ineuitabilis est, malo quidē hostibus in liberis occurrere cāpis, in q̄bus fortissimus quisq; nō sine spe suæ salutis pugnare & suis vti viribus possit, q̄ parietib⁹ angustis inclusus cū paucis inermibus impetū armatæ multitudinis expectare. Vbi nobis captiuorū more vel agnor⁹ potius in cohorte clausor⁹ pereūdum esset, aliis aliorū mortē spectantibus. Hæc cū dixisset, de secunda vigilia equū ascendēs, Bernardū Rocabertū, cui plurimū cōfidebat, cū paucis armatis clam ciuitatis custodibus præmissum ad portā, quæ p̄dicatorum dicit̄, paruo comitatu subsecutus egressus est. Ac nulla parte noctis itinere intermisso, postero die Fragā, quę distat ab Ilerda passuū fere milia viginti, peruenit. Nōnulli tamen eum cuniculis sub mœnibus actis egressum ferūt. De tertia autem vigilia & noctem paulo post mediā Franciscus Espla, Ioannes Agullō & Grauus Ceruellon p̄cipui coniurationis autores, & qui manus impias in Regio fœdare sanguine destinauerant, in Regis aulam venerunt. Vbi cum Regē non inuenissent, summa tristicia & dolore affecti, domū suam reuersi nouitate & magnitudine sceleris agitati noctē totam insomnes transiere, magno tota ciuitate tumultu fluctuante. Quę res summo dolore metuq; legatos afficiebat. Perspiciebant enim viri prudentes nepharīū hoc tanti sceleris initium, non nisi pernicioſum & infœlicem finem habiturū. Timebantq; ne quod insolentes homines ausi fuerant, Rex illorū consilio factum forte putaret. Die sequēti cū omnes coniurati magno cum exercitu Fragā p̄ficisci statuissent, quorundā vsi cōsiliis hoc iter distulere. Omnes tamen totius principatus populos in armis esse iusserunt. Qui paucos post dies cū magnis copiis Ilerdā conuenere. Hic cum Regē Cęsaraugustam profectum accepissent, Fragam magnis itineribus contendunt, eamq; ciuibus & magistratu consentientibus ingrediunt. Sub idem tempus Regi nunciatum est, Castellæ Regē Henricum, pacis & amicitię fœdere neglecto, in Aragonum fines cū magnis exercitibus aduentasse, magnūq; equitum & peditū numerū ad oppugnandū Boriā misisse, quod oppidum distat à Cæsaraugusta passuum milia circiter triginta. Eodem tempore Valentini quoq; Gothalanorū tumultu p̄moti, alii secreto, alii publice arma, equos, atq; alia omnia, quæ ad bellum gerendum necessaria videbantur, parare. Siculi præterea Sardi, Baleares, & aliarū insularum populi omnes ancipites, & in neutram partem declinantes, quid cæteri facerent expectabant. Interim etiā Ludouicus Requisentius, qui Regi fidelissim⁹ erat, Barcinonæ captus est, propterea q̄ Gothalanis, quibus p̄erat, contra Regem conspirantibus assentiri noluerat. Et Lusetanis in Nauarra iterum bellum Agramōtanis inferētibus, Hispania fere

Petri Durrei consilium.

Regis consilium.

Ludouici Requisensis fides erga Regem

UVA. BHSC. IyR_186

tota maximis perturbationibus vexabatur. Hic autem Rex prudentia singulari, vt & fortunæ conatibus occurreret, & populorum furores extingueret, Carolum statim è carcere liberauit. Quem Regina Barcinonā proficiscens vsq; ad Villā Francam secum adduxit. Vbi Barcinonæ legati Reginam ab itinere prohibuere, leges quasdam & cōditiones petētes, quas non tam necessarias neq; tā iustas, q̄ ad culpam suam ꝓtegendam et excusandū errorem, quem non leuem cōmiserant, excogitasse videbantur. Regina autē re non concessa, erat enim iniqua, Barcinonę itinere dimisso Cęsaraugustam ad Regē reuersa est. Carol⁹ autem Barcinonam profect⁹ à ciuibus cæteriscq; prouinciæ populis, vt patri bellum inferret, assidue incitabatur. Quod cū audisset quidā Carolus Artheca cognominat⁹ Ilumberrū oppidū, cui regio iussu diutius præfuerat, pro Carolo principe gubernare ac defendere cœpit. Ad quem oppugnandum Alphōsus Aragoneus cum exercitu profectus prope muros oppidi castra posuit. Cui Rex, vt pro tēpore opportunum mittere subsidium posset, cū Aragonum copiis Sāgosam venit, quod oppidum abest ab eo passuum milibus octo. Cæterum cum hic Alphonsus Aragoneus propter eius in re militari pręstantem & excellentem fortitudinem & rerum gestarum gloriam sit sæpius memorandus, qui fuerit hoc loco dicere perneccssarium ducimus. Alioquin non dubito omnes qui eius virtutes in rebus bellicis & prœliis ab illo fortissime gestis legerint, illius gen⁹ & antecessores qui fuerunt scire desideraturos. Fuit itaq; Regis Ioannis, de quo scribimus, fili⁹ non tamen ex legitimo matrimonio, & Villæ Formosæ Dux. Qui paternam & omnium maiorum suorum in re militari prœlioq; gerendo virtutem nō solum est imitatus & æquauit, sed lōge quidem superauit. Quod & Rex ipse & Duces nō Hispani solum, sed Galli quoq; omnes vno ore p̄dicabant. Ego aūt pręter ea, q̄ ab eo gesta sunt his cōmentariis scripturus sum, multa quoq; alia cōmemorare possem, & quibus locis cum paucis equitibus magnas hostiū copias fuderit, quot & quantas victorias præter omnium opinionem consecutus fuerit. A puericia enim & teneris annis tanq; natus ad Martis opus se semper in armis exercuit. Nam & bellis, q̄ pater aduersus Reges Castellæ & cōtra Gallos & Nauarræ populos atq; Gothalanos reluctantes fortissime gessit, omnibus non interfuit solū, sed præfuit, & summam sibi laudem & gloriam comparauit, verum etiā deinde Ferdinandum Regem fratrē secutus aduersus Alphonsum Portugaliæ Regem & Mauros Granatenses famā Ducis & gloriam immortalem adeptus est. Vir fuit corpore magnus, sed animo multo maior. Qui post multas & insignes victorias, de nicq; i oppido Castellæ, quod Linares appellāt, vitā finiuit. Reliquitq; filiū Alphōsum, q̄ sibi i ducatum Villæ Formosę successit, reliquit & alios nothos multis virtutibus præclaros. Hoc igit̄ Alphonso filio & Ioanne Cæsaraugustæ Archiepiscopo altero filio, se non minus fœlicē Rex existimabat, q̄ reliquis, quos ex legitimis nuptiis suscepit. Nam Ioannes q̄uis religione magis q̄ re militari semp fuit occupatus, non paruam tamen laudem sibi gerendo prœlio comparauit. Sed de his hæc pauca sufficiant. Nunc ad rem redeo. Carolus itaq; Artheca cū se oppidum diutius defendere non posse animaduertisset, ad Regem Castellę legatū misit rogatum auxilium. Quod nisi mature sibi succurrerit, se cum oppido in Regis Aragonū potestatem vētu rum dicebat. Ad quem Henricus, Aragonum Regi nocere desiderans, equites numero mille subsidio misit. Quos Gonsaluum Saiauetrā Alcātaræ ordinis militiæ Præfectum cum aliis copiis & Rhodoricum Marchenā subsequi iussit. Quod Rex cum animaduertisset Duces & cōsiliarios omnes ad concilium conuocatos quid agere deberet statim consuluit. Tum Rhodoricus Rebolletus primus sententiam suam dixit. Et si tuus exercitus virtute magnus est fortissime Rex, numero tamen satis exiguus, adeo vt nisi diuino iuuetur auxilio, tantę hostiū multitudinis impetū sustinere nullo modo possit. Quare tuā salutē i tantū cōferre discrimē ego nō fortitudinis esse, sed extremę dementiæ iudicarē. Scim⁹ enī Rex Castellę quot armatorū milia cōficere possit, Aragonū plures á te alienatos esse nō ignoram⁹, Gothalanos in te refractarios ad tuā pnitiē Principē Carolū incitasse nobis certissime cōstat. Hi si cū Castellanor̄ & alior̄ copiis se forte cōiunxerint, nobis q̄dē neq; victoriæ, neq; salutis nr̄æ vlla spes est. Nam quid pau

Alphonsus Aragoneus qui fuerit.

Rhodorici Rebolleti sententia.

UVA. BHSC. IyR_186

cis q̃uis fortibus cõtra tot hostiũ milia sperare licet? Quod si viris fortib⁹ & magnanimis p̃ virtute atq; iusticia tuẽda, pro honore vitã profundere glorioſum videt, nos tamẽ non noſtra quidẽ, ſed Reginę, ſed Ferdinãdi filii tui cauſa, tuæ ſalutis habere rationẽ debem⁹. Nam ſi tibi, quod Deus auertat, grauius aliquid accideret, nobis iam victis non dubium eſt, quin venirent in hoſtium poteſtatem. Qua re nec infœlicius euenire nobis quidq̃ poſſet, nec cõtumelioſi⁹. Hoc igitur tantũ malum ſummumq; dedecus ne nobis contingat, ſummo ſtudio atq; diligẽtia proſpiciendum cauendumq; eſt. Mea igitur ſententia eſt, vt nos prælium cõmittere & cum hoſtibus congredi & experiri fortunam permittas, teq; tuto in loco cõtineas. Omnis enim & Reginæ & Ferdinandi filii tui omniũq; tuorum ſalus in tua ipſius ſalute poſita eſt. Tu itaq; dũ fueris incolumis vbicũq; fueris, etſi nos peiores fortunæ caſus ſequantur, nunq̃ tamen de noſtra ſalute deſperabimus. Huius opinioni Martinus Lanucius non aſſentiens, hoc modo locutus eſt. Ego Regis gloriam Ducibus attribuendã non cenſeo. Cũ præſertim ſæpenumero Regis vel nomẽ vel aſpectus in p̃lio cauſa victoriæ fuerint, cui⁹ fama ſua regna tutaẽ, augetq; atq; cõſeruat. Te igitur in agmine viſo fortiſſime Rex, tuoſq; inter pugnandũ hortãte, et hoſtium frangẽt animi, & tuorũ, alii virtute, alii pudore coacti mortis omnia pericula contemnentes acrius certe pugnabũt. Quod in tua p̃ſentia pugnantes tuos equites militeſq; ſæpe feciſſe, vocem tuã audientes experti ſumus. Ideoq; paruo cũ exercitu plærũq; ingentes hoſtiũ copias p̃ fligaſti. De quibus p̃ter tuã atq; aliorũ opinionẽ inſperatã victoriã habuiſti. Te igit̃, inuictiſſime Rex, p̃liis imminẽtibus intereſſe oportere arbitror, tuoſq; milites hortari & voce manuq; iuuare. Nõ aũt quid alii fecerint expectare, vt ſi quid acceperint detrimẽti, non abſentiã tuam, ſed vel fortunã vel ſuam ipſorũ culpam accuſare iure poſſint. His conſiliis nemine reſpõdente, Rex quoq; cunctatus parũper ac ſi vtriuſq; iudicii⁹ ppenderet, tandẽ quaſi Lanucii ſententiã cõprobaſſet. Hactenus inqt nõ meminiſſe vos arbitror pceres, Caſtellę Regẽ vnq̃ cũ maioribus copiis aduerſũ me ſine magna ſua calamitate pugnaſſe. De qb⁹ multas & inſignes victorias me cõſecutũ fuiſſe vobis cõmemorarẽ, niſi ſcirẽ vos & earũ rerũ memores eſſe, & p̃ticipes honorifice fuiſſe. Quas res ego nõ fortunæ, nõ nr̃is viribus, vt multi faciũt, attribuo, ſed Deo optimo maximo, qui ſemp p̃ iuſticia virtuteq; pugnãtib⁹ aſpirat. Quare dũ rectũ ſequar, & iuſtam cauſam habuero, neq; p̃liis vnq̃ abſtinebo, neq; de ſalute ac victoria deſperabo. Hoc modo locutus, & cõcilio dimiſſo quieti ſe parũper dedit. Erat enim tẽpus noctem iã poſt mediam. De quarta aũt vigilia conuocatos vndiq; milites armari, & põtem tranſire, & in vlteriorem fluminis ripã conuenire iuſſit. Prima luce ſubſecut⁹ cohortes, Alphõſum Aragoneum, cuius ſupra mentionẽ fecimus, ab Ilumberri obſidione reuocatũ cũ exercitu ſecũ coniũxit. Et cum omnibus copiis Mõtem Regalẽ verſus, qui locus abeſt à Sangoſa paſſuum milia circiter viginti, ſignis militaribus erectis, & ingenti tubarũ & tympanorũ cõcentu proficiſcitur. Huc cũ exercitu bene inſtructo cõtendens in itinere locũ caſtris elegit mõtis natura ſatis cõmodũ, & vbi ppauci contra multos pugnare tuto poterãt. Hoc ideo fecit ne eius exercitus, qui numero erat inferior, ab hoſtibus in loco facili circumueniri poſſet. Erat autem hæc loci natura, vt perpauci regii milites in ſummo iugo montis, hoſtes à tergo veniẽtes ppellere facile poſſent. Nam a latere nullus hoſtibus aditus patebat, tanta enim loci ex vtraq; parte difficultas & aſperitas erat. Vbi vero caſtra poſita erant, hic locus & ad planitiem, quæ prope aderat, deſcenſum & ad caſtra regreſſum facilem præbebat. Hic itaq; Rex & loci opportunitate & militum virtute nimium fretus, hoſtes expectare cõſtituit. Quibus Ilumberrum ituris hac commodius iter & expeditius erat. Cęterum cum hoc Regis cõſilium Caſtellanorum Duces intellexiſſent, periculum metuentes recto itinere omiſſo, per aliud oblicum Ilumberrum cum exercitu peruenerunt. Qua re cognita Rex Sangoſam propere rediit. Hic aliquandiu commoratus cum hoſtes cõmittere p̃lium recuſaſſent, ſeq; in oppido cõtinerẽt, Pompilonii⁹, Lerinatibus, cæteriſq; Nauarræ populis Ioannẽ & Alphonſum Aragoneos Duces cũ exercitu p̃ſidio relinquẽs, Bilbilim, quod eſt oppidũ Aragoniæ nobile magnũq;, & Calataiutũ vulgo appellat̃, vt delectus

Martini Lanucij ſentẽtia

Sententia Regis.

UVA. BHSC. IyR_186

haberet, profectus est. Hinc Regina ad Villā Frācā reuersa, partē legum & conditionū, quas petierant, Gothalanis cōcessit. Vt in eos iura omnia & impiū Carolus haberet. Rex vero toto eorum principatu interdictus, Regis tantū nomē retineret. Hac impetrata & cōfecta re Ludouicus Requisentꝰ, & Ioannes Beamontius, quos deꝑhensos fuisse demōstrauimus, ē custodia statim liberati fuere. Cæterū paulopost Barcinonēses cū aliis ꝓuinciæ populis, omnia q̄ cōcupiuerāt adepti, cū iā à Regis impio ac iure liberi viderent, ꝓ sua libidine omnia facere, iustum atq; iniustū sibi velle, ac pro virtūte & æquo, scelus & arrogātiam exercere, nemini, ne principi qdē suo Carolo propter eius mansuetudinē & facilitatē parere. Quin etiā Carolꝰ quotidie solicibatur ab illis, vt armis patrē ꝑsequeret, vt cōcubinā legitimis sibi nuptiis vxorē confirmaret, q̄ filius in regno paterno sibi succedere posset. Illorū igit̄ Carolus insolentiā & immanitatē indignāter grauiterq; ferēs, ex nimio dolore in grauissimā febrē incidit. Pro cuius salute Barcinonenses assidue pecunias ingētes profundere, vota multa cōcipere, bona omnia promittere, Deo reliquisq; cœlitibꝰ sacrificia ꝑstare. Ille aūt, vt erat princeps Christianissimꝰ, vbi suę animę, more nr̄æ Christianæ religionis, cōsuluit, patris clementiā statim & misericordiam inuocauit. Inimicis omnibus pepercit, suos ad bene viuendū & pro se orandū hortatus, paucis diebus Barcinonæ discessit à vita. Cuius funus nō sine maximo mærore & acerbissimo luctu ab Hispaniæ populis, & à Siculis omnibus celebratum est. Erat enim omnium virtutum splendore præclarus, moribus integerrimus: & iustitia, modestia, liberalitate, clemētia, humanitate, cæterisq; rebus quæ, vt ante diximus, ad optimum perfectumq; principem pertinent, omnes quidem principes anteceſſit.

De morte Caroli & eiusdē uirtutibꝰ.

LIBER. xiiij.

DE BELLO CONTRA GOTHALANOS.

VB IDEM tempus Vianæ ciues ad Castellę Regem defecerant. Et Alphonsus Aragoneus, quē Rex, vt supra diximus, Pōpilonijs & aliis Nauarrę populis præsidio reliquerat, cū Castellanorum Ducibus & copijs ad Barçuciam oppidū, quod à Viana non longe distat, prælijū cōmiserat, eosq; profligauerat. Quo ꝑlio ex Castellanis ꝑter occisos ac vulneratos equites, etiā quadringenti cū equis & armis capti fuere. Tū itaq; ne maiora sequerentur incōmoda Alphōsus Carillus Toletanæ sedis Antistes, & Henricus Hispaniæ maris Prędes, quē Almirantē vocant Hispani, inter vtrūq; Regē pacis autores fuere. Ad cuius pacis & amicitiæ securitatē & cōfirmationē, alter Nauarræ oppida quatuor, quæ Raga, Gardia, Arcus, & aliud nomine sancti Vincētij vocant̄: Alter vero duo, Lorca, quod oppidū est ꝓuinciæ Carthaginēsis, & Cornagū Cantabriæ ꝓpe Numantiam obsidū nomine tradiderunt. Cæterū Gothalani post Caroli obitū ad Regem cateruatim veniunt, Ferdinandūq; Regis ex Ioanna vxore secunda filium, qui tū annū ferè decimū agebat, in principē à Rege petiuere. Quē suū esse ac fore principē iureiurando ritu more q̄ patrio cōfirmarūt, & simul cū Regina Barcinonā proficiscentē comitant̄. Verū enimuero cum hic Barcinonēses Reginā Principēq; cernerent, & Regis aduentū maxime timerēt, omnes, q̄ antea deliquissent, cōiurationisq; cōscij & participes fuissent, suorū errorū memoria & scelerū cōscientia uexabant̄. Timebāt enim ne quādoq; à Rege supplicijs, quibus se dignos putabāt, afficerent̄. Ideoq; prius q̄ Rex aduenisset, tumultus ingentes inter eos nouęq; seditiones ortę fuere. Simulatūt enim, tātum metus improbos coegit, animā Caroli Principis defuncti de patre deq; nouerca noctu p vicos ciuitatis miserabiliter q̄stā, multaq; miracula fecisse. Perīde ac si nō morbo naturaliq; morte Carolus, sed aliq̄ re itercept̄ & sublatus fuisset. Sic itaq; cū se animaduersione dignos agnoscerent, & pœnæ metu quiescere nō possent, huiꝰ fictionis velamēto tur-

UVA. BHSC. IyR_186

sus omnes in Regem conspirant. Et quę finxerant, Caroli diuulgatis miraculis, totius prouinciæ populos in fanaticos impulere furores. Hac igitur coniuratione ac tumultu omnia, q̄ post longos magnosq; labores quiescere vix cœperant, statim atq; præter omnium bonorum opinionem vehementer perturbarunt, & in maximam sollicitudinem adduxerunt. Omnes enim Remēsæ, Russinonis, & Ampurdaniæ prouinciæ populi, sic enim vulgo nominantur, feroces homines, & qui montana loca incolunt, quos Pagenses vulgꝰ ꝑ Paganis appellat, summa dementia furētes ad Pallarensium Comitē conuenerant, eumq; Ducem & totius exercitus Principem eligunt. Qui cum obstinatum rusticorum furorem cōpescere debuisset, dominādi cupiditate commotus & spe falsa deceptꝰ, in maiorem potius insaniam compulit. Dum autē tam malæ mentis homines & rationis expertes, vndiq; conueniunt, coniurant, arma parant, homines & exercitus cogunt, & Gerundam versus iré contendunt. Regina ex Barcinone cū Ferdinando filio discedens, paucis comitantibus Gerundam venit Gerundensium precibus adducta, qui eius contra resistentes auxilium imploraverant. Cuius discessus Barcinonæ ciuibꝰ molestissimus fuit. Nam quū iam penitꝰ nulli regio imperio parere statuissent, quo sibi facilius assererent libertatē, Reginam cum filio de medio tollere cogitauerant. Ea itaq; digressa, vt quæ mente praua conceperant, liberius citiusq; perficere possent, é magistratibus alios in carcerem coniecerunt, alios expulerunt à ciuitate, in exilium q; miserunt. Plures etiā occiderunt, tantum enim apud eos non libertatis amor, sed supplicii pœnæq; metus mualuit. Regina autē paucis Gerundæ cōmorata diebus, quo Gerundensiū precibus adducta venerat, vt supra scripsimus, qui ad eā, vti sibi cōtra Remensanorū aliorumq; repugnantium impetū ferret auxiliū, legatos miserāt, eos indiciis percepit etiā ad tumultuātes secreto defecisse. Cū igitur Comitē Pallarensem cum magnis hostium copiis Gerundā oppugnatū venire animaduertisset, ad ciuitatis magistratus, qui tū in concilium conuenerant, filiū Ferdinandum admodum puerum sua manu ducens, pedibus suis venit. Quibus primum labores, quos toleraverat dū illos Regi recōciliasset, & cōcordia paceq; cōiunxisset, commemorauit. Deinde quantū libertatis, quantū gratiæ impetrassent à Rege ea deprecatrice, Carolū principem bis é carcere liberatum fuisse, seq; ad eos venisse eorū p̄cibꝰ adductā, vt illis cōtra Remēsanos aliosq; pfidos inimicos auxilio esset, in memoriam adduxit. Nullo etiam modo se credere potuisse dicebat, eos crudelitatis autores futuros, quibus opē ferens tanto vel studio vel amore venire curasset. Itē ostendebat q; iustū & honestum viris claris & fortibus esset in huiusmodi fortuna glorioſam potiꝰ oppetere mortem, q; vitam viuere non honestā. Quod semper omnes Hispani non solum pro suis Regibus patriæq; suæ principibus, sed etiam ꝑ externis, quos nunq; vidissent, facere cōsueuerāt. Quā laudem & maiorū gloriā, qui Regibus fidelissimi semp fuerunt, imitari cōseruareq; deberent, ne si quis ab officio discederet, nunc Hispania primū nouum dedecus & insignem ignominiam subiret. Postremo retulit q; fortes, q; fideles, q; boni viri iudicarent, quantāq; de se vel famam vel gloriā sibi facturi essent. Item quæ munera, quā gratiam sperarent à Rege, si absente eo principem vnicū filium ab extremis periculis liberarent, & incolumē patri restituerent. Illis deniq; piissimis precibus nec sine lachrymis de manu Ferdinandū filium principem tradidit, vestri principis dicens, optimi viri non meam vobis cōmendo salutem & vestrę fidei cōmitto. Qui si virtute fideq; vestra summū, quod imminet ei periculum, euaserit, nō dubitare debetis, quin parentes eius dignum vobis vestra virtute prę̄mium persoluant. Quibus etiam Deus omnipotens multo quidem maiora melioraq; dona retribuet. Qui malis pœnas graues & æternas, bonis autem perpetuam largitur fœlicitatem. Hæc oratio prudentissima mirum in modum omnium animos cōmouit, adeo vt non illi solum qui rectū virtutemq; sequebantur, sed alii quoq; qui contra Regiam Maiestatē cōiurauerant & clam ad hostes defecerant, sese aut Reginam & Principē defensuros, aut mortē pro eorum salute subituros, iureiurando cōfirmauerint. Regināq; obsecrare statim cœperunt, vt & lachrymis parceret, & rogādi hortandiq; finem faceret, ac suę ipsius & principis salutis spem vel certissimam haberet. Hæc cū omnes vna

Verba Reginæ ad Gerūdenſium magiſtratus.

UVA. BHSC. IyR_186

vocè dixissent, cõfestim, quoniam Comitis aduentus cum magnis inimicorum copiis appropinquare ferebatur, homines cogere, arma quærere, ciuitatẽ munire, omniaq; ad propugnãdum necessaria parare cœperunt. Dum hæc in ciuitate parabantur, hostes cum exercitu ingenti propius accessisse nunciatum est. A quibus confestim ciues occurrentes portarum ingressus male viris & armis pręmunitos defendere vix potuere. Hostes tãdem repulsi prope ciuitatem castra posuere, tormẽtisq; muros oppugnare cœperunt. Regina autem interim non sine maximo labore atq; periculo in arcem templi, quod ibi fortissimum atq; munitissimum erat, se recepit. Vbi tãetsi subita magnaq; ciuitatis trepidatione, suorum equitũ non occulto timore, matronarũ virginumq; miserandis fletib⁹ anxia principis cura & salutis desperatione satis angebatur, maximum tamen & vere regium animum supraq; fœminei sex⁹ naturã fortissimum ostendit. Non enim cessit timori, non eius virtus in tanto periculo defecit, non virorum sufflata cohortationibus stetit, sed ipsa omnes equites militesq;, qui etsi fortes erant, suis tamen singulos nominibus appellans hortansq; multos quidem fortiores effecit. Apud quos in vnum conuocatos hæc verba dixisse fertur. Illi viri perpetuo viuunt fortissimi ac fidelissimi pceres & cœlesti gloria perfruuntur, qui propter virtutem magnos adire labores seq; periculis exponere, & q̃uis charam, profundere vitam non recusarunt. Qui vero contra rationẽ causam aliquam turpem sequentes, spretis nostræ religionis legibus indignũ facinus ac scelus admittũt, illi quidem & suum posteris nomen inuidiosum relinquunt, & perpetuos mœrores & horrẽdas inferorum tenebras patiuntur. Quam ob rem etsi de fide fortitudineq; vestra minime dubitabam, vos tamen hoc tẽpore liberius admonere hortariq; perneccssarium esse duxi, ne pl⁹ apud vos timor valeat, q̃ vŕa solita virtus, neue mortalem & breuẽ infamemq; vitã cœlesti ac ppetuę fœlicitati pponendam putetis. Quã varia, q̃ mutabilis, q̃ inconstãs, & in illis, q minimum possunt, & in his etiam qui rerũ potiũt fortuna sit, his quidẽ casibus, q nobis nup acciderunt, perspicere facillime possumus. Hoc enim à nobis non alienis, sed nostris exẽplis pbari potest. Quod cũ grauissimũ sit, sine summo quidẽ dolore, ppter memoriã pteritæ fœlicitatis, cognoscere & sentire non possumus, Deo tamen immortales gratias agimus, propterea q vos viros fortes atq; fideles in tantis periculis & laboribus mihi socios habere contigit, quorum fortitudine freta, etsi Rex abest, de victoria tamen contra refragantes desperare nõ debeo. Capescite igitur arma viri fortissimi & Ferdinandũ principem vestrum liberos & vxores vestras à perfidis inimicis sæuisq; latronibus enixissime defendite. Quorũ furor ac dementia, vt subitus est & sine causa & ratione susceptus, ita breuis esse & extingui facile solet. Ignobiles enim multitudinis & popularium motus riuulis comparantur, qui cum pluuiæ confluentibus aquis maxime tumescunt, tum eorum impetus cessante pluuia statim deficiunt. Omnipotẽtis igitur auxilium inuocate, & qui sitis semperq; fueritis hodie sceleratissimis hoibus ostendite. Ego autem interea precibus & lachrymis apud Virginem Dei genitricem pro victoria vestra omniumq; nostrorum salute vigilabo. Hæc oratio fortes omnes multo fortiores & animosos animosiores fecit, adeo vt perpauci cũ ingentibus hostium copiis pugnare non modo non recusauerint, sed etiam congredi vehementer optauerint. Incenderant enim mirum in modum cum sermo Reginę, tum principis amor fidelium ac nobilium animos, & equitum veteranorum fortissima pectora contra resistentes ignobiles, qui cęci magno furore & insania commoti, aduersum Regem suum arma temere assumpserant. Omnes itaq; ex communi consilio & autoritate consensuq; Reginæ Puiccium, qui tum Montesę ordinis equitũ magister erat, & rei militaris peritissimus, Ducem delegerunt. Hic tamen Dux electus cum propter hostium incursionem & repentinum aduentum Reginam pluribus verbis alloqui non potuisset, eius tamen dexterã osculatus, arce statim cõmuniri, q̃ Regina se receperat, & armari milites & omnes equites imperauit. Quos & armatos & in hostes, qui iam per portarum ingressus cum ciuib⁹ acriter pugnabant, exire cupientes, tunc in arce retinuit. Prospexerat enim vir prudẽs Comitẽ hostiũ Ducẽ, qui iã ciuitatẽ irruperat, arcem oppugnatũ statim venturũ, & Reginam & prin-

Reginæ uerba ad milites

UVA. BHSC. IyR_186

cipem Ferdinandum aut caperent, aut occiderent. Quem nec sua quidem opinio fefellit, hostes enim Reginam in arcem se contulisse rati, propterea q; ibi tutior esse poterat, eo subito cū magnis copiis contenderunt. Aliis autem permultis apud diui Dominici ędem, quam Prædicatorum vocant, relictis, & per omnes portarum exitus, ne effugere Regina posset, dispositis custodibus, prope arcem impiorum dux & in ædito loco atq; eminentiligneam turrim erigi iussit, arcem templi, vbi Regina erat, ęquantē. Hac ædificata, machinis & omnibus tormento rum generibus ędes Reginæ oppugnare hostes cœperunt. Regii milites interea contra hostiū machinas & oppugnationes munimenta multa nouasq; defensiones ac propugnacula parauerant, quibus oppugnationibus hostium facile resistebant. Hostes primū protecti vineis in arcem, si muros ascendere possent, contenderunt. Qui cum scalis appositis ascendere cœpissent & propugnantium saxa magni ponderis sustinere nō potuissent, scalis relictis in munitionem suam sese receperunt. Deinde multis continuisq; diebus arcem machinis & tormentis, quę Bōbardæ vulgo dicuntur, aliisq; variis armorū generibus oppugnare non destiterunt. Et vt quidam, ex his qui arcem defenderunt nobis retulerūt, orbicularium lapidum milia quinq; vno die hostium tormentis excussa, in area domus Reginæ collecta fuere. Cæterum post multas & magnas oppugnationes cum hostes Regiæ dom⁹ turres expugnare nō potuissent, nouum & occultū ingrediendi iter excogitarunt. Cuniculis enim sub terram actis, in eam ædium partē plures hostium penetrarunt, a qua Regina cum omnibus matronis & puellis suis non procul aberat. Quæ propterea hostium manus effugerunt, quoniam hostes ingressi temperare & cōtinere se non potuere, sed magnis vocibus exultantes, veluti iam victores Comitis, Pallariēsis & Barcinonæ nomen extollere statim cœperunt. Nam ad eorum exauditos clamores à Reginæ militibus multis ex partibus subito concursum est. Qui bipartiti alii ingredientes armis & ignib⁹ regredi per cuniculos coegerunt, alii cum ingressis acerrime pugnantes eorum plures occiderunt, & nonnullos captos vinculis & cathenis astrinxere. Multi tamen è Regiis militibus, ita vti eis à Puiccio duce præceptum fuerat, turres & loca sibi cōmissa non deseruere, sed oppugnantibus resistebant. Verumenimuero dum ita pugnabatur, Regina & horrendis pugnantium vocibus & flentium ac plangentiū mulierum virginumq; miserandis fletibus exterrita de filii salute iam desperans quasi exanimis in terram concidit, à matronisq; suscepta filium perquirens atq; huc illuc errans omnia pericula negligebat. Principe tādem ad tēpli ostiū reperto, & re bene gesta, victis iam hostibus equites eam consolati confirmauere. Quippequi hostes iam victos esse dicebant. Protereaq; eorum qui magis audaces & fortiores fuerant, partim occiderant, & partim captos habebāt, seq; minime dubitare, quin hac accepta clade, Comes Pallarienſis cum reliquis copiis ab obsidione discederet. Idem ciues quoq; dixerunt. Qui aduersariū, qui ciuitatem fuerant ingressi, multis occisis & captis, à ciuitate reliquos expulerant. Tum Regina cum honorificis verbis gratias omnibus egisset, templum ingressa deo sacrificia multa votaq; concepta persoluit. Hinc domum reuersa hostes occisos humari, & captos custodire iussit. Cæterum hanc victoriā Ioannes Pollas. Petrus Zapatta, & alius Petrus, cui Sena cognomē erat, tres & armis & aliis virtutib⁹ nobiles equites, minorē fecere. Qui per ciuitatis mœnia contra oppunātes acerrime propugnantes, multis hostiū tormētis percussi ceciderunt. Quorum interitus summo quidē mœrore non Reginæ solum, sed omnium equitū mentes affecit. Ex repugnantibus quoq;, præter interfectos & alios captos, etiā Sarrierenſes in Reginæ potestatem venerunt. Qui cum eam & eius filium Ferdinandū, quibus possent infidiis & proditionibus perdere conarentur, à ciuitatis magistratibus, qui, vt eos caperēt ex cōsilio Reginæ se hostes esse simulauerant, decepti fuerunt. Ab his enim in ciuitatē clam noctuq; recepti in sancti Philippi templū sese receperunt. Vbi à Regiis equitibus, qui armati in templi sacrario se occultauerant, statim deprehensi fuere. Quibus captis & in carcerem ductis Regina custodes certos adhibuit. Quę res & si nocturno tempore magnoq; silentio peracta fuerat & paucis nota, prima tamen luce palam per omnes ciuitatis vicos, insidiatores insidiis & pro

De Gerundæ oppugnatione.

Tres equites occisi.

UVA. BHSC. IyR_186

ditorẽs proditionibus eluſos fuiſſe, ſermones ferebantur. Horum & Pallarienſis Comitis cum aliis aduerſariorum Ducib⁹ conſilium fuerat, vt ciuitatis magiſtratus omneſq; Gerũdæ ciues contra Regem multis cõmodis conditionibuſq; propoſitis concitarent. Et captam Reginam, eius pudicitia multis proſtrata, vel ſeruili more cuſtodirent, vel cum Ferdinando filio ſimul occiderent, ſibiq; libertatem vendicarent. Cæterum malorum vindex & bonorum Deus protector prauũ in auctores conſilium vertit. Nam eodẽ die rumore de captis & compeditis Sararienſibus in hoſtium caſtra perlato, magna quidem triſticia ſubituſq; metus & Pallarienſis Comitis & omnium reſiſtentium animos mirum in modum perturbauit. Quibus præterea timorem auxit intra paucos dies inopinatus nuncius de aduentu Gallorum exercitus in Hiſpaniam. Quos á Ludouico Galliæ Rege, propter Gothalanorum defectionem, in auxilium Regis Aragonum miſſos, iam Pyreneos montes tranſiſſe conſtabat. Cuius exercitus erant equites nobiliores & electi numero ſeptingenti, quorum vnuſquiſq; ſecum tres alios equites habebat & armigerum puerũ, qui domini haſtam gerit & è duob⁹ equis alterũ ducit, hic eſt enim mos equitum Gallorum. Horum omnium Gaſtonius Foxanus Comes Regis Aragonũ genere præfectus erat. Qui ſimul ac ingreſſus eſt in Hiſpaniam cum exercitu, certior ilico factus eſt Ioannam Reginam Regis Aragonum coniugem cum Ferdinãdo filio Gerundę á Gothalanis recalcitrãtib⁹ iã diu & acriter oppugnari, & ob Regis abſentiam magno ĩ periculo eſſe. Hoc nuncio Foxanus Comes vehementer commotus, vt maturius Reginæ ſubueniret, nihil cõmoratus ordinibus inſtructis & propter hoſtilium inſidiarũ ſuſpitionem præmiſſis exploratoribus, Gerundam verſus proficiſcitur. Cuius aduentum Gothalani perfidi, quos met⁹ iam cœperat, formidantes, nocte motis caſtris & obſidione relicta, magno ſilentio diſceſſerunt & continuis itineribus in Ampurdanorum prouinciam, quem locum tutum fore putabant, ſeſe receperunt. Regina autem poſt illorum diſceſſum triduo Gerũdæ cõmorata, dũ quæ prouidenda erant cõfecit, die quarto cum ſuis copiis & multis Gerundæ ciuibus egreſſa cũ exercitu Gallorum, qui ſuperuenerant, prope ciuitatem ſe conſunxit. Et cum primum Gaſtonio illorũ Duci, deinde reliquis equitibus magnas gratias egiſſet, ſimul omnes magno cũ exercitu Barcinonam verſus proficiſcuntur. Atq; in itinere multa oppida, quæ defecerant, ad officium & Regis obſequiũ redire cõpulerunt. Tandem Moncatã oppidum, quod á Barcinona circiter octo milia paſſuum remotũ eſt, peruenerunt. Hic aũt quid facturi eſſent, conſiliũ Regis expectare Regina decreuit. Rex aũt cum eſſet in Cæltiberia de aduerſariorũ coniurationibus & Reginæ laboribus ac periculis tandem certior factus, cõfeſtim Alphõſum Aragoneum cũ exercitu Laletaniam verſus, hoc eſt in prouinciam quam vulgus Cataloniam vocat, præmiſit, quẽ ipſe non multo poſt ſubſequitur, & Thamaritũ ingreſſus, quod eſt oppidum extremũ Aragonum, hinc Belagueram petens, quæ ciuitas in ripa Sicoris poſita, diſtat ab Ilerda paſſuum milia circiter duodecim, ciuitatis magiſtratus obuiam ſibi veniẽtes audit. Hos cum Rege hoc modo locutos accepimus. Tui ciues Bellaguerenſes excellentiſſime Rex, nobis tuo nomine iubentibus, vt apparatu regali ſolitoq; more maieſtati tuę obuiã prodirent, parere noluerũt. Immo tuum aduentum tanq; hoſtis admirãtes, non ſine magno tumultu nobis inhibentibus arma temere ſumpſerunt. Quapropter cũ nihil tua dignitate, nihil tua ſalute charius habeamus, tuæ maieſtati ſupplicatum venimus, vt ingreſſum tuum in ciuitatem hanc paulũ differri velis. Nos enim in ciuitatem reuerſi rationibus, vt ſperamus, indignantium popularium motus compeſcemus, & ſedato populi furore compreſſoq; tumultu ad te quãprimum reuertemur. Prudens atq; fidele conſilium Rex libenter ſecutus Thamaritum rediit. Poſtero die legati ciuitatis et magiſtratus reuertentes ei recluſas ciuitatis portas eſſe, ſed nondum animos ciuium mitigari potuiſſe dixerunt. Tum ſecreto conſultis á Rege Ducibus & Conſiliariis quid facto opus eſſet, & aliis alia ſentientibus, Bernardus quidam cognomine Roccabertus, huiuſmodi ſententiam protulit. In Gothalanos imperium ſi tibi retinere tuiſq; poſteris conſeruare velis, inuictiſſime Rex, hoc quod modo nobis fortuna periculum obiicit, ſi cum aliis infortuniis, quæ per-

Bellagueren-ſiũ uerba ad Regem.

Bernardi Rocaberti conſilium.

UVA. BHSC. IyR_186

tulimus quæq; nobis subeunda supersunt cõpares, neq; magnum quidem, neq; graue nimis tibi videri debet. Præsertim si hostes priusq; sibi socios alios asciscant & vires maiores colligãt inuaserimus. Illis enim mora subsidii, nobis vero multum detrimenti afferet. Quam ob rem huius fortunæ casus ego q̃ primum experiendos esse puto, tametsi fieri sine periculo non posse prospicio. Stultus est enim non solum imprudens quisquis cum hoste prelio contẽdit, si velut exploratam sibi victoriam pollicetur. Nam dũ se fore victorem falso putat, & negligentius sibi consulit, & ab hoste deceptus multo facilius opprimitur. Nos tamen non tam certa victoriæ spes, non hostib⁹ cedere, q̃ honoris & dignitatis nostrę ratio monere ac vehemẽter hortari deberet, & te ipsum præsertim Rex inuictissime, qui & munere naturæ & ingenii præstantia reliquos omnes principes antecedis, & cuius nomen fortitudinis & rerum gestarum fama mirabilis omnibus prædicatur in terris. Huic consilio cunctis assentientibus, Rex quoq; multo libentius acquieuit. Idemq; sensisse Roccabertum respondit, quod ipse secum facere decreuerat. Omnibus igitur monitis & in ordinem instructis equitibus & magno tubarum et tympanorum sonitu Bellagueram proficiscuntur. Quibus appropinquãtibus quidam nomine Toralla Regi fidelissimus, ciuitatis portas, quę clausæ fuerant, subito patefecit. Omnium primus Rex ingreditur. Cuius aspectum grauitatemq; ciues intuentes, alii metu, alii fide & obsequio conuicti statim arma deposuere. Rex autem in arcem profectus inimicorum dolos & insidias non defuturas prudenter cogitans, vbiq; custodes & armatorum vigilias disposuit. Die aũt sequenti compresso iam & extincto populi tumultu ex Tarraca legati clã ad Regem venerũt. Qui in fide & obsequio, quo semper fuerant, se permanere dixerũt, atq; si Rex proficisci Tarracam velit, se illum Regio solitoq; apparatu suscepturos, & quæcunq; imperaret facturos esse polliciti fuere. Rex autem nunq̃ se de illorũ fide vel amore dubitasse & pgratũ esse sibi quod pollicebantur, & se Tarracam iturum propediem respondit. Dimissis itaq; legatis, & Ioanne Aragoneo cum paucis equitibus Belagueræ relicto, Tarracam profectus est. Hic, vt dignitas Regia postulabat, honorificẽtissime susceptus. Eodem die populi motus secretosq; sermones, qui sibi summum periculum portendebant, intellexit. Tantus enim Tarracenses omnes perdẽdi Regem furor inuaserat, vt dissimulare quæ facere constituerant nullo modo potuerint. Sed alii verbis, alii vultu, alii incessu, quod in animo scelus haberent, significare. Noctẽ igitur, quæ secuta est, Rex militibus armatis & circumpositis custodibus ferè totam egit insomnem, atq; prima luce anteq̃ subsidia aliiq; tumultuãtes, quos Tarracenses expectabant, conuenissent, cũ suis ex oppido diligenter egressus, Belagueram reuersus est. Sed eo iam digresso inimici indignantes animo disrumpebantur, q̃ neq; ingredientem Regem adorti fuissent, neq; ad statutũ tempus, quod facturi erant, celare poterant. Dũ ita fremunt & alii alios increpant, magnus tũ finitimorum, tum aliorum, quos ad scelus peragendum non sine magno stipendio sibi socios asciuerant superuenit exercitus. Hi erant numero ferè mille, quos Ioannes Agullon cum multis equitibus peditibusq; subsequebatur. Tum vero Tarracẽses cũ omnibus ferè finitimis populis sese contra Regem extulisse manifesta signa dedere. Sub idem tẽpus Barcinonenses q̃q̃ maius quidem crimen atq; scelus admisere. Summa enim insolentia & immanitate furentes Regem publicis præconum vocibus hostem iudicauere. Quod cum Pratensis Comes & Tarraconensis Archiepiscopus audiuissent, ad Regem statim cum suis omnibus copiis & facultatibus venerunt. Matthęus quoq; & Petrus Monticatini, Guillelmus Arnaꝰ Cerbellon, Antonius Cardona & alii complures nobiles, quos virtus, fides, & amor erga Regem sollicitabat, idẽ fecere. Hi omnes summa veneratione flexisq; genib⁹ Regis dexteram osculati verba hęc pauca dixere. Etsi quæ immanes atq; intractabiles Gothalani in te facere ausi sunt, excellentissime Princeps, nobis dolorem vel maximũ attulerunt, nos tamẽ in summa molestia consolari quidem multa videntur. Primum q̃ in huiusmodi temporibus & reb⁹, quæ tibi indignissime acciderunt, nostram & bonorum omnium erga te fidem & amorem experiri facillime poteris, deinde q̃ speramus fore, vt improbi populi, qui dementia & insania furentes ab officio & ob

Nobiles qui ad Regẽ sub sidio uenerũt

Nobiliũ uerba ad Regẽ.

UVA. BHSC. IyR_186

ſequio diſceſſerunt, tua prudentia & fortitudine ſingulari atq; tuorum equitum viribus, quos tibi non defuturos certo ſcimus, oppreſſi, debitas tibi ſuorum ſcelerum pœnas perſoluāt. Nos pręterea pro ſalute tua vel honore contra hoſtes impios & immanes iuſte legitimeq; pugnantes, ſi forte ceciderimus, tam honeſta quidem morte pro Rege noſtro periiſſe iuuabit. Hoc em̄ ad te animo venimus, vt nō faciamus ſolū fortia, ſed etiam ſi neceſſe fuerit, patiamur. Tibi itaq; præter bona noſtra omnia, id eſt oppida, caſtella, pecunias, ipſam quoq; animam pollicemur. Eorum voluntati ac virtuti Rex ſe ſatiſfacturum reſpondens, in Gothalanos, quoniam iam ratione contineri & ad ſanitatem redire non poſſe videbat, milites cogere, arma parare, & bellum meditari q̄primum cœpit. Auxiliiſq; contractis & rebus quæ ad bellum gerendum neceſſarię erant, comparatis, itineribus duobus & exercitu bipartito ad Ilerdā contendit. Hinc ex vtraq; parte depopulatis agris & Ilerdæ ciuibus multis occiſis multiſq; captis magnam prædam milites aſportarunt. Hac re audita totius ferè prouinciæ populi, nec tamen ſine maximo timore, magis in Regem ſæuire cœperunt. Atq; omnes, quibus Regis ſalutem charā eſſe exiſtimabāt, inimiciter perſequebantur. Itaq; dum multis locis pręliis certabant, præter damna multa malaq; plurimę quoq; mortes ſecutæ fuere. Rex iterum cum Tarracenſes Ilerdæ ſubſidiū miſſuros accepiſſet, vt eos impediret priuſq; veniſſent, & ſe cum aliis immorigeris coniungerent, Ioannem Aragoneum cū exercitu Tarracā ſtatim miſit, vt Tarracenſes non modo ab itinere p̄hiberet, ſed etiam oppugnaret. Et eorum agros igni ferroq; vaſtaret. Is igitur illuc profectus, prope oppidum caſtra poſuit. Et Ignicum Berberanam cū multis equitibus omnes agros poſſeſſioneſq; Tarracenſium depopulari iuſſit. Dum vaſtantur agri, interim equites ex oppido trecenti & quinquaginta totidemq; pedites egrediuntur. Cum his Ioannes Aragoneus ſuis equitibus ab agrorū vaſtatione reuocatis, & tuba ſigno dato prælium cōmiſit. Quo prælio ex hoſtibus centum capti, occiſi ſeptuaginta fuere, reliquis ſaluti fuit imber magnus ſubito exortus. Hoc prælio geſto & depopulatis agris cū captiuis Ioannes Aragoneus ad Regem triumphanti ſimilis rediit. Rex interea rurſus ad Ilerdam venerat, apud eamq; locum caſtris elegerat, & ſuos ad vaſtandum agros & quidquid in illis eſſet miſerat. Tum magnus equitum numer⁹ cum peditibus plurimis è ciuitate profluens cum pontem tranſiſſet cōſtitit. Hi vt vlterius progrederentur regii milites expectabant, quo facilius liberiori loco atq; cōmodiori cum eis pugnare poſſent. Verum enimuero cum Rex eos iam non prodire lōgius audere cognouiſſet, ſuis vt in eos impetū facerent tuba ſignum dari iuſſit. Quod cū audiſſent equites leuis armaturæ celeriter cōcurrentes illorum magnā partē occiderunt, multoſq; captos adduxerunt. Nonnulli per hortos & ſibi notiora loca fugientes euaſere. Eodem temporis ſpacio tota ferè Gothalanorū prouincia caſtellorum & oppidorum oppugnationibus, rapinis, prædis, direptionibus, incēdiis atq; cædib⁹ q̄maxime laborabat. Adeo vt plures qui ſua innocentia tranquilla q̄ vita lætі libi vixiſſe videbantur, eorum qui ad huiuſmodi tempora non perueniſſent per beatā vitam mortemq; glorioſam fuiſſe dicerent. Suam vero qui hanc ſæuitiam vidiſſent infœlicem eſſe gementes querebanaur. Cæterum dum hæc apud Ilerdam gerebantur, ex Barcinona hominum milia ferè decem, quibus pręerat quidam nomine Marimon, Ilerdam verſus magnis itineribus contendebant, vt Regem vbicunq; eſſet obſiderent. Rex vero illorum aduentū paruifaciens ab Ilerdæ obſidione minime diſceſſit, Sed potius cum audiſſet Ioannem Agullonē cū alio exercitu aduentare, & inimicis auxilio venire, ciuitati propius acceſſit, & quaſi ꝑpe mœnia caſtra poſuit, locaq; omnia atq; itinera recta trāſuerſaq; occupari & ſuos omnes in armis eſſe iuſſit. Hic paulo poſt certior factus Vgonē Cardonā villam, quā vulgo Miralcampum vocant, obſediſſe ſtatim caſtra mouens eo cū ſubſidio ꝓficiſcens, accepit in itinere Vgonē ſolis æſtus impatientem ab obſidione diſceſſiſſe. Dimiſſo igitur hoc itinere in Alphandarellā oppidum, quod prope aderat, ingreſſus eſt. Ioannes autem Agullon interea cum magno hoſtium numero in oppidum, quod caſtellū aſinorum dicūt, ſe receperat. Quem Alphonſus Aragoneus cū paucis equitibus obſidione cinctum detinebat. Et veniēte ſubſidio, quod ab Rege miſſum ex-

UVA. BHSC. IyR_186

pectabat, oppugnare q̄ primum decreuerat. Hoc dum meditatur, Rex insperato aduenit. Conuocatosq; Duces & omnes equites huiusmodi verbis alloquitur. Perutile nobis esse cogitaui, idemq; vobis rectum videri nō dubito Proceres, si q̄ primum hostes oppugnare cœperimꝰ. Illis enim spatium vires, nobis vero labores augeret. Ne sinamus igitur vt alios, quos expectāt recipiant. Neue propugnaculis atq; aliis munitionibus, quas assidue parant, se defendere tutarique queant. Sed eos, dū sunt imparati dumq; trepidant, aggrediamur. Facile enim erit vobis vnà cum Rege vestro pro libertate, pro iusticia, pro virtute, pro fide denique (nam qui cōtra Regem pugnāt Deum etiam abnegāt) sceleratos & immanes vincere aduersarios. Qui cū mali sint & degeneres, bonorum ac nobilium viribus resistere vultumq; ferre nullo modo poterunt. Illos siquidem sui sceleris conscientia atq; perfidię recordatio timidos, vos autem virtutis & fidelitatis memoria multo faciet fortiores. Virtutis igitur hodie vestræ & honoris mementote, & ne vxores liberiq; vestri in prophanorum & immanium hostium potestatem deueniant, fortissime diligentissimeq; cauebitis. Quod perfacile vobis fore certo scio, si vos nobiles, vos fortes, vos armorum pugnandiq; peritos contra rusticos, cōtra ignauos & rei militaris expertes, si vos denique fideles contra renitentes pugnare memineritis. Illud præterea vos hortari magno pere debebit, quod si rem hodie bene fortiterq; gesseritis, laboribus omnino vestris optatū finem reperietis. Nam si, vt spero, de peruersis istis supplicium sumpserimus, non dubium est quin cęteri omnes confœderati istorum exemplo perterriti q̄ primum in deditionem veniāt. Ego autem si res nobis ex sententia successerit, quod ita fore confido, & hostibus nepharii sceleris sui meritas pœnas & vobis egregię vestrę virtutis ac fidelitatis pręmia debita persoluam. Hac oratione habita omnes regiam voluntatem, prudentissimum consilium, atq; fortitudinē cōprobantes, summa alacritate cupiditateq; pugnandi sese confestim armis & oppugnationibus accingunt, pugnamq; deposcunt. Tum Rex suos omnes ad pugnādum contra sceleratos paratissimos esse videns nihil moratus, positis & cōmunitis ante oppidum castris, equisq; dimissis acies instruxit. Et Alphonso Aragoneo primas oppugnationis partes assignauit. Hunc Comitem Foxanum generum subsequi, & Bernardum Rocabertum cum suis copiis monticulum, qui oppido impendebat, ascendere iussit. Vt multis partibus vno tempore signo dato, celeriter concurrerent. Ipse autem Rex subsidia fessis quocunq; loco & tempore opus esset summitteret. Omnes itaq; ordinatim dispositi, sic vt à Rege præceptū erat, summa pugnandi cupiditate signum dari sibi cupiebant. Hostes ad ꝓpugnandū muros ascenderant, paratiq; telis & saxis expectabant. Tum Rex primū ex tormentis iaci lapides plurimos in muros portasq; iussit. Deinde nudatis ac desertis à defensoribus mœnibus & confractis saxorum ictibus portis, suis vt celeriter concurrerent signum dedit. Qui nihil ad celeritatem relinquentes repente oppidum ingressi & per vicos cum hostibus acriter pugnantes, eorum multos occiderunt, plures q; captos adduxerunt in castra. Quorum prolata sententia, alii gladio, alii laqueo extincti fuerunt. Ioannes Agullon in arcem confugit. Quem quidē secuti Regii milites oppugnare strenue cœperunt, sed eos Rex ab ea oppugnatione reuocauit in castra, & amplissimis verbis collaudatos quiescere, quiq; vulnera accepissent curari q̄ diligentissime iussit. Deinde prope solis occasum per totum ferè oppidum flammas & ignes coniecerunt. Hostium magna pars in arcem se recepit, quā egerrime ea nocte ab incendiis & incursionibus militū regiorum tutari potuere. De quarta autē vigilia post Luciferi ortū ad Regē de deditione legatos misere. Si Ioanni Agulloni cæteriq; inimicorū ducibus parceret. Rex vero ne huiusmodi conditione gloriā & autoritatem suam offenderet, & quia iusticiæ clemētiæq; suæ præbere volebat exemplum, hāc sibi non placere neq; iustam videri conditionem respondit. Cū hoc responso legatis reuertentibus, omnes hostes qui erant in arce & cum his etiā Ioannes Agullō cum nullam penitus spem suæ salutis haberēt, omnibus deditionis omissis cōditionibus, in Regis potestatē venere. Tum Castello Ioanni Lōdonio viro nobili atq; strenuo Regiq; admodum fideli cōmisso, & hostibus in cathenas cōiectis custodibus adhibitis, Ioannes Agullon magna stipatus mul-

Verba Regis ad milites.

UVA. BHSC. IyR_186

titudine Regem adiit, eiusq; pedes humiliter osculatus huiusce modi oratione habuit. Non qa me vel clementia vel vita dignum putauerim, ad te venio fortissime Rex, tanta est enim mei criminis magnitudo, vt morte quidē multo iustius, q̄ vitā precari queā. Sed qa pœnitētia ductus venerādam Maiestatē tuā, quā summa semper pietate antea coluissem, videre prius q̄ à vita discederem vehementer optabā, ad te veni. Quod illis accidere solet, qui cum hoste antiquo suadēte Deum abnegassent, deinde legibus & iudiciis morti iam destinati, tum demū summo animi dolore suos errores intelligunt, atq; Deum, quem contempserant, recognoscunt, & lachrymis perfusi & amare flentes eum cōplexi moriuntur. Ipsamq; mortem, qua se dignos cognoscunt, minime recusantes. Ego itaq; si supplicijs omnibus, si quouis genere mortis me dignū cognosco, non veniam quidem, sed pœnam finemq; vitæ deposco. Ea nāq; me cōmisisse confiteor excellentissime Rex, ob quæ nulla mihi viuendi spes habenda sit. Adducti enim regni cupiditate non te solum inclyte Rex, qui de me q̄ optime meritus semp fuisti, sed Deum quoq;, qui me de nihilo fecerat, imprudēter offendi. Quapropter nullam esse causam video, quæ possit tuam in me iusticiam & animaduersionem retardare, nisi forte tua singulari prudētia videas me solum laboribus tuis atq; periculis, quibus es vndiq; circumuentus, finem daturum. Plures enim principes, qui se suaq; prudentia & ratione conseruare voluerunt, illis causa suæ salutis plærumq; vitam cōcedunt, & magnas offensiones iniuriasq; remittūt, quos leges & iura morti iam destinauerant. Qua in re non illorum quidem, sed suæ vitæ rationem habuere. Potes tu igitur, prudentissime Rex, aliquandiu mortem nostram differre, & vitam protrahere, si viuus ego tibi magis prodesse, q̄ mortuus satisfacere possum. Cupio itaq;, quod me tibi præstare facile posse confido, te in trāquillum statum restituere. Cōiuratoꝝ enim mihi secreta omnia notissima sunt, qui vt me autore contra Maiestatem tuam insurrexisse, sic etiam per me ab incœptis omnes facile desisterent. Oro te igitur magnanime Princeps, vt non meæ, sed tuæ saluti, ocio, quieti, vitę, qua dignissimus es, tua sapientia consulas. Plura dicere conantem alioscq; hostes, qui cum eo venerant, Rex amoueri iussit, motisq; castris Bellagueram profectus est. Hic legibus inspectis & pro iure sententia publice prolata nonnulli hostium Duces ac precipue coniurationis autores necati fuere. Aliorum autem, qui sub illis aduersum regiam maiestatem stipendio meruerant, & si mortis pœna plectendi veniebant, Rex tamen, paucis coniectis in carcerem, aliis omnibus & clementia & iusticia vsus, armis traditis, vitam libertatemq; concessit.

Ioānis Agulonis uerba ad Regem.

Dum hæc gerebantur, interea Ioannes Sarabius Regis legatus cum paucis equitibus Ceruariæ oppidi, quod ab Ilerda distat spacio ferè viginti milium, depopulatus agros, inde magna cum præda & pecorum numero Rubinatum oppidum, quod non longius aberat, se recepit. Hic cum postero die hostium milia quatuor, quibus Vgo Cardona & Gofredus à Castro cognominatus, & Rogerius Arillus prę erant, ad se oppugnandum venire intellexissent, ad Regē confestim nuncitū cum lr̄is misit, quibus ostendebat quanto in periculo esset. Quod nisi subsidium ad tempus submitteretur effugere non posset. Dimisso nuncio & appropinquantibus hostibus, cum omnibus militibus, quos secum habebat, in castellū, quod ibi loci natura munitissimum est, se recepit. Hic etsi propter hostium numerosam multitudinem nō paruo mortis metu premebatur, natura tamen arcis & ędificio validissimo atq; spe certa subsidii, se suosq; confirmare, totaq; nocte propugnandi rationem & se tuendi modum cogitare, quęq; ad propugnandum vsui erant prę parare, arcemq; totam propugnaculis & armis munire. Die sequēti cum per turres defensiones & saxa disponerent, quibus hostibus ascensum prohiberent, horam post meridiem ferè tertiam longius hostium agmen & magnum equitum numerum atq; peditum aduentare prospiciunt. Horum qui primi aduenerant nouissimos expectabant. Nam cum primum ad oppidum agmen appropinquasset, vltimū quatuor milium spacio longius aberat. Cum aūt omnes conueniissent, dū castra ponunt, dūq; oppugnationis formā considerant, sol occidit. Nocte locis opportunis & electis, machinas & tormēta disponūt, quæq; ad oppugnandū necessaria erant cōparant. Prima luce castellū multis tormētis oppugnant. Qui

UVA. BHSC. IyR_186

bus vbi nihil obesse vident, & ex his, qui arce cõtinebantur, neminem conspiciunt, tormẽtis omissis castello propius accedunt, & parietibus multis partibus appositis scalis protecti vineis ac scutis ascendere conantur. Tum vero regii milites in eos ascendentes ex turribus repente tela saxaq; magni ponderis deiiciunt. Quibus cum hostes resistere non possent, in castra stati reuersi tormenta rursus exercere cœperunt. Cęterum cum nullam castelli partem promoueri, ac se frustra niti animaduertissent, vineas plures turresq;, quibus tutius muros ascenderent, facere cœperunt. Quæ priusq; conficerentur, postero die Rex cum subsidio celeriq; cursu veniens impediuit. Hostes nanq; Regem cum exercitu appropinquare cernentes pugnandi consilium & rationẽ mutauere. Et arcis oppugnatione dimissa, tametsi magno propter Regis aduentũ timore premebant, prælium tamen & pugnam expectare statuere. Eorũ Ducibus copiarum numero, qui maximus erat, confisis, & aliis omnibus certam victoriam pollicentibus. Quingentis igitur hominibus relictis atq; locis certis dispositis, ne regii milites, qui castello clausi tenebantur egredi possent, alii omnes iuga montis, qui satis asper & ascensu difficilis aderat, occuparunt, locaq; omnia, quæ adeundi summa erat difficultas, complerunt. Hic positis castris, alii tormenta disponunt, alii ea loca, quæ facilem prębere aditum hostibus videbantur, saxis, lignis, & quasi muris impediebant. Deniq; munitionibus pactis & instructis ordinibus pugnã expectantes huiusmodi verbis alii alios cohortabantur. Hic est hic dies nobis semper optatus fortissimi viri, hic dies quotannis à nobis posterisq; nostris tanq; fœliciſſimus & nostrũ omnium dies natalis celebrabitur. Hoc enim die renascemur omnes. Hoc die nostra erit redẽpta libertas. Hodie nostri principatus populi omnes nr̃a virtute atq; fortitudine liberi dominatu tandẽ peroptato ocio & tranquillitate fruentur. In nr̃is nanq; manibus est victoria, quin etiã pauci, qui Regem suũ sequũtur, metu perterriti cũ copiis nostris prælio contendere nõ audebunt. Atsi vel dementia vel aliquo scelere cæci congredi voluerint, cũ perpauci sint & contra libertatẽ seruitutẽ sequantur ac defendant, non dubitare quidẽ debem⁹, eos ad vnum perituros. Illis itaq; vel metu & cũ ignominia fugientibus, vel prælio victis & occisis nos oppido potiemur, & obsessi, qui arce clausi tenentur, omnes in nostram venient potestatem. Tũ quib⁹ honoribus, quibus digni præmiis quantaq; cũ gloria nostra ad vxores & amicos reuertemur! Nos hodie seruitute, nos tyrannide patriã nostrã liberabimus. Nos deniq; tã iniquis & iniustis bellis, nos tributis & indignis exactionibus, quibus vexamur assidue, finem reperiemus. Absit igitur è nobis omnis timor, & animo forti magnoq; pugnã ac potius victoriã expectem⁹. Non minus enim fortes qui expectant prælĩ, quã qui cõmittunt esse debent. Honestius quidem est atq; laudabilius viris fortibus pro libertate mortẽ subire, quã vitã viuere non honestã. Nos ratione, nos causa iustissima mouemur, nihil enim præter libertatẽ postulamus. Pro qua fortissimus & optimus quisq; mori maluit, quã priuari. Hanc igitur hodie, pro qua pericula omnia negligenda sunt, aut nobis vendicemus, aut pro ea glorioſe omnes moriamur. In victoria vitæ nostræ omnis spes est. Nã victis neq; clementiam neq; misericordiã quidem nobis sperare licet. Cum autẽ animaduertisset Rex loci naturam vbi hostes constiterant, qui, vt supra demonstrauimus, altus erat & asper, ac si qua minus difficilis aditus hostibus patere videbatur, huc ne possent equites Regis pertransire, lapides plurimos magnasq; trabes cõiecerant. Ab illorum castris circiter mille & quingẽtos passus castra locauit. Hic primum pueros omnesq; sarcinas & impedimẽta vnũ in locum, vbi tuti esse possent, adduci & conferri singulari prudentia vsus imperauit. Hunc locum etiam milites qui defenderent, si opus esset, cũ præsidio disposuit. Deinde instructas acies biduo continuit, atq; metum simulans fugæ signa plærũq; dedit. Quod hac ratione faciebat, vt hostes id conspicati forte spe & opinione falsa decepti p̃lium, quod expectabãt, ipsi cõmitterent, & a loco, vbi vinci nõ facile poterãt, paruas Regis copias contẽnentes, ad planitiẽ, q̃ pxima erat, descenderẽt. Quod si fecissent, multo facilius superari potuissent. Cęterũ diẽ post tertiũ hostes ex loco tuto suisq; castris excedere nõ audentes, Rex suis obsessis subuenire & opẽ ferre pcupiens, tandem vel in alieno ac difficili loco aggredi

Inter se verba coniurato rum.

UVA. BHSC. IyR_186

gredi prelio statuit. Conuocatosq; suos omnes talibus verbis hortatus est. Virtus fidesq; vra fortissimi viri, quas ego multis periculis & rebus difficillimis sæpe sum expertus, me quidem magna spe atq; fiducia vehemēter hortant, vt sine vlla dubitatione hostes armis aggrediamur de quibus certā nobis victoriam pollicentur. Nam si quos in Hispania, quos in Italia, quos in aliis terris principes magnosq; Duces atq; exercitus a vobis in prælio pugnando fuisse superatos memoria repetere volueritis, nemo profecto vestrū dubitare debebit, quin de hostib⁹ ac rusticis hominibus victoriā facilem consequamur. Nos enim nō fortitudo solū & rei militaris vsus scientiaq; iuuabit, sed causa quoq;, quam iustissimam & honestissimā sequimur. Nos ratio, quæ iuste pugnantibus animos & vires auget, sed nos ipse deniq; bonorū protector Deus, qui iustos & innocentes in necessitatibus & periculis respicit, impiorum hostium manib⁹ perire non sinet. Qui non Regis modo sui nomen, sed Christi quoq; cultū maiestatemq; cōtemnere ac violare ausi, per scelus, velut olim Gigantes aduersum Iouem, ut aiunt, insania summa furentes ad regnum aspirant. Cuius incensi cupiditate Reginā & principē vestrum Ferdinandum armis & insidiis stultissime perdere conati sunt, vitāq; iā indignissime spoliassent, nisi eorū innocentiā Deus respexisset omnipotens, & bonorum fidelium maxima virtus nobis absentibus defendisset. Hostiū autem omniū qui sit finis futurus ex hoc quidem nobis præcognoscere licet, q; temere sine causa, sine ratione contra nos arma sumpserunt. Quod insano falsoq; consilio decepti nr̄os principatus bonos ac fideles omnes suamq; patriā, cuius quietem quęrere debebāt, laboribus continuis, maximis incōmodis, & cladib⁹ indignissimis afficiūt. Quod nos, quibus amorē & obsequiū p̄stare iustius potuere, quiescere nō sinunt. Quos ego nō vt subditos princeps malus vnq; tractaui, sed vt filios bon⁹ p̄ summo semp amore dilexi. Quos nō illicitis vnq; tributis, nō exactis iniuste vectigalibus vexaui, nō vllis iniuriis affeci, sed bonis meis impartiui, muneribus & honoribus auxi. Nos eos liberalitate, beneficiis, amore: illi vero nos insidiis, pditionibus, odiis, armis deniq; psequunt. Quapropter hostes, q se crudelitati, supbię, ingratitudini, cōiurationib⁹ atq; aliis pmultis criminib⁹ obnoxios fecerūt, qs dubitat & humanæ & diuinæ iusticiæ pœnas esse daturos? Nō em̄ me solū Regē, vti supra memoraui, sed Deū q̄q; summa demētia furētes abnegarūt. Nō p nr̄o igit̄ honore solū, sed pro Chr̄i q̄q; cultu ac fide cōtra pfidos hostes bellū gerim⁹. Quos eo timidiores in p̄lio fore certo scio, q̄ sine causa leuissime stultissimeq; defecerunt. Semp em̄ mali trepidāt nihilq; boni facere queūt, q suor̄ cōscientia scelerū vexant. Regē em̄ vel Impatorem, cuius vel autoritate vel ductu excitent, quē deniq; sequātur non habēt. Omni deniq; gratia & auxilio diuino destituti sunt, a quo se iā alienos impie fecerūt, quū Regi, quū suæ patriæ bellū inferre statuerūt. Non ergo diutius hāc pugnam differre decreuimus. Vos itaq; moneo milites hortorq;, vt quisq; suæ virtutis & rerū gestarum hodie meminerit. Hic enim dies victis hostib⁹ & oppressis laboribus nostris finem faciet. In nr̄is siquidem manibus victoria est. Quę sumpto quidem de inimicis supplicio, pacē nobis & ocium p̄stabit. Ego autē & Regis & militis officio fungar. Semper enim & animo & corpore vobis adero. Quippe q regnum conseruare statumq; desidero. Quo pro meritis & laborib⁹ vr̄is & vobis ipsis & liberis vestris satisfacere possim. Orationi finē faciens omniūq; animos ad pugnandū paratissimos esse vidēs, statim multos e militibus ad equestrē ordinem vocauit. Quos titulis & honoribus ornauit, & multis muneribus auxit. *Oratio Regis ad milites.*

Mox cū acies īstruere cœpisset, a Ioanne Luna, cui seruiebat oppidū nomine Fœlix, viro clarissimo & rei militaris peritissimo remoratus est. Hic em̄ hoc Regi cōsiliū dedit, vt in crastinū diē p̄liū differret. Ita fore, vt hostes vinci multo facili⁹ possent, si eos primo die a parte solis inuaderēt. Nō spreuit cōsiliū Rex, nouit em̄ fuisse prudētis. Pugna igit̄ in sequentē lucē cōmissa tota ferē nocte q̄ ordine acies ad hostes accessuræ erāt p̄lium q; cōmittere deberent, considerauit. Ordinatimq; disposuit, vt a fronte cum parte equitatus Alphōsus Aragoneus primus hostes inuaderet, & Comes Pratensis a latere dextro, Bernardus Rocabertus a sinistro iā pugnantes aggrederent. His laborātib⁹ Hērricus Regis ex fratre nepos, q etiā Infans fortuna dicit, *Ioannis Lunæ consiliū.* *Rex aciem instruit.*

UVA. BHSC. IyR_186

& Ioannes Aragoneus ad tempus cum equitibus leuis armaturæ succurrerent. Quos ipse q̃p Rex statim recenti subsidio subsequeretur. Quem Carcoxana Regiæ cohortis primipilus, Petrus Vrrea, Matthæus, & Petrus Monticatini, Ioannes Luna, quem supra memorauim⁹, Philippus Castrensis, Gomecius Suares Ficeroa, Ioannes Dembus, Andreas Pinera, aliiq; nobiles plures sequerentur atq; protegerent. Omnibus itaq; commonitis, vt statutum ordinẽ seruarent, Rex de quarta vigilia magno silentio cum omnibus copiis versus hostes pedetentim p ficiscitur, & ante lucem propius accessit. Ac priusq̃ eius aduentus hostibus cognitus esset, Duces longiori circuitu fuga montis supra hostes ascendere iussit. Prima luce nondum exorto sole & quasi matutino crepusculo hostes copias Regis prope sua castra cernentes, clamorem magnum tollere cœperunt, metumq; dissimulantes & armis intenti pugnam deposcebant. Regii milites autem omnes eo ordine quo Rex imperauerat dispositi, cupidiq; pugnãdi signũ, quod tuba dandum erat, expectabant. Quod cum exorto iam sole Rex dari iussisset, celeriter omnes in hostes impetũ vno tempore maximum fecerunt, quem fortissime hostes exceperunt. Diu acriter vtrinq; pugnatum est, & æquo fere Marte. Horam autem diei circiter tertiam cum hostes solis radios & intuitum ac contrariorum armorum fulgorem oculis ferre non potuissent, cumq; Rege superueniente cũ magno subsidio magis premerenter, iam vulneribus defessi pedem referre tergaq; vertere cœperunt. Quos fugientes Regis equites insecuti die toto magnũ eorum numerum occiderunt. Centum enim & triginta supra mille interfecti, totidemq; capti fuere. Reliquis etsi locorum asperitas profuit, nemo tamen eorũ euadere potuisset, si quibusdã victoribus Regiis non præda magis, q̃p honor cordi fuisset. Hi enim dum legendis spoliis seruandisq; prædis commorantur, fugientibus victis spacium dabant. De Regiis autem militib⁹ multi vulneribus affecti, desiderati vero pauci fuere. Iacturam tamen equorum magnam fecerunt, quorum præter multos vulneratos mortui quoq; plures ceciderunt. Hostium enim non nulli diffugientibus aliis siue pudore, siue victorię spe, siue q̃ eis fuisset erepta fugiẽdi facultas, ad suam internitionem in prælio pertinaces fuere. Hi cum viros armatos telis sagittisq; offendere non possent, omne telorum genus in equos conijcere nitebantur. Illi autem, qui castello fuerãt oppositi, cum sociorũ alios interfectos, alios captos, alios profligatos animaduertissent, ad Regem in deditionem venere. Idem & oppidani fecerunt. Sub vesperum Rex suos omnes i castra reduxit, omnibus etiam, qui fugientes insecuti longius discesserant, reuocatis, ad sepeliẽda suorum cadauera sanandaq; vulnera diligentem curam adhibuit.

Prælij apud Rubinatum.

Interfectorũ numerus.

LIBER. XV.

DE EODEM BELLO.

DIE SEQVENTI cum in nonnullos captiuorum coniuratos animaduertisset, Tarracã versus, quæ villa inter Ilerdam & Ceruariã posita est, vbi Tarraconensis Archiepiscopus á hostibus & Ilerdæ ciuibus obsidione premebatur, celeriter cõtendit. De cuius aduẽtu moniti hostes alii Ceruariam, quod oppidũ distat á Tarraca passuum mi lia quinq;, alii Ilerdam statim obsidione relicta se receperũt, omnesq; Tarracam destituere. Quę timens ne sibi idem quod Rubinatibus accideret, supplex ad Regis obsequium propere rediit. Interim Alphõsus Aragoneus Villæ, quę Sancta Coloma dicitur, depopulatus agros, cum Ludouico quodam Gothalanorum Duce, qui Villæ subsidium ferens repente superuenerat, & cum oppidanis prælium committens illorum centum interfecit, totidemq; captos ad Regem misit. Cũq; Ioannes Aragoneus cum ducentis equitibus veniens, seq; cum Alphonso fratre cõiunxisset, & oppidum rursus oppugnare statuissent, hostibus pacem & Regis clemẽtiam implorantib⁹

UVA. BHSC. IyR_186

facile pepercerunt. Eorum tamen ad Regem magiſtratus miſerunt. Hinc cum oppidum nomine Cereale, quod prope erat, multis partibus acriter oppugnare cœpiſſent, omnes oppidanos ad deditionē uenire breui coegerūt. Hac fama magno cū timore populi plures cōmoti ad Regē ſponte venere, eiuſq; dexterā non ſine lachrymis oſculati veniā vitāq; deprecabātur. Hic Rex ad ſecuritatem poſteri tēporis ſingulis oppidis ſingulos præfectos, q̄bus plurimū cōfidebat, cum parte copiarū ſuarum relinquens, ad Reginā atq; principē filium Ferdinandū, quorū maximo deſiderio tenebatur, cum paucis equitibus Moncatā verſus, quod oppidum diſtat à Barcinona paſſuum milia circiter octo, magnis itineribus cōtendit. Id oppidū Rex cū veniſſet Regina cum equitibus Gallię ſeptingentis, quos Gallorū Rex ad eā Gerundam ſubſidio miſerat, armis iā expugnauerat. Gallis autem equitibus Foxanus Comes præerat. Qui, vti ſuperiori libro ſcripſimus, apud Gerūdam cum exercitu Reginæ ſe coniunxerat, & vterq; cōiunctus exercitus multos coniuratos oppreſſerant, multoſq; populos aut armis ſubegerant, aut ad Regis obſequium adduxerant. Victiſq; Monticatinis de oppugnāda Barcinona etiam conſultū habebant. Quod cōſilium Rex etſi minime ſequendū eſſe iam ſecum cogitauerat, nam prius membra hoſtiū, q̄ caput, hoc eſt oppida principatus, quā ciuitates frangier oportere cēſebat, ne tamen Reginę & Foxani Comitis Gallorum equitū Ducis conſiliis repugnare aut contradicere videretur, eorū voluntatibus de oppugnandis Barcinonenſibus aſſenſus eſt. Verumetiā vero nihil magis huic expeditioni quā tempus eſſe contrarium videbatur. Hyems enim maxime ſequens impediebat. Hęc enim Nonis Decembribus profectio contra Barcinonam decreta eſt. Cæterū Rex, vt ſupra diximus, Reginæ potius cōſiliis & Gallorum ſtudiis aſſentiri maluit, q̄ vel ſeruire tempori vel ſuum, q̄uis multo melius, conſilium ſequi. Eo igitur aſſentiente confeſtim duo Gallorum Duces cum multis equitibus ad portam vſq; ciuitatis, quæ noua dicit̄, acceſſerunt. Item alia ex parte Foxanus Comes per Iuncheræ iter ad ædem ſanctæ Mariæ nomine Ieſu cum Ducibus aliis & magno equitum numero peruenit. Ciuitas autem portis p̄cluſis, & armatorum militibus quinq; per muros diſpoſitis magno clamore Caſtellæ Regis vexilla ſimul & nomen extulere. Erat autem in ciuitate pugnatorum maxima multitudo. Regis vero vix erant hominum milia decem, & nihilominus intra mœnia ciues ſe continebant. Ciuitas autem & loci natura & ædificiorum arte valde munitur. A meridie nanq; pelagus admittit, & ab occidente monte Iouis, ſeu vt alii volunt, Iudæorum propinquo plurimum iuuatur. Per reliquas vero partes etſi campos habet patentes, murorum tamen ædificiis crebriſq; turribus & circumductis foſſis & aggeribus ferè ſe inexpugnabilem præbet. Propter huiuſmodi munitiones & defenſorum ingētem multitudinem Rex oppugnationem minime profuturam eſſe videns, inſtructa acie & cōmunitis caſtris, hoſtes, ſi foras exirent, expectabat. Lapidibus tamē interdum tormentis excuſſis muri feriebantur. Ciues autem muros non excedere, tormentis vti, quibus periit Iacobus Gothomanus, cuius mors magno quidem dolore Regem & oēs equites affecit. Erat enim nobilitate generis, ingenio, moribus, & militari virtute p̄clarus. Dū vtrinq; machinis & tormentis contendunt, tandem poſt aliquot dies ex vrbe magnus equitū numerus egreſſus à porta, quę mari propinqua eſt, cum paucis Regis equitibus, q propinquiores erant, prælium cōmittunt. Quorum impetum equites Regii etſi numero valde pauciores erant, dum tamen Gallorum ſubſidiū veniſſet, fortiſſime ſuſtinuere. Ciues tamen, venientibus Gallis, terga vertētes, in ciuitatem ſe recipere cœperunt. Multi tamen ingrediētes vulnerati fuere, nōnulliq; ceciderūt. Alphonſus Aragoneus interea cū magna parte equitatus multiſq; peditibus omnes agros & hortos ad Iuncherā vſq; vaſtauerat, mōtēq; ciuitati propinquū, quē ſupra memorauimus, depopulatus, magnā inde p̄dā reportauit i caſtra. Eſt enī hic loc⁹ multis reb⁹ admodū diues, & hortis amœniſſimis fœlix, quē Barcinonēſes vocabulo corrupto & deprauata nominis dictione Mōiuy nomināt. Huic mōti capto p̄ſidiū reliqt. His reb⁹ geſtis Vilagius quidā, qui Regię claſſi præerat, cum octo triremibus in Regis auxilium veniens, ciuitati propius acceſſit. Sed ventis aduerſantibus & natura littoris, vbi nulla vnq; tuta nauigia fuere,

Oppidū Cereale oppugnatur.

Oppidum Moncata. Rex ad Reginam Moncatam uenit.

Barcinona oppugnatur. Iacobus Gothomanus occiditur.

Prælium equeſtre.

UVA. BHSC. IyR_186

atq; superueniente Frāciſco Pyno, qui numeroſq; Gothalanorum claſſis præfectus erat, diſcede re quidem coactus eſt. Hic Rex viginti ferè dierum ſpacio commoratus, cum & expugnan= dæ vrbis difficultatem, & magnos imbres infeſtaſq; pluuias exercitus ferre nullo modo poſ= ſe vidiſſet, cum Regina Comiteq; Foxienſi Gallorum Duce de relinquenda ciuitatis obſidio= ne cōmunicato iam conſilio, ſtatim caſtra mouit. Ac ne forte inimicis aliquod ſpacium daret,

Villa franca. cum omnibus copiis magna celeritate proficiſcens, oppidum, cui Villa Franca nomen eſt &

Quadringẽtos oppidanos iuſſu Regis occiſos. abeſt ab vrbe paſſuum milia prope viginti, de improuiſo ingreſſus eſt. Hic Rex oppido iam capto quadringentos oppidanos interfici iuſſit. Quoniam Ducem quēdam Gallorum equi= tum virum nobiſſimum occiderant. Hac re geſta, & aliis finitimis oppidis ob timorem in Re gis poteſtatem redactis, Tarraconem proficiſcuntur. Quę ciuitas in littore maris inter Derto ſam & Barcinonam poſita eſt. Ciuitas eſt nobilis à ſcriptoribus celebrata, & à Romanis Scipio nie Duce condita. Quam Rex, ciuibus egredi nō audentib⁹, ex duabus partibus machinis & tormentis bipartitis aliis apud ædem ſancti Franciſci, aliis iuxſta templum diui Dominici diſ poſitis, oppugnare ſtatuit. Apud eos autem, qui tormentis præerant, in altera parte Comitem Foxanum & Poncium Riberā, in altera duos Gallorum Duces cum firmiſſimis præſidiis reli= quit. Ipſe cum Ducibus reliquis & magno equitum numero loca omnia mari cōtermina, qui=

Tarraconis oppugnatio. bus hoſtibus facilis patebat egreſſus, occupauit. Alphonſus Aragoneus interim vineas & a= gros omnes igni ferroq; vaſtabat. Dies quinq; mœnia tormentis concuſſa iam caſum & rui= nam minari videbantur. Nec propugnatores aderant. Tum itaq; ceſſantibus iam tormentis in muros omnes concurrunt, & ſcalis appoſitis & protecti ſcutis aſcendebant. Tum repente magna ciuium multitudo è turribus altis ſaxa magni ponderis & tela coniicientes eos ſtatim reppulerunt. Rex autem ſuos fruſtra nitentes reuocauit in caſtra, & rurſus exercere tormenta violentiꝰ & inceſſanter imperauit. Tum quidem omnium & præſertim Gallorum irritatis ani= mis, intenſius multo machinis & tormentis omnes incumbere. Ciues idē fecere. Sed hi noctu ceſſare, Regii vero nūquā. Dū hoc genere belli biduo cōtendūt, die tertio magna Gothalano= rū claſſis ſubſidio ciuibus aduenit. Quæ cum propter regiā claſſem portū ingredi nō potuiſ ſet, apud ędem Sanctæ Claræ littoribus appulit, ibiq; magnus hominum numerus expoſitus eſt. Hos ciues ſecū coniūgere & in vrbē recipere volentes ciuitatis portas aperiunt, magnoq; equitatu celeriter ad eos cōtendūt. Rex aūt inſtructis ordinibꝰ & exercitu bipartito priuſquā hoſtes iūgerent, in vtroſq; magnū impetū fieri iuſſit. Primo prælio ꝓfligatos inimicos alios in naues, alios in vrbē reuerti cōpulerūt. Pluresq; & in maris & in ciuitatis ingreſſu præter vul neratos occiderunt. In quo quidem prælio Regis Duces & plures equites magnum nomen

Prælium apud Tarraconē. fortitudinis & claram famam conſecuti fuerunt, & præcipue Ioannes Cabrerius Regis alum= nus, & eques generoſus. Qui pene ſolus ab hoſtibus vndiq; circūuentus, fortiſſimę ſtrenueq; pugnās & hoſtes feriēs illęſus euaſit. Hoc prælio magiſtratus & omnes ciues perterriti, cū etiā tormētis quati muros & laborare iā turres vidiſſent, timentes, ne victi & armis expugnati, ma iores perferrent cruciatus, clementiam Regis implorantes & veniam deprecati, ſeſe Regiæ vir= tuti tradiderunt. Hac deditione facta finitimi ferè omnes ad Regem pacem petentes venerunt. His impune receptis, & Rodorico Reboleto ciuitatis gubernatore relicto, Rex & Foxanꝰ Co

Morella oppidum. mes cum aliquo equitum numero Bellaguerā proficiſcūtur. Gallorum autē reliqui Duces cū aliis copis & exercitu Morellā verſus ire iuſſit. Quod oppidum diſtat à Valētia nobiliſſima ciuitate ſpacio miliū quadraginta. Dum Rex Bellagueræ commoratur, Comes Pallarienſis & dominus Cruyllæ cū magnis hoſtium copiis Gerundā oppugnabant. Sed Petrus Roccaber= tus, qui Gerundæ præfectus erat, cum aliis Ducibus & exercitu ciuitatis, eos primum ab ob= ſidione diſcedere coegit, deinde campeſtri prælio vicit, & fugientes præter captos multos etiā

Hoſtes in turri combuſti. interfecit. Atq; Ducē quendā aduerſariorū, nomine Derlōdē cū multis aliis ſeditioſis in turri, ad quam ſalutē quærentes cōfugerāt, igne cremauit. Alii aūt Duces quos, vt paulo ante dixi= mus, Rex cum exercitu Gallorum in Vrgelli fines Morellam miſerat, oppida multa caſtellaq;

UVA. BHSC. IyR_186

armis expugnauerant, multoſq; populos in Regis obedientiam venire compulerant. Eodem temporis ſpacio multa bella diuerſis locis gerebantur. Et ꝑterea Rex Caſtellę rurſus pacis fœdere, quod cum Aragonum Rege iureiurando confirmauerat, neglecto, magnum in Aragoniæ fines exercitū in Gothalanorum auxilium miſit. His dum Rex cum Gallorum equitibus occurrit, multi Gothalanorū populi, qui vel armis victi vel timore perterriti depoſitis armis iam quieſcere cœperant, iterum defecerunt. Quę res magnū quidem Regi laborem attulit. Cę terum cum Rex aggredi pręlio Caſtellanos ſtatuiſſet apud Ixaram, quod eſt oppidum Aragoniæ, Gallorum Duces aduerſus Caſtellanorum Regem pugnare recuſantes, Regem Aragonū deprecati ſunt, vt pręlium quod aduerſum Caſtellanos parauerat, differret. Nolebant enim fœdus amicitiæ violare, quod inter Gallorum & Caſtellæ principes ſtatutum longo tempore ſeruauerant. Dicebant itaq; ſe cōtra Gothalanos oīa libenter pericula ſubituros, & aduerſus eos a Rege Galloꝝ miſſos fuiſſe. A quo etiā mandatum habebāt, vt ſi quid inter Aragonum & Caſtellæ principes accideret diſcordiæ, eos reconciliare & pace coniungere diligentiſſime ſtuderent, neq; armis contēdere paterent. Ideoq; petiuerūt a Rege, vt ſi Ludouici Gallorum Regis vel amicitia vel honore ſibi charus eſſet, nō Gallos equites aduerſum Caſtellę Regē bellū gerere iuberet. Se Caſtellæ Regē adituros dixere rogaturoſq;, vt Caſtellanorum copias ab Aragoniæ finibus ſtatim diſcedere iuberet. Ita fore vt et ſibi Gallorū animos tanq; magnis officiis i perpetuū faceret obnoxios, & Gothalanos multo facilius opprimeret. Quod ſi Caſtellanorū Rex honorifice rogat⁹ eorū precibus abnueret, & Gallorū Regis amicitiā negligeret, ſeſe multo libentius in eū q; in fœdifragos pugnaturos eſſe dixerūt. Rex aūt etſi Caſtellanos armis & prœliis vincere mallebat, q; ꝑcibus, cognita tamē Galloꝝ voluntate, q tū quaſi iuſta petere videbant, illorū ſtudiis aſſentiendū exiſtimauit. Annuēs igit eos vehemēter hortatus eſt, vt qd quid eſſent facturi q; primū expediret. Quoniā ſibi morā plurimū detrimēti allaturā videbat. Duo igit Gallorū Duces Caſtellanorum Regē ſtatim adierūt. Qui oīa q̄ cum Aragonū Rege nup egiſſent ei retulere. Rogāt vt qd i animo habeat, quidq; factur⁹ eſſet ſine mora reſpōderet. Hęc cū audiſſet Caſtellanorū, Rex ſe quod petiſſent libēter facturū reſpōdit, conſtituitq; cū legatis, vt interpoſitis induciis cū Aragonū Rege vnū in locū ipſe cū Rege Galloꝝ ad colloquium cōueniret. Vbi ſuas & Gothalanorū res cū Aragonum Rege pace cōponerent. Quod autore Rege Gallorū fieri facillime poſſet, atq; tota diu iā armis & bellis vexata nimis pacaretur Hiſpania. Hoc reſponſo accepto legati ad Regem Aragonum reuerſi cū ei omnia retuliſſent, eū ſupplices deprecati ſunt, vt eā conditionē pacis & cōponendarū rerū rationē, quam Henrricus Caſtellanorū Rex cōſtituerat, nō renueret. Rex aūt & ſi Gothalanos ac Caſtellanos hoſtes armis potius opprimere, q; pace ſibi recōciliare volebat, quia tamen id ſine Gallorū auxilio facere non poterat, quos ſibi defuturos minime dubitabat, ſi Caſtellanos bello perſequi vellet, q; plura mala maioraq; diſcrimina vitaret, cū Caſtellanis & obſtinatis pactus inducias, cū Gallorum Ducibus de colloquio cū Ludouico Galliæ Rege cōſtituit, vt & ipſe illorū colloquio intereſſet. Mox Caſtellanis in Caſtellam, & Gallis in Nauarrā ꝓficiſcentibus, Cæſarauguſtā ſe cōtulit. Hic paucis cōmoratus diebus dū & equites quos expectabat cōuenirent, & Galliā verſ⁹ vt cum Ludouico Rege colloqueretur, profectionem pararet, Caſtellanorū Rex & Gallici maris princeps, qui Almirantes vulgo dicitur, ſecretos conferebant ſermones, & remotis vtriuſq; familiaribus, quaſi res magnas nouaſq; molirentur, clam ſoli nonnunq; colloquebant. Quorum occulta conſilia multis male cogitandi cauſam dedere. Qui ſermones illorum clam omnibus nouo inſolitoq; more collatos neq; ad commodum neq; ad honorem Gallorum & Aragonum Regum pertinere ſuſpicabantur. Hanc ſuſpicionem crebri rumores affirmabant, qui eos i vtriuſq; Regis dedecus neq; ſine fraude locutos fuiſſe vulgo ferebant. Quæ res multorū quidē malorū materiā ꝑbuit. Nā & ab vtroq; Rege de colloquio conſilium deſtitutum eſt, & bella quæ tunc interpoſitis induciis iā quieſcere cœperant, redintegrata, multo magis accēſa fuere. Siquidē violatis fœderis & induciarū iuriб, Mōteſani conuentus equites, q; rū Aſcorna Re

UVA. BHSC. IyR_186

gis Aragonum legatus præfectus erat. Dertosæ agros vndiq; vastare cœperunt. Et cum Dertosanis equitibus é ciuitate progressis prelium committentes, illorum multis occisis, alios omnes ferè vulneribus confectos intra muros ciuitatis compulerunt. Hinc magna cum præda & nonnullis captiuis reuertentes, oppidum Smertum, quod Castellani paucis ante diebus vi cœperãt, magnoq; presidio tenebant, oppugnatũ venerunt. In cuius expugnatione Dux Ascorna multis hostium telis grauiter vulneratus occidit. Reliqui vero, Castellanis expulsis, oppidanos in fide Regis, vt ante fuerant, retinuere. Eodem tempore multis in locis totius principat⁹ bella gerebantur. Nam quidam vir in armis insignis, & valde strenuus Cardonæ Comitis filius, cui & genus & nomen erat Spurius, cum oppidum, cui nomen erat Gratia, quod à Rege decesserat, obsideret: Dertosanos, quos ciuitas cum Castellanis quibusdã subsidio Gratianis mittebat, equestri prælio deuicit, omnesq; populos Pratarum prouincię, qui iam nutare ac deficere cœperant, diligenter in amore Regis & obsequio continuit. Tum etiam Fernand⁹ Angulus, & Ioannes à Toleto, qui iussu Regis Belagueræ pręerant, Beltranum Almẽdarem cũ exercitu sibi apud oppidum Lignolam occurrentem diuq; pugnantem magno certamine profligarunt. Quo prælio plures equites peditesq; vtriusq; partis conciderunt. Biures quoq; ordinis sancti Ioannis militiæ præfect⁹, cum exercitu paruum oppidum Azeniã, quod defecerat, obsidione premebat. Sed Azenienſibus à Dertosanis, qui non longius aberant, auxilium petentibus, à ciuitate subsidio missus exercitus Regios equites oppidum oppugnãtes acriter inuaserunt. Hic diuti⁹ vtrinq; strenue & æquo Marte pugnatum est. Cæterũ plurimis equitib⁹ é ciuitate in auxilium hostiũ superueniẽtibus, Regis equites opprimebant̃. E quibus acri longoq; prælio iam defessis, præter vulneratos interfecti ducenti totidemq; capti fuere, reliqui fuga magnoq; labore, castris tamen amissis, euaserunt. Item Comes Treuignii, Bursaonẽses, & Tyrosonios, Alcalam Aragoniæ oppidũ oppugnãtes, cũ magnis copiis aggressus a tergo, eoꝝ quadringentos occidit. Et Ferrãdus, cui Camara cognomen erat, Cypranã & Caspẽ oppida, nõnullis interfectis oppidanis, expugnauit. Aluarus Mendosius Castellæ Regis Legatus Borridę castellũ, deceptis fraude custodibus, cœpit, multaq; dãna populis ꝑpinquioribꝰ intulit. Multa ꝑterea tũ ꝑlia, quæ cõprehendi neq̃unt, & aliis in locis principatus gesta fuere. Tota nãq; ꝑuincia Tarraconensis oppugnationib⁹, ꝑliis, & sæuis populationibus arsit. Tãtus qppe furor Gothalanos omnes inuaserat, tanta dementia vexabat, tanta mentis caligine ducebãtur, vt nullis admonitionibus, nullis minis, nullis deniq; cladib⁹ ad pristinã sanitatem vnq̃ redire potuerint. Sed eorum viribus exhaustis, opibus, quas multis annis magnisq; laboribus terra mariq; parauerant, omnibus amissis, & propriæ salutis & honoris obliti vsq; ad mortem pertinaces erant. His igitur omissis, quoniam quę nullo ordine gesta fuerunt, in ordinem redigere literisq; mandare non facile est, ad Aragonum Regem reuertor. Qui cum multis Aragoniæ nobilibus Cæsarauguſta proficiscens, in principatum perueniens apud Ilerdam ciuitatem cũ Pratarũ Comite, quem illic cum exercitu reliquerat, se cõiunxit. Et omnes equites, qui diuersis locis aduersus hostes renitentes bella gerebant, ad se vndiq; conuocauit. Interim Tarraconensis Antistes, multiq; magnates ad eum cum sua quisq; familia sponte venerunt. Idem fecerũt & multi Siciliæ nobiles, qui Regi suppetias tulerunt cum pecuniis & equis. Itaq; coniunctis omnibus copiis in hostes omnia signa conferri iubet, submotisq; Castellanis & Aragonię ꝑuincię finibus expulsis, Gothalanos sedicioſos magnis cladibus affecit. Breui tempore multa oppida, depopulatis agris, expugnauit. Multos populos metu perterritos ad obsequium redegit. Et collectis omnibus copiis Kalendis Maiis Ilerdam, quæ iterum defecerat, profectus, in hortis ciuitatis citra flumẽ Sicorim castra posuit. Instructaq; acie milites oẽs in armis esse iussit. Erat enim in ciuitate magnus militum numerus, quos Petrus Decius ciuitatis prefectus de Regis aduentu non ignarus, ex multis partibus euocauerat. Qui Regis appropinquãtibus copiis equites & ciues omnes arma capere & locis ciuitatis opportunis tormẽta, quibus in oppugnãtes vterentur, disponere iussit. Est autem Ilerda Hispaniæ ciuitas nobilis, inter Barcinonam

Prælium apud Dertosam.

Ascorna dux Regis & Montesanorum equitũ præfectus occiditur.

Pugna apud Azeniam.

Ilerdæ descriptio.

UVA. BHSC. IyR_186

& Cæsarauguſtam, quæ ab vtraq; pari fermè diſtat interuallo, memorata Romanorum bellis ciuilibus. Hic enim Iulius Cæſar Magni Pompei copias, quibus Marcus Varro, Lucius Affranius, & Marcus Petreius præerāt, ſuperauit. In ripa Sicoris poſita ciuitas in altiorem collem conſurgit. Templis & aliis ædificiis, fructifero ſolo, & antiquiſſimo literarum gymnaſio celebris. Amnis prętera, qui ſaxeo ponte tranſitur, & aquis & aureis arenis inſignis. Ciuitatis etiā fines Vrgelli fertiliſſimos agros attingunt. Vna re tantum minus fœlix minuſq; ſalubris, q̄ hyeme nubiloſo plerūq; tegitur cœlo. Sed hactenus de ciuitate. Poſtero die Gothalanorum Duces cum magno equitum peditumq; numero flumen traiecerunt, & cum Regis exercitu, qui ad pugnam paratus erat, prælium commiſerunt. Acriter vtrinq; primo congreſſu & viribus ęquis pugnatū eſt. Deinde vero durante pugna, hoſtes, qui minus labores & arma ferre conſueuerant, longo iam defeſſi certamine pedes referentes in ciuitatem ſeſe receperunt. Ex q̄bus interfecti pauci fuere. De Regis autem equitibus numero plures ceciderunt. Nam qui fugientes hoſtes ad muros vſq; ciuitatis perſecuti fuerant, eorum multos ad ſua caſtra redeuntes tormenta, quę ciues Ilerdæ iaciebant, interemerunt. Cum quibus & Ioannes Luna vir nobilis & forma corporis & animi magnitudine præſtantiſſimus occubuit. Cuius mortem magnō quidem Regis & totius exercitus mœror ſecutus eſt. Hoc tamen prelio Regii milites & profligatis hoſtibus in ciuitatemq; compulſis, & capto diui Auguſtini templo victores fuere. Multos dies deinde ac propè duos menſes, modo equeſtri prelio, modo pedeſtri certamine, nec ſine vtriuſq; partis cęde fuſoq; ſanguine pugnatum eſt. Cæterum poſt multa variaq; prælia longo iam labore defeſſi hoſtes ſuburbium ciuitatis & omnes domos atq; ſanctorum ædes, quæ extra muros ciuitatis erant, amiſerunt. Eſt autem ſuburbium iuxta pontem, quo tranſitur ad ciuitatem. Hoc ſuburbio capto, Regiis militibus magna quidem ſpes expugnandæ ciuitatis acceſſit, & Ilerdenſes non paruus timor inuaſit. Itaq; Rex nocte, quæ ſecuta eſt, in ſuburbium caſtra tranſferri ac foſſa valloq; muniri, & tormenta locis ad oppugnandum tutis & opportunis locari iuſſit. Interea ciues eo loco, qui medius inter pōtem & muros ciuitatis erat, multo robore magniſq; confixis trabibus prævalidam ſibi munitionem confecerant. Et ab altera parte, quæ ad pōtem & Regis caſtra ſpectabat, vſq; ad vtramq; ripam fluminis aggeres foſſamq; perduxerant. Hoc materiæ munimentum & lignorum molem Rex prima luce multis tormētis oppugnare iubet. Vbi complures iacti lapides propugnantes hoſtes ſummouere, Regii milites, capto pōte, certatim & foſſam lapidibus terraq; complere, & confixos ſudes trabiumq; munimen euellere nitebantur. Huc Ilerdæ ciues periculum ſibi pertimentes vndiq; repente concurrunt, & in eos qui lignorum machinam eruere conabantur, tela conficientes acerrime pugnabant. Regis autem equites etſi numero pauciores erant, propter anguſtiam loci, qui plures capere non poterat, hoſtium tamen numeroſam multitudinem propellebant. Quorum Siculus quidam, cui Ioannes Cileſtrus erat nomen, ſaxo magni ponderis concuſſus armatus in foſſam, quam tranſierat, in caput decidit, diuq; capite ſolo affixo ſtetit & pedibus erectis, donec à ſociis, qui aderant, adiutus ad pugnam rediit. Tum & Ferdinandus Rebolletus, qui primus hoſtium phalanges perfregerat, cum miſſilibus telis, armis quibus indutus erat perforatis, vulneratus in pectore concidiſſet, à ſuis armigeris è ſolo ſtatim ſublatus, & commonit⁹, vt in caſtra ſe reciperet, vulnuſq; medico curandum pberet, prius inquit vulnus vlciſcamur, poſtea curabimus. Hęc locutus in hoſtes conuerſus violentius dimicauit. Acriter hic ab omnib⁹ diuq; pugnatum eſt. Nam defeſſis Regiis militibus alii recentiores ſuccedebant. Denicq; compulſis intra muros ciuitatis hoſtibus, omnes Regis eqtes in ſua caſtra victores redierunt. Quorum etſi multi vulnerati, nulli tamen deſiderati fuere. Ex aliis vero p̄ter vulneratos complures, nonnulli quoq; ceciderunt. Cęterum dum hæc apud Ilerdā prælia gerebantur, Regina & Ferdinandus filius ex Cæſarauguſta cum duabus quingentariis cohortibus in auxilium Regis venientes apud diui Franciſci templum caſtra poſuere. Nam vt in hunc locum copias adduceret, in itinere literis Regis & nunciis præmoniti fuerant, vt media ciuitas inter duos exercitus

Prælium apud Ilerdam.

Ioannes Luna occiditur.

Ioannes Cileſtrus Siculus

Ferdinandus Rebolletus.

UVA. BHSC. IyR_186

aut facilius expugnaretur, aut citius in deditionem veniret. Quod quidem consilium Regem minime fefellit. Ciues enim & longa fame languentes, qui iam diu ex lini semine panē comederant, multiq; inedia perierant, & omni subsidii spe destituti, post multa prelia, quibus magnum vulnus acceperant, & quia præter vastatos agros omniaq; bona consumpta se ipsos paditum iri cernebant, ne sua pertinacia interirent, ab Rege colloquium petierunt. Quorū legati cum supplices ad Regem venissent, nihil ab eo præter vitam deprecabantur. Quibus Rex nō vitā solum & libertatem, sed omnia quoq; bona concessit. Idq; fecit nonnullis equitibus suis, quos iam prędæ cupiditas cœperat, inuitis. Demum clauibus acceptis, præcauēs ne subsidiū, quod Barcinonæ parabatur, veniret, præmissis cum legatis multis armatis equitibus, ciuitatē maturius ingressus est, & cum eo Regina simul & Ferdinandus filius. Qui cum ciuitatis magistratibus, quos à iureiurando, quod pro conseruanda republica prestant, Iuratos appellant, et cū aliis ciuitatis equitibus per vicos equitantes, miserabiles esurientium puerorum fletus & q̄rulas voces hauriebant. Quorū matres passis crinibus miserecq; flentes ad Regem & Reginā cum venissent, dum eorum pedes osculabantur, multis etiā lachrymis irrigabant. Quarū pręterea nonnullæ longo ieiunio deficientes in terram nimio langore cadebant. Virorum autem complures & promissa barba terribiles, & exangui macie pallentes, vt qui iam vultus humanos exuerant, vel montanas truceq; feras, vel mortuorum hominū effigies referebāt. Quos miserata Regina, & præcipue pueros, ad sua castra confestim misit, & qui omnibus cibaria distribueret, imperauit. Hic dies octo Rex cōmoratus, dum & ciuitati quæ necessaria erant prouidit, & milites qui ex acceptis vulneribus ægrotauerāt, conualescerent. Tādem Nonis Quintilibus Alphonsum & Ioannem Aragoneos, Comitem Pratensem, & alios Duces cum septē cohortibus Ceruariam versus premisit. Quos ipse ciuitatis arce Ioanni Lescano cōmissa, postero die cum reliquis copiis subsecutus est. Quod quū Barcinonenses animaduertissent, auxilio Castellanorum omniq; spe iam destituti, ad Petrū Portugalliæ Comitis Vrgelli nepotem legatos miserunt. Quibus omnem facultatē dederunt, vt ei nomine Gothalanorū omniū Barcinonā ciuitatem totumq; principatum offerrent. Quod ille munus regnandi cupiditate captus minime recusauit. Sed sua vndiq; cōuocata familia multis equitibus comitatus simul cū legatis Barcinonem profectus, apparatu penè Regali magnoq; gaudio totius ciuitatis excipitur. Et vltro citroq; iuratis ex compacto conditionibus & priuilegiis ingenti ciuium clamore Rex appellatus est. Hunc deinceps non Petrum Portugalliæ neq; Regem, sed duntaxat Lusitanū denominabimus, à Lusitania vlterioris Hispaniæ prouincia, vnde a' Barcinonensium legatis accitus venerat. Est autē Lusitania inter Galatiam & Bethicam, quę tribus vberrimis fluminibus, Durio, Tago & Ana cōtinetur. Cuius prouinciæ pars vltima, quæ vergit in solis occasum, ab incolis & recētioribus historicis Portugallia nūcupatur. Huius aūt nominis etsi certam reddere rationem non possumus, nobis tamen opinari licet ex Gallia olim homines ī huius regionis maritimā ciuitatem, quę Portus appellatur, ingressi, suæq; patriæ nomen Gallia ciuitatis nomini, quod nōnunq̄ fieri solet, addidisse. Sicut & Cæltiberia, q̄ ab Ibero amne cisterioris Hispanię & Cæltis Galloq; populis nomē accepit. Sed ad Lusitanū redeo, qui etsi Rex electus in titulos illustres & magnos principatus honores assumptus fuerat, eius tamē animꝰ non minorem quidem curam & sollicitudinem, q̄ę læticiam sentiebat. Propterea q; & alienum regnum ingressus erat, & Gothalanorum neq; mores neq; linguā satis intelligebat, & Aragonum Rex, qui tum Ilerdam ciuitatem armis cœperat, cum exercitu victore propinquus erat. Ilerdensibus enim captis & ciuitatis castello Ioanni Lescano, cui plurimum Rex confidebat, vti supra memorauimus, commisso, Duces quos cum copiis Ceruariam versus præmiserat, magno cum equitum numero subsequebatur. Ex Gothalanis interim perfidis, quos aduētante Lusitano, Comes Pallarensis & alii coniurationis autores acciuerant, multitudo magna conuenerant. Erant pręterea in ciuitate nonnulli Castellani milites, quos à Regiis equitibus p̄ lis ante gestis profligatos & in vlteriorem p̄ficiscentes Hispaniā Barcinonæ ciues apud se ma

Ilerdæ deditio.

Iurati unde dicti.

Reginæ pietas.

Lusitanus.

Lusitania.

Cæltiberia.

UVA. BHSC. IyR_186

gnis pręcibus multaq; pecunia retinuerant. Ex Lusitania quoq; qui venèrant & aliarum nationum milites Gothalanorum copias augebant. Præfectis igitur electis & ordinibus instructis & Ceruariensium legatis auxilia petentibus, Lusitanus cum omni exercitu cōiunctisq; copiis è Barcinonę proficiscens Equalatum peruenit. Quod oppidum Ceruariam versus distat à Barcinona passuū milia circiter quadraginta. Huc speculatores, quos é Barcinona Lusitan⁹ exploratum res Aragonum miserat, redeuntes, multos principatus populos, qui defecerant, post Ilerdā captam in Aragonum Regis obsequium & gratiam redisse, & Tarraconenses cū Ceruariensibus metu perturbatis de deditione placandoq; Regis animo consilium iisse dixerunt. Quorum delatis vulgatisq; sermonibus, non paruus quidem timor hostes omnes inuasit. Et Lusitani, qui Ceruariēsibus auxilium implorantibus opem ferre statuerat, consilium & cogitationes impediuit. Nam & si Ceruariensibus subuenire decreuerat, multis tamen, quos metus cœperat, hortantibus, vt Barcinonem potius redire, q̄ Ceruariā proficisci vellet, ne muris illic & obsidione clausus exituq; prohibitus, vel longa fame, vel expugnato oppido, in hostium potestatē venire cogeretur, diu cogitabundus, & ad deliberandum quid esset factur⁹ anceps, nam & Barcinonam reuerti pudore, & Ceruariam ire metu prohibebatur, demum neq; Barcinonam rediit, neq; Ceruariam profectus est. Sed itinere, quod Ceruariam ducebat, omisso, cum omnibus copiis transuersum iter ingressus ad dexteram Montē Serratum relinquēs, in Pratensis Comitis terram peruenit. Quæ regio pars est prouinciæ Tarraconensis & Cathaloniæ principatus, versus septentrionem distatq; à Barcinona passuum milia sexaginta. Hic oppida multa, quæ defensoribus carebant, expugnauit, quorum agros igne ferroq; vastabat. Hoc eo animo Lusitanus faciebat, vt Pratarum Comes, qui Regis Aragonum copiis pręerat suis populis auxilia latur⁹, ab obsidione Tarracæ, quam acriter oppugnabat, discederet. Et cū exercitu Pratas versus proficisceretur, cum eo Pratis egressus in itinere prælio decertaret, quo victo & militibus eius fusis, deinde Regis copias, quas cum Comitis exercitu coniunctas plurimum posse cernebat, tutius inuaderet. Ideoq; quo maturius Comes venire, & suis auxilium implorantibus opem ferre cogeretur, violentius omnia vastare, crudeli⁹ in captiuos animaduertere. His præterea qui semel moniti iussa morarentur & serius portas patefacerent horrendam & per multa tormentorum genera mortem minari. Quod vbi Rex qui Tarraconę tunc erat à multis, qui inde relictis omnibus rebus ad eum confugerant, accepit, tanta sæuicia commotus Pratarū Comitem ab obsidione Tarracę reuocatum cū aliis ducibus, quos Ceruariēnses oppugnatum miserat, cū exercitu contra Lusitanū celeriter ire iussit. Cui mox & Ferdinādum filium, quem multis nobilibus præfecerat, subsidio misit. Qui tā & si puer ętate magis, q̄ adolescēs erat, annum enim quartum decimū agebat, magnopere tamē armis & equo gaudebat. Laudis igitur & belligerendi cupidus magna celeritate proficiscens die quarto Comitem suos fines ingressum consequutus est. Cuius aduentus incredibili lętitia milites omnes affecit. Postero die cum omnibus coniunctis & instructis cohortib⁹ in oppidū Comitis, quod Calafum vulgus appellat, & á Pratis, quæ inde cernuntur, milia passuū ferè quinq; remotū est, Ferdinandus Princeps & Duces omnes ingrediuntur. Totaq; nocte, propter propinquos hostes, paratas & armis instructas acies habuere. Complures equites armati positis extempore tentoriis, extra muros oppidi pernoctarunt. Vbi dies illuxit exploratores nonnulliq; Pratenses ad Ferdinandum principem venerunt, & Lusitanum Pratis egressum Calafum versus cum maximis copiis & ordinibus instructis venire dixerunt, & iā signa eius & sublatus equorum pedibus puluis conspiciebantur. Tum Ferdinandus omnes ex oppido copias eduxit, & ad exponendas cohortes locum cōsiderauit. Oppidi situs & loci natura erat huiusmodi, in plano ferè loco incipiebat, & in collem leuiter accliuem consurgens, in editiorē planiciem desinebat. Huc Ferdinandus copias adduxit, & milites omnes paratos & armis intentos esse iubēs, venientes & iam appropinquantes hostes expectabat. Tum in aere ciconiarum repente densissimum agmen apparuit. Quod nouum genus augurii non paruum quidem multorum

Oppidū Calafum.

Calasi oppidi discriptio.

Ciconiarum multitudo.

UVA. BHSC. IyR_186

mentes perturbauit. Aues enim etsi neq; prodigiosæ sunt, neq; humanis carnibus vescuntur, inter vtrumq; tamen gregatim volantes exercitum, multoq; qdē futurā cædem significare videbantur. Interim Lusitanus q̄uis eodem nonnihil turbatus augurio, metu tamen dissimulato milites, quos propter inspectum prodigium non paruus timor inuaserat, hortatus, oppido propius accessit, et apud diui Iacobi templum, quod à Calafo circiter mille passus aberat, copias continuit. Medium inter vtrūq; exercitum spacium maior erat planities, & opportunus ad pugnandum locus. Lusitan⁹ instructa acie & exercitu tripartito Gothalanis equitibus, qui sibi primum prelium poposcerant, Petrum Decium præfecit. His omnes Burgundiæ milites quorum magnum numerum habebat, subuenire iubet. Secundam aciem Nauarris & Castellanis compleuit, quibus Beltranum & Ioannē Almendaretem præposuit. Tertiam, cuius ipse prefectus erat, ex Lusitanis & nonnullis Gothalanorum primariis equitib⁹ instituit. Eius primipilus erat Laurentius Monticatinus. Custodes autem Comes Pallarensis, Redæ Vicecomes, Graus Gerbellon, & Cruille dominus erant. Cohortibus hoc modo dispositis, longo sermone Gothalanos hortatus est. Quibus primum maiorum suorum virtutes illustres & res terra mariq; magnifice gestas commemorauit. Deinde omnes iniurias illis illatas à Rege Ioanne crudelissimas cędes, bonorum amissiones & agros igne ferroq; depopulatos repetēs, quot oppida, quot ciuitates, quot castella tormentis concussa corruissent, quot viri fortes apud Rubinatum ceciderant in memoriam adduxit. Barcinonæ principatum vel liberum esse debere, vel ad Vrgelli Comitis hæredes pertinere Barcinonensibus affirmabat. Qui si pristinæ solitæq; virtutis in prælio gerendo eo die memores esse vellent, facile quidem & amissas omnium bonorum possessiones recuperarent, & ignominias, quas indignissime perferebant, vicisceren̄t. Non esse dicebat de victoria dubitandum. Propterea q; & virtute militum præstantiores erāt, & numero plures. Quod etiamsi numero plures essent, illa tamē ratio nobis perfacilem victoriam pollicetur, quoniam cum hominibus, qui pueri iudicium in re militari sequuntur, cōgrediendum esset. Postremo vt pro honore, pro vita pugnarēt, admonuit. A Gothalanis ad Nauarros accedens, illis cum multa verba dixisset, quibus illorum animos accendere facile poterat, demum Caroli Vianæ principis mortem memorauit. Castellanis bella, quæ Ioannes Rex Aragonum tot annos aduersus Ioannem & Henricum Castellanorum Reges indigne gesserat, retulit. Deniq; Burgundiæ militibus atq; reliquis, qui stipendio & prædæ spe militabāt, honores, & commoda, quæ victis hostibus victores consequi possent, & quā plena diuitiis & hostiū spoliis manus, quæ bene pugnasset, in castra rediret: ostendit. Dum Lusitanus oratione coniuratos hortabatur, interea Ferdinādus etsi corporis robore minus firmus, vt supra diximus, propter ætatem, animi tamen viribus fortis, ex colle vbi constiterat, exercitum ad planitiem deduxit, ibiq; ad hunc modum aciem instruxit, vt Pratarum Comes cum parte magna equitatus cum hostibus à fronte confligeret, primaq; prælia committeret, statimq; Bernardus Rocabertinus à dextera, & Matheus Monticatinus à siniſtra pugnantes hostes à lateribus opprimerent, Henricus principis frater patruelis laborantibus, & quos hostium multitudo magis vrgeret, cum suis equitibus subsidium ferret. Bernardum vero Gastonem cum peditibus montem, qui aderat, ascendere iussit, vt inde signo dato celeriter in hostes impetum facerent. Tarraconensis Archiepiscopus, Comes Modicensis, Ioannes Pratus cum equitibus suis peditibusq; oppidum castraq; tuerentur. Ipse autem cum primipilo Carcaxona magnaq; parte nobilium, quos salutis suæ causa custodes habebat, Pratensem Comitem & qui cum eo prima prelia commisissent, subsequeretur. Hoc modo ordinibus instructis, aduocatos Duces & omnes equites his verbis alloquitur. Omnes homines, quibus ætas & rerum experietia de sunt, fortissimi viri, non dare quidem, sed accipere doctrinā & consiliū decet. Ego itaq; q̄ sum & ætate puer, & in re militari tyrunculꝰ, & minus expertus, vos oēs rogo obtestorq;, vt si vobis ordines, quos ī instruēda acie cōsideraui, minime forte probant, & apte & statim mihi cōsilium vestrum & sententiam ostendatis, totamq; aciem & pugnandi rationem vobis muta-

Lusitani verba ad Gothalanos.

Ferdinandus aciē instruit.

Verba Ferdinandi principis ad milites

UVA. BHSC. IyR_186

re, vestroq; iudicio liberius instruere liceat. Volo enim si quid vestræ virtuti & reb⁹ inclyte ge stis fortuna detraxerit, vt non me ducem, sed ipsam possitis accusare fortunam. Nam quo sta= tu simus, quo in loco sita sit nostra salus, omnes quidē mecum intelligere potestis. Rex noster abest, cuius nomen & præsentia nos hodie plurimum iuuare posset. Cæterum vestra virtus & rei militaris scientia, magnanimi proceres, me quidē patris aspectū desiderare non sinit. Mihi enim in huiusmodi fortunæ conditione prælioq; gerendo, quod aduersum tyrānum scelera= torum hostium ducem paramus, & si patris absentia, si mea puerilis ætas, si deniq; rei militaris pugnęq; nouitas, causæ non parui timoris esse debeant, plus me tamen proceres spes virtutis vestræ, plus animi fortitudo, plus ętas & rei militaris vsus hortantur. Me nāq; fortiorem fa= ciunt memoria victoriarū vestrarum, famaq; prędara rerum, quas fortissime semper gessistis. Quæ omnia mihi non solum timorem minuūt, verūetiā de sceleratissimis hostibus q̄; certis= simam victoriam pollicentur. Quod si hostes hominum multitudine & exercitu numeroso plurimum posse videntur, non tamen timori nobis esse debent. Non est enim fortium viro= rum, si quando numero paucioribus contra plures pugnare contingat, de salute aut de victo= ria desperare. Nam Alphonsum patruum sępius audiui narrare solitum, quod mihi quoq; pa ter affirmauit, à vobis per paucis propter virtutem vestrā, magnumq; vsum rei militaris, innu meras hostium copias fuisse superatas. Mementote igitur hodie viri fortes & amici mei, vestrę solitæ virtutis, vt honorem & gloriam, quā vincendo vobis comparastis, & à maioribus ve= stris, qui fortissimi fuerunt, accepistis, posteris sine aliquo dedecore relinquatis. Ego autē meo rum more maiorum & in laborib⁹, & in periculis, à vobis nusq; abero. Sed iam more nostro proceres diuinum numē & auxilium conuocem⁹, & in prędio semper in ore Aragoniæ nomē & Dei sanctissimę genitricis habeamus. Hac oratione habita primi duces, pugnandi ordines instructos à principe comprobantes, principem primum obsecrāt atq; monent, vt prędio ab stineret, suosq; pugnantes ex tuto loco cerneret, aliis deinde ad alia respondere volentibus tem pus defuit. Propterea q; equites, quos princeps ad explorandū locorum situs & accessus ad ho stes paulo ante præmiserat, cum ad hostium castra propius accessissent, cum hostium equitib⁹ è castris egressis prælio contendere cœperant, & ab illorū numerosa multitudine superati fu= gientes ad sua signa reuertebantur. Quod cum princeps & eius duces animaduertissent, con= festim canere tubas, & in hostes signa conferri iubent. Idem Lusitanus fecit. Signis itaq; datis vtrinq; concurrunt. Comes Pratarum cū multis equitib⁹, quos ex omni numero iussu prin cipis elegerat, in hostes ingressus, illorum multitudinem magno impetu perfregit. Bernardus Rocabertin⁹ & Mathęus Monticatinus à lateribus, vti princeps instituerat, perturbatos hostes aggrediētes, eorum multos occidunt. Hi tamen cum primo satis prospere pugnassent paulo post labore magno defessi vehementer à multitudine hostiū, qui suis subsidio veniebant, pre mebantur. Id cum animaduertisset princeps, suis laborantibus, Henricū subsidio confestim misit, & Bernardo Gastoni, quem iugum montis cum peditib⁹ ascendere iusserat, signum de= dit. Ipse cum reliquis equitibus, quos apud se retinuerat, & Carcaxona primipili centurione, Henricum subsequitur. Ita vno tempore, magnum omnes in aduersarios impetū fecere. Prę lium ingressus princeps in exhortādo duces multosq; equites nominatim appellauit. Quem cū illi in prędio nec sine periculo versari vidissent eius saluti pertimescentes acri⁹ pugnare, & ho stium non minus equos q̄; equites interficere. Hostes primo conflictu iam perturbati, alii la= bore defessi, alii vulneribus retardati, cum principis equitibus amplius resistere nō potuissent, terga vertentes ad sua signa ducemq; Lusitanū, qui nondum ex castris egressus erat, se recipe= re cœperunt. Hos insequentes victores à tergo, alios occidunt, alios vulnerant, non ab illis hor tati prędium redintegrāt, sed fuga simul cum aliis, qui subsidio veniebant, salutem quęrunt. Equites itaq; per loca ad cursum expeditiora, pedites per asperiora montana q; timore perter= riti nullo ordine turpiter diffugiūt. Complures inter fugiendum, quo celerius curreient, arma, quæ deiicere poterant, abiecerunt. Victores namq; fugientium quoscūq; consequebantur, vt

Acre prælių apud oppidū Calafum.

UVA. BHSC. IyR_186

hostium multitudinem minuerent, omni neglecta redemptionis conditione, trucidabant. Lusitanus autem suos omnes magna cum strage profligatos esse videns, pauore magno concussus & anceps propriæ salutis equo, quo vehebatur, dimisso, recentiorem alium pernitioremq; subito conscendit. Et Regis dimissis insignibus, equitis habitus assumpsit. Et nocte superueniente se victoribus immiscuit. Quib⁹ cum ad portas vsq; Pratarum peruenit, vbi milites non nullos, qui oppidum tuerentur, reliquerat. Hinc victorib⁹ ad Principem Ferdinandum redeuntibus, admissis equo calcaribus ingressus est oppidum. Quo deinde diffugientes exercitus eius reliquiæ sparsæq; cohortes, quę siluis delituerant, flammarū signa prospicientes ad multā noctem sese receperunt. Cęterum Ferdinandi milites etsi primum nullis eorum, qui fugiebāt, hostibus parcebat, deinde tamen prędæ cupiditate capti, dū colligendis hostium spoliis incūbunt, & cadentibus arma & quidquid pretiosum erat detrahunt, multis, quos vel occidere, vel capere poterant, fugiendi locum spaciūq; dederunt, minoremq; victoriam fecere. In qua quidem Duces & equites omnes principis Ferdinandi suas vires & animi fortitudinem in officio rei militaris ostenderunt, & imprimis Bartholomæus cognomento Vius, vt alios omittā. Hic enim eques leuis armaturæ cum hoste validissimo cataphratto homine valentissimo, qui magnitudine corporis & virium magnus Burgundius vocabatur. Cui Bartholomęus occurrens lanceam per os emisit, & auulsa hasta ferrū, quod ossibus infixerat, restitit. Quo vulnere acceptо magnus Burgundius ex equo cadēs efflauit animā. Ferdinādus aūt post solis occasum, etiam discedente crepusculo luceq; diei multis hostium captis, pluribus occisis, & reliquis diffugientibus, insigni victoria potitus, apud Pratas, quo se recipiebant hostes, insidias veritus, suorum saluti consulens, receptui canere iussit, suasq; cohortes, quę diffugientes adhuc hostes insequebantur, ad se reuocauit. Cuius iussu reuertentes equites, alii captiuos hostes secum duxerunt, alii magnas p̄das, & multa spolia signaq; retulere. Lusitani quippe exercitus equites grauis armaturæ p̄ter vulneratos interfecti quoq; centū septuaginta, & capti ducenti fuere. Quorum equi complures occisi, nonnulli simul cum equitibus & armis in victorum potestatē venerunt. Et quod magnopere mirandum fuit lætioremq; victoriam fecit, tanta hostium multitudine Ferrandini, etsi perpauci vulnerati, desiderati tamen nulli fuere. Quę quidem res principi Ferdinando, cunctisq; victoribus solidum & cumulatum gaudium, maioremq; voluptatē præbuit, q̄ ipsa victoria. Ideoq; princeps ea nocte copiis in oppidum reductis, & captiuis custodibus traditis, primum Deo pro parta victoria gratias egit, votaq; persoluit. Deinde vulneratos omnes reuisit, commendauitq; medicis diligenter. Hinc ad castra reuersus ad Regē Tarraconem de prælio gesto nuncios cum literis confestim misit. Qui nuncii de victoria peroptata incredibilem lætitiam Regi & Reginæ, qui de filii salute valde solliciti erant, attulerunt, adeo vt Rex præ nimio gaudio oculorum visus, quos amiserat, recuperauerit, & Regina vota, quæ pro filii salute promiserat, Deo Optimo Maximo persoluit. Sed redeo ad Principem Ferdinandum. Qui magna victoria potitus, vt erat magnanimus & humanissimus Princeps, vt animos omnium equitum suorum, quos fortissimos cognouerat, ad maiora facinora concitaret, quum omnibus gratias egisset, & eorum fortitutidinem collaudasset, paratis epulis magno lautoq; conuiuio cunctis Ducibus & multis equitibus, vt vna secum & eadem mensa simul discumberent, familiariter imperauit. Inter cœnandū aūt vnusquisq; lętitiæ plenus & honoris quod in prælio fecerat, & quidquid sibi contigerat, principi referebant. Princeps autem Ferdinādus cum pariter omnium virtutem & fortitudinem collaudasset, vnum ex captiuis adduci iussit. Is erat ex Lusitanis, qui á principe Ferdinando, quot hominum milia Lusitanus ex Pratis secum duxisset, & quot illic reliquerat, interrogatus, habuisse Lusitanum dixit hominum milia septem, ex quibus Pratis quingentos, qui oppidum tuerentur & conseruarent, reliquisse. Hoc in custodiam reducto, alius ex Castellanis adductus est. Hic eadem interrogatus, eodem modo respondit. Hac re gesta Ferdinādus certis equitibus imperauit vt stationes omnes requirerent. Quod cum diligenter omnes fecissent, quieti se dederunt.

Bartholomæus Vius memoria dign⁹

UVA. BHSC. IyR_186

LIBER. XVI.

DE EODEM BELLO.

POSTERO DIE Lusitanus ex Pratarum oppido, quo diffugerat, discedens, certis ducibus vsus per montes & inuia loca proficiscēs Manresam ciuitatem, quæ distat à Barcinona triginta milia passuum, peruenit. Vnde paucis ante diebus magna cum spe habendę victoriæ discesserat. Qua quidem spe frustratus eius animus & tristicia affectus quiescere nō poterat. Quippe qui desiderabat aduersam superare fortunam. Assiduis enim multorum vocibus & querelis offendebatur. Qui Calafetano prælio filios infœliciter amiserant. Mulierum quoq; miserabiles q̄stus, quæ cum filiis etiam viros in bellis extinctos repetebant, molestissime ferebat. Ideoq; Beltranum Almendaretem legatum cum exercitu Ceruariæ subsidio mittens, ipse cum reliquis copiis in Ampurdaniam prouinciam venit. Quæ regio est prouincię Tarraconensis Galliam versus, multorum oppidorum & bellicosæ gentis, distatq; à Barcinona quinquaginta milia passuum. Hic multis prouincię populis conuocatis Besalonensibus, qui rerum omnium penuria laborabant, opem tulit. Est autem Besalon oppidum inter Gerundā & Barcinonam. Hac ope recreati Besalonenses, sumptis armis cum eo simul proficiscūtur. Quorum virtute fretus Lusitanus, erant enim bellicosi & armis atq; præliis assueti, Turanam oppidum quod aberat à Bisalone passuum milia triginta, cum magnis copiis oppugnatū venit, totūq; oppidum, ne quis effugere posset, obsidione cinxit. Erant autem intus pręter oppidanos Regii equites quadraginta, & oppidi pręfectus, qui dicebatur Baniolus. Hi cum neq; oppidum, neq; seipsos ab hostium machinis, tormentis & oppugnationibus tueri possent, & nulla fugæ spes esset, conditione, vt pecunia redimerentur, sese dederunt. Quibus in deditionem acceptis, elatus ea victoria Lusitanus Bisbalim oppidum versus, quod non longius aberat, exercitū duxit. Cuius oppidi cultores admodum fideles sub Regis imperio constantissime permanentes, aduersus hostes arma parauerant. Et Petro Torellę Regis legato, qui oppido præerat, sese aut Bisbalim patriam defensuros, aut ad vnum mortem propugnando subituros iureiurando cōfirmauerant. Lusitanus autem prope oppidum copias adduxit, & loco ad oppugnandum satis opportuno castra ponit, multis tormentis oppugnat, concussi iam muri disrumpebantur. Et qua tormenta propugnatores submouebant scalis & vineis ascendere conabantur. Regis autē legatus Petrus Torrella milites & oppidanos hortatus in hostes è muris tela saxaq; conicere iubet. Tum omnes fortissime propugnantes hostium nonnullos occidunt, alios in castra reuerti compulerunt. Ex castris tormenta rursus exercent, & ex oppido item tormentis saxa iaciuntur. Interim Petrus Torrella, qui Bisbalis tuendæ curam habebat, nunciū, qui quāto in discrimine versarentur omnes qui oppidum defendebant, Regi denunciaret, properare iussit. Auditoq; nuncio Rex cognitoq; suorum periculo, collectum pro tēpore subsidium obsessis confestim misit. Et Duces qui tum Gerundæ præerant, missis nuncijs huc q̄primū trāsire cū suis copiis imperauit. Hi dicto Regis audientes, omnes equites peditesq; sumptis armis festinare iubent, ac celeriter venientes cū aliis, qui Regio iussu subsidio venerant, se coniungūt. Et in Pobolitano castello, quod à Bisbali passuum milia quinq; aberat, relictis omnibus impedimentis noctu magno silentio pręmisso nuncio, qui oppidanos de aduentu eorū certiores faceret, ad oppidum propius accedunt. In quod nondum orto sole portis reclusis recepti fuere. Lusitanus interea & de illorum aduentu commonitus, & Calafetanę fortunæ memor castra duplici fossa muroq; muniri magnisq; sudibus circumuallari iusserat, Et locis, quib⁹ ad se oppugnadum facultas & opportunitas hostibus esse videbatur, machinas & multatormēta collocauerat. Postero die Regii Duces ex oppido egressi instructas acies habuere. Et si hostes è ca

Manresa ciuitas.

Ampurdania prouincia

Oppidū Besalon.

Baniolus Regis præfectus

Bisbalis oppidum.

Petrus Torella Regis legatus.

Pobolin oppidum.

UVA. BHSC. IyR_186

ſtris exirent expectabant. Quos vbi iam diutius infra vallum ſe continere viderunt, propiꝰ ac cedunt, & in eos irrita tela coniiciunt. Itaq; cum propter munitiones, quas denſiſſimis ſudibꝰ inexpugnabiles confecerant, eos offendere nullo modo potuiſſent, & ipſi illorum tormentis premerentur, inde diſceſſere. Et vt hoſtium vires frangerentur Ampurdanorum partis aduerſæ, qui Luſitanū pecuniis & exercitu iuuabant, omnibus agris & poſſeſſionibus igne ferroq; vaſtatis, in oppidum magna cum præda rediere. Interim Luſitanus oppidum tormentis oppugnat, & turrim, quę firmior erat, continuis & crebris ictibus concuſſam iam diſiecerat. Ex oppido item Regii ſaxa tormentis in hoſtes iaciebāt. Atq; ita pugnātes vtrinq; multi perierūt pluresq; nobiles partim occiſi partim grauiſſime percuſſi cōcidebant. Die toto tormentis pugnatum eſt, noctis tenebræ pugnandi finem fecere. Cæterum Luſitanus potiundi oppido ſpe deſtitutus, timenſq; ne obſeſſus in caſtris, cōmeatu, quē multis ex partibus expectabat, & ſubſidio prohiberetur, de tertia vigilia caſtra mouēs, prima luce ad Pobolim, quam à Biſbali paſſuum milia quinq; abeſſe ſupra demonſtrauimus, cum exercitu puenit. Et iuxta oppidum poſitis caſtris Ceruarienſibus, quorum agros Ferdinandꝰ Regis filius depopulabatur, ſubſidiū miſit. Mox autem cum audiſſet Regis exercitum Biſbali diſceſſiſſe, ſuper montē Rupiam, qui aderat, copias adduxit, ibiq; caſtra ponit. Mōtis non difficilis erat aſcenſus, & ab Oriente planicies, hac venientes equites Regii prælium repente cōmittunt. Acriter vtrinq; pugnatum eſt. Primo prælio pauci cadunt, vulnerati plures fuere. Tandē Luſitani in caſtra ſeſe receperunt, & inſequentes Regios equites redire tormenta coegerunt. Poſt ſolis occaſum omnes in caſtra recepti fuere. Luſitanus nocte ferè tota magno ſilentio pugnæ ſequentis diei ordinem & rationē conſiderans vigilanter inſtituit, vt cum primum illuceſceret Regia caſtra repēte ſubitoq; cum omnibus copiis inuaderet, ita fore ſperans, vt hoſtes ex improuiſo & inopinantes aggrediēs, magno impetu valde perturbaret, & perturbatos ac īpeditos multo facilius opprimeret. Quod conſilium tranſfuga quidam ſiue pœnitentia ductus, ſiue diuinitus, noctu clam è Luſitani caſtris egreſſus Alphonſo Aragoneo, qui ea nocte cum equitibus cētum miſſus à Rege ſuperuenerat, aliiſq; Regis Ducibus aperuit. Alphonſus itaq; Luſitani detecto conſilio tranſfugam in ſuum tabernaculum adduxit, reliquoſq; Regis Duces equiteſq; vocari cōfeſtim iuſſit. Quibꝰ adhibitis quas copias, quot equites & quot pedites Luſitanus haberet à tranſfuga diligentiſſime q̄ſiuit. Is reſpondit in Luſitani caſtris eſſe hominum milia fere quinq;, ex iis equites circiter mille, peditum qui armis erant aſſueti numerum trium milium, denicq; pugnatorum milia quatuor ſe connumeraſſe dicebat. Alphonſus hac re cognita & tranſfuga cuſtodibus honorifice tradito, Duces omnes & cēturiones cōmonet, vt quiſq; cohortis ſuæ milites ad tertiā vſq; vigiliā cōquieſcere ſinat, deinde vero vnūquemq; magno cū ſilentio diligenter in armis eſſe iubeat. Itaq; ſedulo ſuum quiſq; fecit officiū, aliquantoq; maturius q̄ Dux Alphonſus imperauerat intēti ſumptis armis expectabant. Alphonſus autē vbi Regios omnes equites atq; pedites ad pugnandum paratiſſimos eſſe vidit, exercitus quadripharia partitus eſt, vt in hoſtes alii à fronte, alii à lateribus, alii etiam a tergo dato ſigno celeriter impetum facerēt. Vt cum hoſtes in ſua caſtra ſe recipere conarentur, minus facile reuerti poſſent. Itaq; caſtris bipartitis & in medio caſtrorum ad currendum expeditiſſimo loco relicto, quaſi magno vico ciuitatis, Alphonſus ſuos alios ante caſtra vēturis hoſtibus oppoſuit. Ad ſiniſtrā alios, alios ad dexterā cōſiſtere iubet. Ipſe vero poſt caſtra cum ſuis equitibus cōſtitit. Quos autē in fronte caſtrorū aduerſos hoſtibus oppoſuit, monuerat, vt appropinquantibus hoſtibus per media caſtra ſimulata fuga quaſi hoſtium perterriti multitudine, terga vertentes & equis admotis calcaribus celeriter omnes concurrant, & relictis aliquantulum caſtris in hoſtes conuerterentur, fortiſſimeq; pugnarent. Alii ſimul ab vtroq; latere, ſimul à tergo omnes vno tempore penè circumuentos hoſtes opprimerent. Hac itaq; ratione modoq; Regiis exercitibus partitis, cohortibuſq; diſpoſitis, Luſitanus ita vti ſtatuerat, ſuos hortatus, vix expectata luce diei, cum omnibus copiis è caſtris egreſſus repente ſigna canere, & in Alphonſinos equites, qui ante caſtra ſeſe oppoſuerant im-

Oppugnat Luſitanus oppidum.

Mons Rupia

Prælio contē dunt.

Trāſſuga ex Luſitanis uenit ad caſtra Regis.

UVA. BHSC. IyR_186

petum fieri iubet. Omnes ingenti clamore tubarumq; clangore concurrunt. Iis propius accedentibus & pilis penè directis, equites Regii, vt Alphonsus Aragoneus imperauerat, simulato metu sese fugę dederunt. Hos Lusitanos insequentes Regiæ cohortes & à tergo simul & à lateribus inuadunt. Alphonsus Aragoneus cum suis equitibus & cum aliis qui fugam simulauerant, reuertentibus à fronte magnum celeriter in hostes impetū fieri iubens, in hostiū agmen numerosæ multitudinis omnium primus ingressus est. Cuius audita vox & facies aspectu terribilis hostium quidem mentes, qui eum abesse crediderant, maiorem in modum perturbauit atq; impetum viresq; cōpressit. Fortissime tamen ab omnibus ex ortu solis ad horam diei secundam pugnatum est. Vtrinq; prīo p̄lio plures cōcidere. Tandē circiter meridiē Lusitanorum alii laboribus defessi, alii retardati vulneribus, quum iā amplius & solis ardoribus (gestum est enim hoc prælium Nonis Quintilibus) & Regiis militibus adhuc strenue pugnantibus resistere non potuissent, omnes, quos nō vires q̄dē sed mortis poti⁹ metus adiuuabat, relictis castris terga verterunt. Quos diffugientes Regii milites ad vnum quidem vel occidissent vel ad Regem captos adduxissent, nisi & ipsos longissimę pugnæ maximus labor, & solis ardē tissimus ęstus iam defatigatos ab hostium persecutione redire coegissent. Perierunt tamē hoc prelio Lusitanorum equites ducenti & sexaginta, pedites circiter mille, totidemq; capti fuere. Reliquorum pauci sine vulneribus euaserunt. Ex Regiis pauci desiderati, vulnerati vero plures fuerūt. Hoc p̄lio gesto, & audita Lusitanorū strage, plures Ampurdaniæ ꝓuinciæ populi metu pculsi legatos ad Regē Tarraconē miserūt, q dicerēt sese in officio semp & obsequio pmansisse, neq; Lusitanū vnq̄ iuuisse, neq; cū aliis obstinatis cōiurasse, sese omni tēpore ad oīa quę Rex imperaret q̄paratissimos esse semperq; fuisse dixerunt. Obsecratum nunc oratumq; Regiam maiestatem venisse, vt bonis eorum seq; ipsis vti vellet. Hos Rex & libenter audiuit, & eorum voluntatem sibi pergratam fuisse significauit. Eisq; literas ad filium Alphonsum Aragoneum dedit, quibus eum rogabat vt bonos viros omnes q̄ commendatissimos haberet, plurimi faceret, & magnis honoribus afficeret. Alphonsus Aragoneus interea nuncios de prędio gesto decq; captiuis ad Regem miserat, & copiis in castra reductis, dum sepelirentur occisi, vulneratos magna cura diligentiaq; curabat. Rex vbi deuictis hostibus & Alphonsi victoria ex nunciis accepit, Tarracone discedens Ceruariam versus cū paucis equitib⁹ ꝓficiscitur. Hic Ferdinandus Regis filius, vti supra demonstrauimus, agros Ceruariēsium populabatur. Huc Rex & Alphonsum filium cum copiis omnibus, quas secum habebat, venire iubet. Quo etiā Regina, quæ Videconates, qui à Dertosa quatuor fere passuum milia distāt, obsidione premebat, Regis nunciis accersita cum multis equitibus & peditum septem cohortibus venit. Cum omnes vndiq; conuenissent, Rex oppugnare Ceruariam statuit. Cęterum propter magnā oppugnandi oppidi difficultatē Rex magnum tormentorum numerum multasq; machinas parari conferriq; iubet. Est enim oppidum non minus opere, q̄ loci natura munitum, in accliui colle sitū muris ac turribus egregie cinctum. Dum itaq; iussu Regis machinę & tormenta parantur & conferuntur, Alphonsus Aragoneus Equalatum oppidum, quod abest à Ceruaria milia passuum circiter septēdecim, cum equitibus centū & quinquaginta totidemq; peditib⁹ peropportune profectus est. Erant enim in hoc oppido duę factiones, alii quippe recluſis portis ingenti tumultu Regem, alii Lusitanum expectabant. Cū igitur Alphonsus oppugnare oppidū cœpisset, Regię factionis oppidani statim magno clamore Regem appellāt, ac per vicos cum diuersæ factionis oppidanis, qui portas Alphonso venienti clauserāt, acriter pugnare cœpere. Quod cum audisset Alphonsus equo descendens ipse scalas oppidi muris apposuit, & suorum militum alios muros ascendere, portas alios perfringere iubet. Dum milites Alphonsi iussa peragunt, in oppido toto non à viris modo, sed à mulieribus etiam aliis de feneſtris lapides in hostes deicientibus, aliis gladiis telisq; per vicos pugnantes maritos adiuuantibus, acriter & ingenti clamore pugnatur. Alii quippe Regem, alii Lusitanum Barcinonemq; nomina bant. Portis tandem perfractis ac diuulsis Alphonsus cum equitibus ingreditur. Quē hostes

Prælium magnum.

Occisorum equitum numerus.

Ex multis oppidis legati ueniunt ad Regem.

Rex ex Tarracone Ceruariā uenit.

Oppidum Equalatum & in eo res gestæ.

UVA. BHSC. IyR_186

cum vidissent magno timore perterriti, celeriter domum suam se quisq; recepit. Vbi cum se tu tari minus possent, Regis & Alphonsi nomen magna voce vocauerũt. Quibus Alphonsus ve niam petentibus facile pepercit, mulieribus præsertim, quæ miserabile flẽtes & sparsis crinib⁹ eius pedes osculabantur. quas nemo quidem mortalis, nisi penitus humanitatis & rationis ex pers, sine lachrymis vel audire vel cernere potuisset. Alię enim maritos multis grauibusq; con fectos vulneribus domũ egerrime reducebant, interfectos aliæ tabulis impositos ferebant, alię viscera membraq; sparsa colligebant, nonnullæ sua ipsę vulnera patiebantur. Frangebant prę terea hominum mentes & omnibus lachrymas excutiebant puerorum ac puellarum miserabi les questus. Prouocabant etiã lachrymas & maximos fletus vici, ianuæ, parietes humano cru ore madentes. Alphonsus itaq; hostes non solum impune dimisit, sed etiam commotus huma nitate multis verbis consolari conatus est. Aliis quoq;, qui cæteris coniuratis in fide permanẽ tes maximum fidelitatis argumentum & ingentem virtutem præ se tulerant, non immerito quidem gratias egit. Cæterum qui ceciderant sepultis, postero die Ceruariam ad Regem pro pere rediit. Rex interea Ceruariam multis tormentis oppugnat. Cuius muros ac turres indies minores tormenta faciebant. Ceruarienses Lusitani copias & subsidium expectantes, multis diebus é muris & propugnaculis oppidum maximis laboribus summisq; periculis tutari co nabant. Sed diuturna oppugnatione iam defessi, cum quati muros assiduis tormentorum ict bus & labare turres vidissent, & vrgente fame coacti ac spe subsidii penitus destituti, Regi con ditione sese dedere, vt in pristina fide ac libertate manerent. Rex conditionem non renuit, quip pe qui hostium pœnitentiam q̃ pœnam malebat. Portis igit̃ reclusis Alphonsum Aragone um cum multis equitibus in oppidum prę mittit, quem Regina & Ferdinandus princeps cũ primis Ducibus consequuntur. Ipse multis relictis in castris equitibus paucis comitatus ingre diens oppidanis & veniam petentibus facile concessit, & dexteram omnibus osculandam prę buit. Cumq; plures oppidanorum inedia longaq; fame confectos oris squallore notasset, atq; pueros esurientes non sine lachrymis á parẽtibus panem miserrime petentes audisset, humani

Multa genera panis. tate permotus q̃ primum molita cibaria ex castris afferri iussit, allatumq; panem varii generis id est militarem, speusticium hoc est subito confectum, nauticum, qui & bis coctus dicitur, fo cacium & cinericium viritim diuisit. Paucos hic dies Rex commorat⁹, oppido Ioannem Car casonam præfecit, quem & dum viueret arcem oppidi cũ iuribus & omni censu donauit. Hinc cum omnibus copiis oppidum Pratarum versus, quo Lusitanus ab Alphõso Aragoneo pro fligatus suarum copiarum reliquias adduxerat, proficiscitur. Quod vbi Lusitanus intellexit oppido deserto Barcinonem celeriter se recepit. Rex acceptis in deditionem Pratẽsibus, dum

Oppidũ Redona. Lusitanum persequitur ex itinere oppidum Redonam, quod distat á Tarracone passuum mi lia septẽdecim, aggressus est. Biduoq; oppugnatum simul cum arce, quæ cõcussa tormentis ca sum minari cœperat, in deditionem accepit. Hac ita re gesta omnes diœcesani Tarraconenses

Sanctæ Cruces. atq; Bernardini religiosi, qui diuo Bernardo templum dicatum, quod Sanctas Cruces appel lant, incolunt, ad Regem pacem & veniam petentes vndiq; nec sine muneribus conuenerunt. Quibus clementer acceptis & huius prouincię populis in potestatem redactis, Rex Ferdinan dum principem & Alphonsum Aragoneum alioscq; Duces cum exercitu Dertosam versus p̃ mittit. Quæ ciuitas ripę amnis Iberi appositа Orientẽ versus a Tarracone passuũ milia quin quaginta, remota est. Hos cum Regina reliquisq; Ducibus atq; magno equitum numero in flu

Ampostanũ Castellum. minis ripa commorantes apud Ampostam die quarto cõsecutus est. Quod oppidum in eius dem amnis altera ripa situm est, inter Dertosam & Cæltibericum mare, distatq; ab vtroq; lo co spacio ferè stadiorum quadraginta. Hic Regis copias aliquot dies amnis Iberus commora

Iber⁹ amnis. tus est. Qui ex Cantabriæ montibus oriens, etsi modico fonte, largissimo tamen tractu fluẽs totaq; Cæltiberorum prouincia lapsus, prius q̃ Cæsarauguste mœnia, vbi longo ponte transi itur, abluat, Salonem amnem & plures alios ad se recipit. Hinc etiam ad Dertosam prę ter Gal licum alioscq; minores Singam atq; Sycorim magnos amnes admittit. Tunc etiam pluuialibus aquis

UVA. BHSC. IyR_186

aquis & hybernis imbribus auctus ex vtraq; ripa campos inundauerat. Nullis igitur vadis repertis ad Cæsarauguſtæ pontem, qui diſtat ab Ampoſta paſſuum milia centū & quinquaginta, Rex exercitum ducere longū nimis atq; laborioſum exiſtimans, ratibus ex tēpore factis & cōnexis inuicem trabibus, paucis diebus exercitum traduxit. Plures tamen & fortiores equi, quos in ſcaphas ingredi cogere non potuere, celeriter amnem tranauerūt. Hos tamen artis nauticę peritiores ecymbis, longis habenis funibuſq; præeuntes ad alteram ripam fluminis tra ducebant. Omnibus tandē traductis copiis, Rex, qui apud Ampoſtā faciliores acceſſus & propinqua loca cognoſcerent, & cōmodum caſtris locum diligenter eligerent, miſit. Hi locis omnibus vndiq; prudenter inſpectis, & quibus tutius caſtra locari poſſent, electis, ad Regem reuerſi locorum ſitus & vbi caſtra commodius eſſe poſſent oſtenderunt. Tū Rex inſtructas acies ad locum, quem apud oppidum elegerant, adduxit, ibiq; poſitis caſtris, locis opportunis tormenta diſponit. Cęterum & acceſſus ad oppidum propter flumen & proximas ſiluas difficilis erat, & oppugnandi ſumma difficultas. Quæ quidem res ſpem nullam victoriæ potiēdiq; oppido Regiis equitibus dabat. Nam oppidum vel loci natura vel hominū induſtria munitum, ſic ſe habet. Situm eſt, ut ſupra demonſtrauimus, in ripa fluminis, cuius partes ferè duas orientem verſus Iberus amnis circumfluit. Tertia vero pars, quæ ad occaſum ſpectat, ex amne ab vtroq; latere duplici foſſa valloq; validiſſime cingitur. In medio porta tum arte tum etiā ædificio maximo valde munita, cū ponte ligneo, mobili tamen penduloq;, vt pro tempore cuſtodumq; voluntate demitti tolliq; facile citoq; poſſet. Et vterq; locus, vbi muri foſſęq; flumini coniunguntur, duabus oppoſitis arcibus tutiſſimus. Arces quoq; vix expugnabiles, quarum fundamenta nō in primo mobiliq; ſolo, ſed in imis latomiis, hoc eſt lapidicinis facta firmaq; conſurgunt. Hac igitur animaduerſa munitione, Rex machinis & tormentis omnibus tripartitis oppidi portam & vtrāq; arcem die noctuq; acriter & inceſſanter oppugnari iubet. Cæterū iuſſu Regis oppugnātibus pręter magnas oppidi munitiones & propugnātes hoſtes, magno quoq; anni tempus erat impedimento. Hyems enim horrida ſęuiebat magnis & aſſiduis imbribus. Tanta enim illius hyemis magnitudo fuit, vt ingēs variuſq; ſerpentum numerus acq; frigoribus, è proximis ſiluis & montibus egreſſus ad ſtationes & caſtra repſerit. Serpentes aūt quāuis admirabilis magnitudinis, innoxii tamen in caſtris oppreſſi nimio frigore inter homines verſabantur. Lupi quoq; gregatim milites è caſtris non procul egreſſos ſæpius inuaſere. Multorū præterea fontiū, quib? milites in caſtris vtebant, aquæ paludis & lacuū, qui aderant exhalatione corruptiſq; vaporibus infectę, nōnullis nobilibus inopinatę mortis cauſa fuere. Poſtremo perhorrenda vox & humanæ perſimilis noctibus ferè ſingulis audiri, quæ nihil pter horrorem mœſticiāq; portendens, magnum quidē timorem viris etiā fortiſſimis incutiebat, adeo vt ſtrenuiſſim? quiſq; metu perterritus nō niſi de diſceſſu cogitauerit. Omnesq; diſceſſiſſent omnino, niſi vel pudor, vel virtus, quę cum timore pugnabat, vel Regis autoritas & aſpectus eos retinuiſſet. Cæterum cum diutius magna pericula, ſum mos labores, vim imbrium, & perhorrendam temporis ſæuitiam toleraſſent, demum longa vigilia & oppugnatione defeſſi nōnulliq; propugnantium telis percuſſi, iam minus ſtrennue nec ſuo more ſolitaq; fortitudine oppugnare oppidum muroſq; tormentis ferire videbantur. Eorumq; multi fronte, nonnulli verbis, in caſtris & oppugnatione ſeſe non ſponte manere ſignificabant. Plures præterea ſe quamprimum diſceſſuros aperte dixere. Quod quum Rex animaduertiſſet, omnes ad ſe conuocatos huiuſmodi verbis alloquitur. Quoties ego res à vobis multis in locis animoſe ſtrenueq; geſtas hacten? memoria repetere ſolebā, fidiſſimi milites, q̄ties & inſignes victorias vobis partas animo cōplexus ſum, quoties deniq; fortitudinem veſtram & facta præclara, quibus certe vos immortales fore cernebam, mecum cōſiderare ſolebam, magnitudinem quidem veſtrę virtutis admiratus, eos eſſe vobis animos, eas virtutis flammas, eos laudis amores, mihi ſine dubio perſuaſeram, quibus non hoſtis vllus, non vlla periculi magnitudo, non labor extremus, non deniq; mors ipſa timori eſſe vnq; poſſet. Quā quidem opinionem mihi de vir

Ampoſtæ deſcriptio.

Latomia. i. lapidicina.

Serpentes ad caſtra repſerunt.

Luporū multitudo.

Vox noctu audita.

Oratio Regis ad milites.

UVA. BHSC. IyR_186

tute vestra q̄ rectissime susceptam cū alia permulta, tum etiā hoc vnum periculū, quod nuper fecimus, confirmabat, cū perpauci numero Bellagueram, quæ nobis venientibus portas clauserat, vobis audentibus ingressi sumus, atq; numerosam ferocemq; hostiū multitudinē virtute vestra facile compressimus. Verū enimuero nescio quæ res hoc tempore vestros adhuc inuictos animos percusserit, vos enim non hostes profecto, nam hostes timendi causa non est, sed fugere labores & temporis sæuitiæ cedere, quod nunc̄ futurum speraui, vehementer admiratus, ne frontibus quidem vestris negantibus animaduerto. Nam & oppugnationis retardatio & nonnullorum facies q̄ fractas & à castris alienas mentes habeatis ostendunt. Quā ob rē vos ego milites non accusandi quidem, sed monendi gratia vocaui, pro vestra erga me fide proq; meo in vos liberosq; vestros amore rogaturus, ne vestras insignes laudes, ne virtutes immortales, ne rerum gestarum famam, qua cunctos mortales exceditis, nē victoriarum memoriam, ne vitam sine labe sine vllo dedecore actam, nunc paucorum dierum laboris impatientia deformari patiamini. Hic enim labor, qui perbreuis est & iam finitus, à vobis quidem q̄ primum recedet, & vestræ virtutis nomen æternum & clarum semper in posterum summis laudibus efferetur. Nam per Deum immortalem quid nobis laboris superest? Non ne hostes omnes compressimus? Scimus milites, homines qui sunt in Amposta tum nostra oppugnatione, tum inedia & rerum omnium penuria coactos in nostram propediem potestatem esse venturos. Qui etsi rebus omnibus abundarent, nostram tamen obsidionem diutius ferre non possent. Derto sanorum quoq; legatos ad nos de deditione missos in itinere esse mihi iam nunciatum est. Barcinonenses præterea, qui soli ferè debellandi supersunt, extrema laborantes egestate cōsumptis eorum opibus, fame iam & rerum omnium inopia compulsos & subsidii spe penitus destitutos atq; suorum errorum pœnitentia ductos, nō solum de deditione, sed de prærūpendis etiā ciuitatis muris, vt nos, si voluerimus, alto curru triumphantes excipiant, statuisse cōpertū habeo. Quare vos ego rogo milites moneoq;, nā præcipere vobis nihil debeo, vt animos mihi vestros non infractos, vultus nō demissos, sed fortitudinis & alacritatis plenos, vt consueuistis semper, ostēdatis. Non ignoro milites vos honoris & amoris mei causa multa pericula & magnos labores pertulisse. Sed nunc scire debetis nostros iam labores omnes exhaustos. Ad belli quippe finem & peroptatam de hostibus victoriā peruenimus. Nolite igit̄ imitari segnes agricolas, qui suorum laborum præmia & iam maturos fructus aliis per ignauiā & desidiam relinquunt. Erigite igitur animos vestros, optimi viri, & in sceleratos hostes, qui nostrorū laborū causa fuere, totis viribus solitaq; fortitudine vestra consurgite. Hic enim nobis labor extremus qui omnibus vestris laboribus addit⁹, vobis certe quietem, vobis ad domos vestras, ad cōiuges, ad liberos reditum conficiet. Hic denicq; vobis magnā lætitiam, vestrisq; posteris ingentē gloriam afferet. Quod si vel audita, vox vel serpētum multitudo, quasi mali quidq̄ futuri portendant, timorem vobis incutiunt, quis est tam rationis expers, qui vocem, quam singulis nostibus audimus, hominis esse non sentiat? Atq; eius quidem hominis, qui propter metum qui escere non potest, sicuti pertimidi canes, qui nocte acti formidine vel latrant continue vel ululant. Serpentes autem sunt natura frigidiores, propterea q̄ terrā, quę frigidissima est, toto corpore contingunt. Ideoq; si vrgente frigore homines adesse sentiunt, ad eos natura duce confugiunt, vt calefiant. Vox vero, quam noctu percipimus, si diuinitus est emissa, quid aliud præcipere vel monere debet, nisi vt hostes suorum errorum pœniteat? Qui & si sui Regis amorem contempserit, DEI tamen Omnipotentis iusticiam timere velint. Aduentus præterea serpentum, qui nostra in castra repserunt, & innoxii nobiscum degunt, si nobis antiquorum more liceret ominari, quid portenderet, nisi hostes necessitate coactos & nostræ clementiæ spe permotos in deditionem esse venturos? Sed ego milites hæc locutus sum, non vt eos, qui propter id à me iam discedere volunt, amoto metu securos in castris retineam, nam si quis hoc metuit, quod nocere non potest, multo qdē magis hostes timebit armatos. Discedāt igit̄ omnes, si velint, apud quos plus met⁹ potest, q̄ virtus. Ego enim scio mihi milites & fortes viros nō

UVA. BHSC. IyR_186

defuturos. Non enim me deserent fidelissimi proceres vel Hispani vel Siculi in Ampostæ oppugnatione, quæ perbreuis est & iam finita, qui mecum & cum fratribus meis in obsidione Neapolis continuos viginti annorum labores & quæcūq; mortales & viri fortes pati possunt pertulerunt. Et qui multis aliis in locis, vt sibi virtutis famam & laudis gloriam quererent, nō dicam maximos labores & quæcunq; pericula, sed ne mortem quidem vnq; timuerunt. Quibus ego & hactenus quoad potui satisfeci, & deinceps Deo iuuāte, multo melius satisfacturus sum. Ignauos vero qui neq; labores ferre possunt, neq; virtutis prēmia cognoscunt, non vt me sequantur, ad virtutes & laudes hortari volui, sed vt Ducis officio fungar. Qui tamen si virtutis amore deinceps laborem ocio prętulerint, apud me non minus quidem, q̄ cæteri, quos charissimos habeo, valebunt. Hoc sermone Regis habito, milites obortis lachrymis gemitus continere vix poterant. Tum Scipio natione Siculus, cui Patella cognomen erat, quam de Siculis, inquit, qui tibi nunc militant Rex fiduciam habes, ea profecto te nunquam fallet. Ego enim noui tum Siculorum, tum Aragonum omnium erga te voluntates, qui nō modo hic te non deserent, sed hoc etiam peracto bello, quocunq; iusseris, ire q̄ paratissimi sunt. Quin eundem esse reliquis omnibus animū dubitare qdē non possum. Nā quis est tam laboris impatiens, quis tam sui honoris oblitus, quis tam virtutis & officii militaris immemor, vt in fine iā bellorum Regem suum deserere turpiter audeat? Cum præsertim quisq; non magis imperio Regis, q̄ ex vsu suo bellum gerat. Omnes enim hoc bello confecto & deuictis hostibus cum honore cum Rege victore, cum gloria, ad lares nostros, ad coniuges, ad liberos, ad propinquos & amicos victoriam & nostrorum prēmia laborum referentes alacres reuertemur. Nūc autem quis adeo vel impudens vel imbellis vel ignauus est, qui Rege deserto in patriā ad vxorem & liberos proficiscatur? Exibunt enim obuiam redeunti, q̄uis desertori conciues et amici lætantes, quid de suo Rege scisitantibus respondebit? Vel quo animo, quibus oculis in posterum commilitones & Regem suum, quem bellū adhuc gerentem crudeliter in castris & oppugnatione deseruit, aspiciet? Quapropter, inuictissime Rex, ipse quidē, qui tuorum militum animos iam pluribus annis expertus sum, & si labor maximus & temporis sęuitia nonnullorū vires perfregit, me tamen vadem Regiæ tuæ maiestati præbeo, eorum honori tuo neminem vnq; defuturum, neminem discessurum ab officio, pro omnibus me tibi sponsorem offero. Quidquid enim de meipso polliceri possum, de omnibus quidem aliis affirmare non vereor. Suum quippe Regem illi non relinquent, qui me & fratrem meum Franciscum Patellam cæteroscq; proceres non solum militaribus officiis & honoribus, sed etiam laboribus & periculis anteire contendunt. Quare fortissime princeps, eorum militum, qui te nondum finito bello deseruerint, non solum culpam, verumetiam pœnas omnes ego p̄stabo. Quod si nostra nunc oppugnatio virtusq; militaris tibi fortasse non tam vehemens, q̄ superioribus diebus videt, hoc quidem non est magnopere mirandum, nam etsi locorum difficultas, si labor assiduus, & temporis importunitas nostras minuere vires potuerunt, frangere tamen animos & volūtates mutare non valebunt. Hęc locutus oculos ad concionem militumq; coronā conuertit, & exercitus omnis statim Regem conspiciens dextris elatis quæ Scipio dixisset alacer comprobauit. Rex autem Scipionis verba sibi non ingrata fuisse serenitate vultus ostendit. Siquidem irā & sollicitudinem, quam paulo ante loquendo prę se tulerat, in lenitatem manifestamq; lętitiā cōmutans, omnes circumspicies amore, verbisq; non minus paternis, q̄ Regiis vel humane vel honorifice collaudauit. Concilioq; dimisso, quicquid alimoniæ tunc & cōmeatus habebat in castris, conferri iubet. Allatumq; per stationes incedēs ipse viritim diuisit. Mox Duces omnes & complures milites alacriter dexteram Regis osculati magno pugnandi studio accensi festinato certatimq; machinas cōmutant, & maiora tormenta p opportuniora loca disponūt, quibus expugnari facilio oppidū posset. Qua re pfecta, Rex oppugnādi formā & ordinē, quē Duces scite cōsiderauerāt, cōprobans, vt cuiusq; virtutē magis accēderet, certū cuiq; locū descripsit, & quā vnusquisq; oppidi partē tormentis oppugnare deberet, p̄mōstrauit. Vt cū caperet op-

Verba Scipionis ad Regē.

UVA. BHSC. IyR_186

pidum qui primi expugnationis autores fuissent scire posset. Ex arcib⁹ igitur alteram Pucci⁹ Montesæ militiæ ordinis prefectus, alteram Scipio Patella Siculus, oppugnandum suscepit, alii portam. Villamarinus etiam & Aluarus Naua cum quatriremibus, vt ex vtraq; parte fluminis, vel turres tormentis, vel muros oppidi ferirent. Assignatis itaq; locis & omnibus fortiter oppugnare cupientibus, quoniam tum sol inclinabat in vesperam, Rex hanc in posterum diem oppugnationem distulit. Et milites, quo fortiores ad opus mane consurgerent, vt laboribus abstinerent, & noctem ferè totam conquiescerēt, imperauit. Ipse quoq; deinde filio suo Ioanne Aragoneo & Tarraconensi Præsule, vt castrorum vigiles requirerent, & ad lustrandas diligenter stationes frequenter excitarent, præmonitis, quieti somnoq; cœnatus indulsit. Cæterum hostes interim oppugnatione cessante nimis insolenter exultabant. Existimantes Regē cum exercitu iam oppidi & victorię desperatione discessurum. Rex tamen de tertia vigilia Duces et omnes milites in armis esse iussit. Et paulo ante solis exortum vndiq; signo dato magnis militum clamoribus & tubarum sonitu in omnis ferè oppidi partes maiora minoraq; tormēta iaciuntur. Hostes autem ex turribus & eminentioribus locis armis & tormentis vti, propugnare minus facile poterant. Propterea q; illorum ex alto iacta tormēta neq; castra Regis, quæ locis imis posita erant, neq; pugnantes milites attingebant. Hoc itaq; cum animaduertissent, tormentis dimissis, ingentia saxa manibus demittere cœperunt. Quæ cum suo impulsa pondere ad planitiem vsq; deuoluerentur, ad oppugnantes deficiente motu non perueniebant. Suos nominatim Rex oppugnantes vrget hortaturq;, & recentiores defessis succedere iubet. Ita biduo vel incessanter acriter omnibus tormentis & militum viribus oppugnatum est. Tertio die præcipua oppidi turris multis crebrisq; tormentorum ictibus concussa ingenti fragore neq; sine magnis oppugnantium vocibus preceps ex alto ad flumen penè tota corruit. Cuius casu repente maximus hostes timor inuasit. Et Regiis militibus auctus est animus, ac spes & alacritas omnibus oppidi capiendi maior accessit. Nam eorum qui erant in arce, quæ cecidit, aliis oppressis & obrutis & ruina peremptis, aliis cedentibus & perterritis, statim Franciscus Patella & Roccabertinus cum pluribus Siculis & Aragonibus oppidi vallum fossamq; transierunt, & qua turris lapsus accessum præbebat arcem ingressi tormentis & multis hostium rebus potiti, magno clamore signa Regis extulerunt. Quibus inspectis, & Regis hortatione milites omnes, qui propinquiores erant, subsecuti celeriter oppidum ingrediuntur. Rex ad eos hortandum, qui portam oppugnabant, occurrit. Interim plures ingressi milites, eos qui portam defendebant, telis paruulisq; tormentis, quę vulgo Spingardę dicuntur, à tergo vulnerabant. Quorum aliis occisis, aliis diffugientibus, captam portam recludunt, & ponte, qui sublatus ab oppidanis fuerat, demisso, Rex multis equitibus & peditibus comitatus ingreditur. Oppidi præfectus interea, cui Planella nomen erat, & cum eo quinquaginta milites, in arcem diui Ioannis templi, quod erat proximum, sese receperant. Hinc veniam & misericordiam supplices petentes, omnium Dertosanorum deditionem Regi pollicebantur. Rex eorum precibus & mulierum, quę pedes eius flentes osculabantur, lachrymis suaq; clementia commotus, de paucis exacto supplicio, cęteris facile pepercit. Hic autem paucis diebus propter militum fatigationem commoratus, mox rebus, quæ necessariæ erant, comparatis, cū exercitu multisq; balearibus, qui commeatus & subsidium ferentes cum septem nauibus paulo ante superuenerant, Dertosam versus proficiscitur, Alphonso tamen Aragoneo cum equitibus quingentis et duobus milibus peditum præmisso, qui Dertosanorum agros igne ferroq; vastaret. Quod quum Dertosæ ciues resciissent, appropinquanti Regi festinato quadraginta legatos primos totius ciuitatis obuiam miserunt. Quos cum eo ad hunc modum locutos accepimus. Nulla coacti necessitate, nullo timore compulsi, sed duntaxat ratione commoti, excellentissime Princeps, ad te venimus. Tuus exercitus nostros agros, prędia, vineas, hortos, segetes, arbores, præter hominum mores im maniſſime populantur. Nulla virtute, nullis precibus hominum vincuntur, nullo deniq; Dei timore cohibentur. O Rex quis furor hic? Quid sibi vult tanta

Ampostæ oppugnatio.

Ampostæ capitur.

Planella castelli ꝓfecti.

Dertosanorū legati ad Regem.

UVA. BHSC. IyR_186

crudelitas? Tu ne sæuitiam hāc ferre potes? Nimirum quidem recens de Ampostanis victoria tuos milites extulit, ideoq; Dertosanorum pacem contemnunt, quam si deinceps iam nostris depopulatis agris, ne concessis quidem, quas volebamus conditionibus, petāt, minus assequē tur. Inter Ampostam enim quotum oppidum & Dertosam magnam locupletemq; ciuitatē plurimum interest. Quare si tuas Ampostа vires tam diu detinuit, quæ nā tibi de victoria Der tosanorum spes habenda est? Contra nos igitur tui milites vires nostras experiri nolint. Siquidem fortuna, cuius incerti sunt euentus, mutabilis variaq; sæpius esse consueuit. Fama quoq; magni Ducis & victoris exercitus absens quidem magis, q̄ præsens terribilis est. Et nonnunquam deuicto qui timebatur, eius qui timebat gloria certe multo maior efficitur. Pręterea qui pluries belli casus experiuntur, etsi sæpe victoriam consequuntur, eos tamen quandoq; defessa fortuna destituit. Reuoca igitur ab agrorum nostrorum vastationibus milites tuos, neq; vlterius ipse progredi velis. Bonum quippe consilium etiamsi detur ab hoste, negligendum non est. Agrorū nostrorum vastationes etsi nobis plurimum damni, tibi tamen tuisq; militibus nihil vtilitatis afferunt. Nos autem cum reliquos, qui à te defecerunt, populos tuo sub imperio constitutos esse nouerimus, tibi quidem libentissime seruiemus, obsequiumq; fidelissime præstabimus, quod tuæ maiestati vel ex hoc die non solum pollicemur, sed etiam iureiurando confirmamus. Ex hoc sermone Rex & timere Dertosanos, & animos improbos habere facile cognouit. Ideoq; se melioribus populis dignum esse legatis respondit. Dertosani ciues an parere suo Regi, an ei⁹ experiri iusticiā malint stati eligāt. Hoc respōso accepto legati discesserūt. *Responsum Regis.*

Qui cum Regis voluntatem verbaq; ciuitati retulissent, ad eum postero die reuersi Dertosæ ciues Regi fidem & obsequium pręstare q̄ paratissimos esse dixerunt, si prius tamen conditiones, quas ferebant, obtinerent. Rex autem etsi dolosos illorum animos prauaq; consilia moleste ferebat, suam tamen iram temperans quasi subridens, haud inquit ego Dertosanorum Rex essem, si iniustis eorum petitionibus & voluntati parerem. Scire se Dertosanos ea quæ virtute non fecerint, quam primum metu coactos esse facturos. Qui si forte suę ciuitatis vel magnitudine vel munitione confiderent, quod expugnari non possent, propterea q̄ Amposta serius capta fuisset, eorum opinionem esse falsam. Nam q̄uis illud oppidum vel natura vel arte munitissimum erat, captum tamen fuisse, etsi sero, non tamen munitionibus suis & propugnatorum viribus, sed exactæ potius hyemis intēperie, quæ nostros exercitus ab oppugnatione diutius abstinere coegit, & ex Idibus Nouembris ad Martias Nonas ex tentoriis egredi prohibuit. Cæterum mox imbrium cessante sæuitia oppidum nostrorum militum fortitudine biduo expugnatum fuisse. Hæc cum dixisset, legatis dimissis & Alphonso Aragoneo cum exercitu, quem secum duxerat, ab agrorum vastatione reuocato, mox ordinibus instructis, & præmissis qui locum castris eligerent, ciuitati propius accessit, & iuxta pontem castra posuit. Hic enim locus commodiorem præbebat oppugnandi facultatem. Nam reliquas Dertosæ partes *Dertosæ descriptio.*

gemini colles & amnis Iberus vndiq; cingebant, & in altero colle castellum fossa valloq; valde munitum. Quod, vt multorum fert opinio, Romani quondam Duce Iulio Cæsare condidere. Ciuitatis mœnia vel loci natura, vel ædificiis egregie muniuntur. Pons erat ligneus, magnis trabibus & tabulis latioribus contextus, atq; suppositis nauibus clauis ferreis confixus, qui pro tempore cum ipso flumine deficientibus aquis deprimitur, & crescentibus attollitur. In extremis autem partibus faciles aditus & egressus præbebat iter magnis lapidibus stratū, quod ab vtraq; parte in fluminis ripas desinit, vbi geminę turres amplaq; ædificia cōsurgūt, quibus ligneī pontis extrema naueśq; coniunguntur, & anulis ferreis magnisq; catenis connectuntur. Dertosani autem, quo vel facilius exercere tormenta, vel expeditius egredi reuertiq; possent in ciuitatem, suburbia & quęcunq; domus extra muros ciuitatis erant, diruerant, solocq; adæquauerant. Quæ res etiam Regis oppugnatoribus non parum expediebat. His em̄ collapsis ædificiis multo commodius in mœnia ciuitatis tormenta iaciebantur. Rex interim, vt tormentorum præfecti tutius oppugnarent, & minus ab hostium tormentis offendi *Dertosa Romanorū op⁹ Descriptio pontis.* *Regis industria.*

UVA. BHSC. IyR_186

possent, a frõte castrorum latitudine pedum viginti, & altitudine totidem vallum prima nocte confecit, foraminibus tamen relictis, vbi tormenta, quibus oppugnanda ciuitas erat, exponerentur, vallocꝫ recenti, quo propugnantiũ securius ictus exciperẽt, effossa terra magnos aggeres apposuit. Quibus instructis operibus mane ciuitatem maioribus tormẽtis acriter oppugnari iubet. Hostes è muris itẽ propugnantes sua tormenta iaciebant. Ita tormentis vtrinꝫ per dies quinꝫ pugnatum est. Quibus ex Regiis equitibus Alphonsus Gastonius & nonnulli milites, qui vallum transierant, pluresꝫ ciuium percussi ceciderunt. Quo genere certaminis plures quidem crudeliter vtriusꝫ partis occubuissent, nisi tam sæuis oppugnationibus initis cẽdibusꝫ nefandis diuinitus obuiatum fuisset. Tempus enim sub idem Petrus Lusitanus, quẽ sibi Regem Barcinonenses, quemadmodum supra demonstrauimus, elegerant, cum ex Granoli oppido, quod viginti milia passuum distat à Barcinone, parato iam subsidio, Dertosam versus proficisci vellet, subito morbo correptus breui nec sine magna multorum admiratione diem suum clausit. Cuius auditus obitus cunctis hostibus, & præcipue Dertosanis magnæ quidem tristiciæ magniꝫ timoris, nec minoris dissensionis causa fuit. Qui vel illius morte cõsternati, vel subsidii spe destituti, vel acri militum Regis oppugnatione, qui crebris tormentorum ictibus validos ciuitatis muros iam prorumpere cœperant, pontiꝫ flammas iniecerant, perturbati supplices a Rege colloquium petierunt. Quo impetrato legati cum venissent, oscu landam Regis dexteram veniamꝫ nec sine multis lachrymis petentes, ei nomine totius ciuitatis obsequium simul & claues obtulerunt. Quibus benigne susceptis continuo Rex in ciuitatem Ioannem Aragoneum & Archiepiscopum Tarraconensem cum ducentis equitibus magnoꝫ peditum numero præmisit. Ipse postero die cum reliquis ducibus et ingenti armatorũ multitudine iam ciuibus attonitis ingressus est. Reconciliatis autẽ & obsequentibus Regi Dertosanis Lusitanoꝫ mortuo magna inter Barcinonenses dissensio magnumꝫ certamen, quod in multitudine sine duce viuenti plærumꝫ accidit, ortum est. Lusitani enim peractis exequiis Barcinonensium alii nouum Regem eligere, alii libertatem asserere, nonnulli ad pristinum Regem, à quo temere defecerant, redire cupiebant. Tandem vincentibus improbis Raineriũ quẽ dam, vel vt alii dicunt, Raenatum nomine, natione Gallum tunc Massilienſium principem sibi Regem optauerunt. Hic autem Rex electus & per legatos accitus q̃, sit omnium ferè mortalium ad dominandum pronus animus ostendit. Nam etsi iam senex & Aragoniæ Regis amicus erat filioꝫ carebat, alieni tamen Regni cupiditate commotus Ioannem nepotem suum Andigauensium Ducem cum copiis, quas ex tempore coegit, in Hispaniam confestim præmittere statuit, exorato tamen prius Rege Gallorum, quem ipse consanguinitatis gradu contingebat, vt illius voluntate per suos fines eius exercitus tuto transire posset. Dux itaꝫ Ioannes per Galliam ducens exercitum, ac iuueniliter exultans continuis itineribus paucis diebus in Hispaniã peruenit. Et transactis montibus Pyreneis apud Manresam ciuitatem, quam supra demonstrauimus, cum magnis Gothalanorum copiis se coniunxit. Quorum aduentu Barcinonenses cæteriꝫ Gothalani coniurati, qui post Lusitani mortem Dertosanorumꝫ deditionem Regis Ioannis, à quo imprudenter defecerant, iram iusticiamꝫ pertimescebant, animoꝫ dimisso iam cecidisse videbantur, elati magno gaudio sese totius Hispaniæ citerioris principatu potiri posse sperabant. Ideoꝫ nouum Ducem sequentes, primum multis Ruscinonensis prouinciæ populis, qui nondum a Rege defecerant, vt rebellarent persuaserunt. Deinde copiis auctis ad oppugnandam Gerundam ciuitatem, quam frumento prȩsidioꝫ carere plures affirmauerant, proficiscuntur. Præerat tamen Gerundæ ciuitati Petrus Roccabertinus cum admodum paucis militibus, hos tñ & ciues oẽs ille hortatꝰ multisꝫ tormẽtis vsus, ab hostiũ inuasione ciuitatẽ eo vsꝫ ꝓpugnãdo defendit, donec missum a Rege subsidiũ supuenit. Nã Dertosę Rex cũ esset de Gallorꝝ aduẽtu ꝑ nũcios certior factꝰ ad copias, quas tũc secũ habebat, alias ex Dertosanis, alias etiã ex Tarraconẽsibus adiunxerat, qbus Ferdinãdũ filiũ q̃uis adhuc adolescẽtẽ ꝑfecerat, & cũ multis Ducibus, qbus maxime cõfidebat magnoꝫ exercitu cõtra venientes ho

Dertosæ oppugnatio.

Oppidũ Granolum.

Lusitanꝰ moritur.

Dertosanorũ deditio.

Ex Gallia Regem Barcinonẽses eligũt.

Ioannes Dux Andigauensium.

UVA. BHSC. IyR_186

ſtes Gerundam vērſus proficiſci iuſſerat. Magnoq; tamen tunc dolore concuſſus, propterea q ob prę teritæ hyemis intemperiem, quam nuper, vt ſupra viſum eſt, apud Ampoſtam pertulerat, luminibus captus, exercitus ipſe ducere tā neceſſario tempore non poterat. Ideoq; omnibus ad ſe conuocatis Ducibus ingemens & penè lachrymis obortis flentiq; ſimilis, graui cura, inquit, magnoq; dolore conficior amantiſſimi proceres, quoniam vos hoc acerbiſſimo tē pore, quos chariſſimos habeo, quos alloquor videoq;, cernere non poſſum. Nā cū paulo ante Gallis in noſtrū principatū temere veniētibus occurrere ſtatuiſſem, me viſus tam neceſſario tē pore defecit. Cæterū in ſumma ſollicitudine maximoq; dolore, quē nūc ego nō de Gallor̄ aduentu, ſed de maximo nr̄ę profectionis impedimēto capio, veſter in honorē meum cōſtantiſſimus amor & perſpectiſſima fides, quā multis in rebus magniſq; periculis expertus ſum, me q dem nō mediocriter conſolant̄. Non enim dubito fortiſſimi proceres vos vbicunq; fueritis, imprimis & nr̄i nominis & veſtri honoris rationē ſemp habituros. Scio præterea vos equites etiā me abſente veſtra virtute ſcientiaq; militari magnas ſæpe de hoſtibus innumeris fortiſſimiſq; victorias cūſecutos. Hac itaq; veſtrę virtutis fiducia fretus, acerbiſſimam deficientis viſus infœlicitatē ęquo animo ferēs, vos noſtris exercitibus præpono, vos omnibus bellis gerēdis deinceps legatos inſtituo. Copiiſq; nūc Gallor̄, q ſe cū hoſtib⁹ nr̄is cōiunxerūt, obuiā ire volo ſpectatiſſimi proceres. Hac ego fiducia ſalutē meā & honorē omnem vobis eqtes credere nō dubito. Hac deniq; Ferdinandū meum vnicū filiū virtuti fideiq; veſtræ cōmitto. Quem ego nuper hac lege proceres vniuerſis exercitibus præfeci, vt vobis vbiq; me referens nihil tamen in re militari ſibi ſuo ductu ſine cōſilio veſtro faciendū putaret, quod aut ſibi ipſi, de quo procul abſente ac in bellorum diſcrimine verſante non potero non eſſe valde ſollicitus, aut vobis chariſſimi ſocii, quorū ego ſalutem & honorē non minoris quidem facio, q̄ meum, aliqd vel dedecoris vel detrimenti poſſit afferre. Quod nūc quoq; propter eius ætatem, quę capiendo magis cōſilio, q̄ dando eſt idonea, rurſum propalam vobis præſentibus cōfirmo. Te igit̄ Ferdinande fili chariſſime moneo, & pro eo quāti facis gratiā & ſalutē vtriuſq; parentis obteſtor, vt libenter omnibus in rebus bellicis & militaribus officiis noſtrorū Ducum & omniū equitū fideliſſimis prudentiſſimiſq; cōſiliis obſequaris. Quorū virtutem & autoritatem ſi tāti feceris, quanti te facturū eſſe credo, non equidem dubito te cū illis vnà magnam ad nos victoriam, deuictis & Gallis & Gothalanis, allaturum. Cęterū ego generoſi proceres interim quem admodū filiū meū militaribus in rebus & bello deinceps gerendo me abſente cōſiliis & autoritatibus veſtris obſequi iubeo, ita quoq; vos omnes hortor atq; obſecro, nō q aut ita neceſſe ſit, aut veſtris ingeniis, quibus nihil vnq̄ cognoui nobilius, diffidam: ſed quia me paternus amor, quo nihil eſt ardētius, omnino cogit, vt eius ſalutis in primis rationē habeatis. Cui ſi qd mali, quod Deus prohibeat, euenīret, profecto videtis quantū ex eo doloris tā vos ipſi, q̄ nos miſeri parentes iure ſentire poſſemus. Dabitis igitur operam viri fortiſſimi, ne noſtris infœlicibus oculis miſerę q̄ ſenectuti obſcuriores tenebrę, maioreſq; calamitates accedant. Quod etſi non potero abſens non timere proceres, me tamē, vt paulo ante dixi, veſtra quidem virtus ac fides ſanctaq; iuſticia, quæ nos comitatur, non parum conſolari poterunt. Quæ nobis non du biam profecto victoriæ ſpem de hoſtibus improbis & Gallis in p̄lio natura leuiſſimis pollicētur. Vos itaq;, quorū militarem virtutē & ingentē fortitudinē ſępe cognoui, fortiſſimi milites, hortari neceſſe nō habeo. Ite igit̄ hilares viri præſtantes, & me vbicunq; fueritis, q̄uis abſentem, ſemper tamen ante oculos habere creditote. Ego enim etſi corpore vos ſubſequi non potero, animo tamen vobis ſemper adero, & auxilia cętera q̄ res, quibus opus eſſe cognouero, quotidie ſubmittam. Cæterum me rurſus paterna pietas equites cogit, vt vobis iterum Ferdinādū principē cōmendē. Eius itaq; ſalutē vos obſecro rebus omnib⁹ anteponatis. Hæc locuto Duces & omnes, q aderāt, milites, ei⁹ & dolorē & ſollicitudinē minuere magis q̄ augere volētes, etſi cōtinere lachrymas vix poterāt, gemitu tñ ſingultuq; cōpreſſo, nec nō alacritate ſimulata, ſuū honorē & Ferdinādi principis ſalutē q̄ maximæ curæ ſibi fore reſponderūt. Eūq;

Verba Regis ad Duces.

Milites reſpōdent Regi.

UVA. BHSC. IyR_186

supplices depcabant, suā vt ipse salutē valetudinēq; curaret, nec qdq̄ de bello gerēdo cogita-
Militum re- ret. Se nāq; eo absente multo diligētiores, q̄ si adesset fore dicebāt. Nec de futura victoria du-
sponsum ad bitaret, q̄ ipse Imperator & Dux exercitus ire non posset. Nam & fideles ipsi cōtra hostes &
Regem. in sua patria aduersus Gallos alienos fines ingressos armis aggressuri erant, & Ferdinando Du-
ce, qui etsi admodum esset adolescens, satis tamen eius industriam & militarem virtutem Ca-
lafetano prælio cognouerant. Hæc cum dixissent Princeps Ferdinādus dexteram Regis oscu-
latus in castra, quæ post mœnia ciuitatis erant, se contulit. Idem Duces & equites omnes fece-
re. Postero autem die rebus ad proficiscendum comparatis, & exercitibus instructis, Gerundā
versus magnis itineribus contendunt. Tum vero Regina, cuius animus ingenti cura magnaq;
sollicitudine fluctuabat, diu quidem anceps, principem ne sequeret, an cum Rege maneret, nā
hinc amore coniugali & orbitate Regis, inde materno agitabatur affectu, tandem materna pie
tate coacta atq; suadente Rege, paucis equitibus comitata, die sequenti principem cōsecuta est.
Cuius aduentus non paruā quidem omnibus lætitiam attulit. Magno enim in re militari & in
Duo Gallo- instruenda acie consilio pollebat. Interim autem qui Gerundæ pręerant, de principis aduentu
rum Duces- cum exercitu certiores fiunt, & alacriore animo propugnantes duos de Gallorum Ducibus oc
occisi. cidunt, quorum alteri Demetus, alteri Andreas Vallis erat nomen. Ideoq; aduētante principis
exercitu, Gothalani aliiq; Gallorū Duces à ciuitatis obsidione discesserunt. Et Dematū, quod
Oppidū De- oppidum distat à Gerunda passuum milia viginti, celeriter se receperunt. Hic Ioannes Andiga
matum. uensium Dux copiis relictis, solus ferè per inuia desertaq; loca Barcinonam venit, & Barcino
nenses allocutus, vt sibi milites & auxilia ī suppetias mitterent, ad exercitū Dematum clam re
uersus est. Ferdinandus autem princeps interea Gerundam ingressus cum ciuibus atq; aliis, q
ciuitatem propugnando defenderant, gratias egisset, postero die relicta Regina, quæ eum po-
stea cum Gerundensibus, quibus tum longa propugnatione continuaq; vigilia defessis aliq̄s
dies quiescendum erat, subsequeretur, cum suis copiis à ciuitate discedēs totius oræ maritimæ,
quam Ampuriam vocant, multa oppida multaq; castella expugnauit, multa quoq; sine oppu-
gnatione in obsequium redegit. Sub idem tempus Ludouicus Galliæ Rex, fœdere, quod cum
Ioanne Aragonum Rege paucos ante menses inierat, abrupto, magnum equitum peditumq;
numerū, quib⁹ Armaniacensem Comitem prefecerat, Ioanni Andigauēsium Duci & Gotha
lanis, qui cum eo erant, subsidium misit. Armaniacensium Comes cum venisset, Ducis Io-
annis consilium & autoritatem secutus, post oppidi Demati muros castra posuit. Princeps aūt
Ferdinandus omnibus, quę inter Gerundam & Dematum erant, captis oppidis, pugnādi cu
piditate nimis accensus, cum magno equitatu & instructis ordinibus ad hostium castra propi
Prælium apud us accessit. Quos cum conspexissent hostes, qui iussu Ducis in armis erant, signo dato acriter
Dematum. alii à fronte alii à lateribus inuaserunt. Erant autem Galli cum Gothalanis numero plures, pri-
mo tamen congressu æquo Marte pugnatum est, & vtriusq; partis multi conciderunt. Diutius
vero durante prælio Ferdinandi principis equites hostium numerosa multitudine pressi, cum
suorum multos occisos, & nōnullos captos vidissent, ipsiq; multo pauciores ingenti multitu-
dine resistere non possent, ac de Ferdinandi salute valde solliciti fugæ se dederūt. Quos ne vi
ctores quidem hostes ad extremum iam defatigati persequebātur. Cæterum profligato prin
cipis exercitu cunctisq; diffugientibus, & si defatigati omnes anhelare videbantur, Dux tamē
Ioannes, qui Gallis & Gothalanis pręerat, scitote, inquit, proceres nihil hanc victoriam gau-
dii, nihil laudis nobis allaturam, nisi Ferdinandum principem capiamus. Cuius vocē animiq;
desiderium cum audissent equites eius leuis armaturæ, celeriter omnes in Ferdinādum oculis
animisq; ferebantur. Quem defesso iam equo fugientē Dux ipse cum aliis permultis, quorū
Rodorici Re- equi velociores erant, cōsequebantur. Hoc cū Rhodoricus Rebolletus, qui de Ferdinādi prin
bolleti uerba cipis vita valde sollicitus erat, quem custos eius salutis à tergo sequebatur, animaduertisset, in-
ad equites. ter currendum nonnullos equites hortatus, vt fugientem principem comitarentur & diligen-
ter custodirent, reliquos in hostes conuertens. Hodie, inquit, equites nos omnes honeste p vir

UVA. BHSC. IyR_186

tute mori ſatius eſt, q̄ pati principem noſtrum Ferdinandum, quem Rex, vt ſcitis, tam pie nobis commendauit, in hoſtium poteſtatem venire. Hodie cuiuſq̄ noſtrum fides & amor erga noſtros principes agnoſcetur. Cuius ſermo tantum roboris omnīū mentibus iniecit, vt q̄uis perpauci eſſent, vſq̄ adeo tamen omnium hoſtium impetū ſuſtinuere, donec princeps ad tutum locum perueniens omne iam periculum euaſerat, & ad Reginam, quę tūc ex Gerunda cū ſubſidio valde ſollicita venerat, ſe recepit. Demum defeſſis equis, & ſuperuenientium hoſtium creſcente numero, cū magnę multitudinis viribus vltra reſiſtere non poſſent, rurſus terga vertentes omnes incolumes quaſi diuinitus euaſerunt, præter vnum Rodoricum Rebolletum, qui hoſtium multitudine circumuentus & ipſe non interfectus tamen, ſed q̄ magnopere mirandū fuit, illæſus ac ſine vllo vulnere captus eſt. Quem Dux Ioannes alioſq̄ captiuos ad ſua caſtra primum adduxit, deinde comitatos multis equitibus ſuis cuſtodiendos Barcinonā miſit. Cuius captiuitas non modo Regis & principis animos vehementer perturbauit, ſed etiam omnes proceres totumq̄ exercitum magno dolore concuſſit. Erat enim non ſolū animo fortis, & genere nobilis, ſed multis quoq̄ virtutibus clarus, & in rei militaris ſcientia dandoq̄ conſilio magnus. Cæterū Ferdinandus Rebolletus eius nepos ex ſorore, cui chariſſimus erat, nunq̄ poſt auunculi captiuitatem quieuit, donec poſt multas repulſas & plurimis hoſtibus inuitis, qui talem virum nullo precio liberandum eſſe cenſebant, eum tandem à Duce Ioanne decem millibus aureorum, quos florenos Aragoneos vocant, redemit. Cæterum hoc prælio plurimi quidem proceres tam de victoribus, q̄ de victis deſiderati fuere. Nam Ferdinandi principis equites etſi numero pauciores, pugnandi tamen vſu peritiores erant. Ideoq̄ primo concurſu non tam viribus, q̄ rei militaris ſcientia & pugnandi exercitatione plures hoſtium, cum prius eorum equos vulneraſſent, occiderunt.

Rhodoricus Rebolletꝰ ab hoſtibꝰ capꝰ

LIBER. XVII.

DE EODEM BELLO.

EX AVTEM cum primum de profligati principis periculo certior fieret, q̄uis oculorū cęcitate impediebatur, ingenii tamen acie omnia videns, ex Dertoſa ſtatim paruo nauigio per Iberum amnem celeriter in mare delatus eſt. Hinc magna claſſe, quā paratam habebat, cū magno militum numero nauigans ad Eerdinandum in Ampuriā peruenit, cui apud Boraciam, quod eſt Ampurię oppidum, in littore expoſito viſus in lumina quaſi diuinitus redierunt. Quę res quantum ſibi ſuiſq̄ omnibus læticię, tantum quidē doloris atq̄ triſticiæ cunctis hoſtibus attulit. Coniunctis igitur vtriuſq̄ copiis & exercitibꝰ auctis in hoſtes Villam Dematum verſus proficiſcuntur. Hos cum aduentare Ioannes Gallorum & Gothalanorum Dux intellexiſſet, quoniam prędio, quod nuper proſpere geſſerat, Ferdinandi equitum maximam virtutem & pugnādi ſcientiam cognouerat, maioris exercitus vires & Regis autoritatem pertimuit. Erat prętera de oppidanorum voluntatibus anceps. Qui, vt ſolet vulgus, victoribus & his quorum fortuna melior eſt, ſemper adhęrent. Hinc itaq̄ caſtra mouens oppidoq̄ Demato relicto, Perpignanum, quod erat oppidum maximum, & à Gallis p̄cipue cultum, ſuas copias adduxit. Quem Perpignanenſes qui, vt ſupra diximus, omnes ferē Galli erant, libenti animo magnaq̄ lætitia exceperunt. Hic igitur velut in tutiſſimo loco relictis copiis, ipſe paucis comitatus equitibus, vt ſuum augeret exercitum, in Galliam profectus eſt. Et cū à Ludouico Gallorū Rege hominum milia decem, & magnam pecuniam impetraſſet, Perpignanū rediit, vbi copiæ, quas reliquerat, hybernabant. Cæterum Rex interim oppida & caſtella, quæ in ea erant prouincia, omnia cœperat, & apud Figueram, quod oppidum di

Rex ex Dertoſa in Ampuriam nauigat.

Rex uiſus recuperauit.

UVA. BHSC. IyR_186

stat à Perpignano passuum milia circiter viginti, castra posuit. Et ex militibus alios in castris, alios in oppido manere iussit. Ipse vero modo oppidum, modo castra repetebat. Hic enim locus visus erat idoneus, vbi cõmode tutoq; contineret exercitus. Dum hyemis tempus, quod prælio gerendo repugnabat, præteriret. Idem quoq; consilium fuit hostibus, qui Perpignani commorabantur, vt ibi per duos menses Martium & Aprilem, donec pabuli copia fieret, sese continerent. Kalendis igitur Maiis Ioannes Gallorum Dux cum omnibus copiis egressus ex oppido Figueriam versus proficiscitur. Et cum bidui viam pedetentim cum instructa acie processisset, tertio die locum castris idoneum elegit, & à Regis castris milia ferè septem sua castra locauit. Hoc cum animaduertisset Rex, Figueriæ præsidio relicto reliquas omnes copias eduxit, & continuo castra mouens ordines instruxit, & oppidum nomine Peraltum, quod aberat à Figueria circiter quinq; milia passuum, oppugnatum proficiscitur. Hic positis castris & dispositis tormentis multis ex partibus oppugnari oppidum iussit. Ad quod oppidum hostes post triduum, oppido nondum expugnato, noctu magno silentio, Regis excubiis ob nimiam vigiliam somno deuictis, propius accesserunt, & paulo ante solis exortum ex improuiso magno impetu castra Regis inuadentes cum paucis admodum Regis equitibus, qui tunc in armis erant, acriter pugnare cœperũt. Reliqui nanq; Regis equites, quibus ad armandum se tẽpus defuit, inermes equos ascendentes sese fugę dederunt. Item Rex admisso equo celeriter Figueriam rediens summum periculum euasit. Ex his autem qui armis tecti fortiter hostium impetum exceperant, nonnullis occisis, reliqui cum resistere hostium viribus & multitudini non possent, terga fugæ verterunt. Omnibus diffugientibus pauci duntaxat, qui tormentis & armis præerant, subito nonnullis commutatis versisq; contra castra tormentis, ab ingenti hostium multitudine Regis castra cæteraq; omnia defenderunt. Hostes itaq; cum propter tormẽta neq; oppidum ingredi, neq; Regis castris potiri possent, defessi tandem ad sua castra pedes retulerunt. Hoc tamen prælio ex Gallis & Gothalanis perpauci, de Regis vero equitibus plures ceciderunt. In quibus Scipio Patella Siculus desideratus est, qui fugientibus cęteris vndiq; circumuentus ab hostibus acriter pugnans multis demũ confossus vulneribus occubuit. In quo tamen p̃lio & iniqua fortuna magnoq; discrimine multi Duces Regis & equites inuictos animos & magnas sui corporis vires fortissime pugnantes ostentarunt. Ex quibus fuit vnus ex fortioribus Ioannes Gamboa natione Guipuzcanus, cuius in alio loco mentionem fecimus, qui solus impetum magnæ multitudinis hostiũ sustinuit. Quorũ strenuissime pugnans tres equites occidit, & alios multos vulneribus affecit, & amisso equo in suo corpore decem vulneribus acceptis, pedibus euasit. Et pręter occisos ex Regis equitib? plures etiam capti fuere. Postero autem die Rex illuc cum omnibus copiis confestim rediit. Et oppidũ, oppugnatione nõ cessante, breuiter ad obsequium adduxit. Quod cum primum ingressus esset, hostibus si congredi vellent, pugnandi tempus denunciari iussit. Ioannes autem Gallorum Dux nihil respondens, die sequenti prætor multorum opinionem castra mouit, & cum omnibus copiis Barcinonam versus proficiscens ex itinere Gerundam, quæ præsidio destituta erat, inuasit. Cui breuiter paruoq; labore captæ Ioannem Sarrieram pręficiens, ipse cum exercitu Barcinonam peruenit. Hic paucis commoratus diebus, dum auxilia contraheret, magna continuaq; febre correptus nono die valetudinis à vita discessit. Cęterum Rex interea ex Peralto oppido digressus Castillonenses multaq; propinqua oppida atq; castella ad deditionem cõpulerat. Hinc Figueriam reuersus Pratarum Comitem cum exercitu Perpignanum misit. Cuius exercitus fama perterriti Galli cęteriq; milites aliarum nationum, qui sub Duce Ioanne meruerant, desertis, quibus prępositi fuerant, stationibus, per Pyrenęos montes domũ suam reuertebantur. Quę res non parui quidem timoris causa fuit cunctis hostibus. Ideoq; plures eorum principes ad Regẽ vltro venientes, ei se suaq; omnia oppida obtulerunt. Tunc etiam Ioannes Sarriera, Margarit? Petrus Ioannes Ferrerius Gerundensis Episcopus, & omnes Almendaretes cũ aliis multis equitibus, præteriti temporis impunitatem assecuti, Gerundam ciuitatem totumq; Capreræ Vice

Peraltum oppidum.

Rex & equites fuga periculum euaserunt.

Multi Regis equites periere.

Scipio Patella Siculus occiditur.

Ioannes Gãboa.

Ioannes Gallorum Dux Barcinonæ moritur.

UVA. BHSC. IyR_186

comitatum Regis imperio subiecerunt. His demũ recõciliatis populis & equitibus Rex cum suis copiis Montem Serratum versus proficiscens, ad leuam Barcinone relicta, Martoreliã venit. Quod oppidum distat à Barcinona passuum milia decem & octo. Hoc atq; aliis omnib⁹ captis oppidis, quæ inter Barcinonam & Montem Serratum erant, Rex Alphonsum Aragoneum & Pratarum Comitem cum magno equitatu & peditum milibus quinq; contra Barcinonenses misit. Ipse vero cum reliquis copiis in Ampuriam reuersus, infra paucos dies Sanfelienses, Palamosenses, Vergenses, cum aliis omnibus eius prouinciæ populis, veniam petentes sine vlla conditione perbenigne recepit. Sub idem tempus Gastonius Regis gener, & Foxan⁹ Comes magno cum exercitu in Nauarram, cuius possessionem post obitũ Caroli Vianæ prîcipis ad se iure hæreditario pertinere dicebat, ingressus, cum Lusetanorum factionibus aduit⁹ magnam totius regni partem cœpisset, Tutelam ciuitatem, quæ sub imperio Regis erat, obsidione premebat. Quod vbi Rex intellexit cum omnibus copiis, quas tum paratas habebat, î Nauarram, vt maturius obsessis Tutelæ ciuibus subueniret, celeriter contendit. Cuius aduentus cum Nauarrę populis nunciaretur, plures Lusetanę factionis equites Comitẽ monere hortariq; cœperunt, vt à Tutelæ ciuitatis oppugnatione desisteret, propterea q; si cũ exercitu, quẽ ducebat Rex Aragonum in Nauarram, semel ingrederetur, nõ dubium quidem esse dicebant, quin facile subitoq; regno potiretur. Quod etiam neq; sine magnis cladibus, neq; sine Comitis maximo dedecore ac periculo fieri posset. Nam & secum magnas copias ducere Regẽ Aragonum, & ei pręterea in Nauarra factionem Agramontanorum, quæ magna totius regni pars erat, non defuturam scire se dicebant. Nos autem etsi tibi expeditionem istam dissuademus, te tamen de nostra in te fide dubitare nolumus. Quippe qui te quacũnq; fortuna sequi q̃ paratissimi sumus. Verum neq; fortis Ducis, neq; prudentis esse ducimus, vbi nulla victoriæ spes est, fortunæ casus experirivelle. Quod si Rex Aragonum regnum Nauarrę suis liberis relinquere vellet, tum vero Comiti pro suo regno mori satius esse, q̃ regno cũ honore simul amisso perpetuo mœrore vitam ducere. Sed Regis hanc esse constantissimam voluntatem, vt post eius obitum statim Nauarræ regnum tibi restituatur. Regem præterea iam octogenarium esse atq; mortalẽ. Meli⁹ igitur ac sine periculo moram perbreuis temporis ferre, q̃ paucorũ dierũ impatientia & importuna regnandi cupiditate regnum, quod partum esset, amittere. Illorum itaq; Comes verbis & rationibus adductus exercitum ab oppugnatione reuocauit, & suo totiusq; regni nomine legatos ad Regem misit. Qui cum eo pepigerunt, vt ex arbitrio suo dum viueret Nauarrę regno, quemadmodum Regina Blanca, priusq; à vita discederet, instituerat, vteretur. Moriens autem Foxę Comiti liberam eiusdem regni possessionem relinqueret. Hac igitur re perfecta & legatis honorifice dimissis, Rex ab itinere rediens, Tarraconem, quo Regina Ioanna coniux & Ferdinandus filius paucis ante diebus venerant, profectus est. Hic p dies commoratus circiter octo, cum Barcinonam versus prędmissas cohortes subsequi vellet, Regina subita grauiq; febre correpta eius profectionem distulit. Cuius spiritu⁹ multis & magnis cõfectus curis continuaq; ęgrotatione laborans, infra paucos dies afflictum corpus assiduis laboribus & supra mulieris naturam defatigatum destituit. Cuius inopinatus decessus incredibile dictu est quanto dolore non Regem solum & Ferdinandum filium, sed etiam Tarraconenses omnes ciues & exercitum totum consternauerit. Obiit non minori fortitudine atq; prudẽtia, q̃ vixerat. Nam cum valetudine biduo fatigata decubuisset, die tertio & se morituram cognouit, & mortem animose sanctęq; subiuit. Die siquidem suę valetudinis quarto cum accito sacerdoti Christi vicario diligenter exactę vitæ rationem retulisset, omnia primum Christianæ religionis & ecclesię sacra mysteria q̃ deuotissime petita recepit. Deinde vocatis simul cum Rege nonnullis magnatibus & Archiepiscopo Tarraconensi testamentum prudentissime condidit. Postero die consalutata reuerenter à pluribus intromissis equitibus, ab vtroq; latere duabus innixa matronis paululum caput extulit, & omnes qui aderant circumspiciens tenui voce & iam prope languenti: quãtum charissimi proceres, inquit, Rex & ego vobis p vestra singulari vir

Gastoni⁹ Comes Foxanus Regis gener

Nauarræ nobiliũ ad Comitem Foxanũ consiliũ.

Mors Reginæ Ioannæ.

UVA. BHSC. IyR_186

Reginæ uerba ad magnates.

tute & erga nos probatiſſima fide deberemus, non immemores quidem laborum veſtrorum ſi quando noſter animus à magnis curis & aſſiduis cogitationibus quieſcebat, inuicem loquebamur. Siquidem vos q̃ dignissimos eſſe iã diu cognouimus, quibus iure quodam prẽmioq; virtutis plurimum debemus, & id ipſum, ſi grati eſſe volumus, ingenue profitemur. Nã q tot immanes coniuratos oppreſſimus, q hoſtes externos deuicimus, q non amiſimus principatũ q honorem & Regię dignitatis decus retinemus, q denicq; ſumus incolumes vobis prorſus ac ceptum referimus fideliſſimi proceres. Sed quoniam his miſeris temporibus hactenus officio veſtro ſatiſſacere noſtrę facultatis nõ fuit, vobis, vt ſcitis, equites quod potuimus, quotidie gratias agebamus, re ſatiſſacturi cum quietiore vita & fœliciori ſtatus conditione frueremur, tam etſi meritis veſtris dignum referri nihil vnq̃ poterit. Nunc autem quia mihi vitę mortalis, cuius apud dominum rationem ſum reddditura, dies vltimus adeſt, & Rex meum erga vos officiũ vicemq; ſuſcepit, ſi minus officio virtutiq; veſtræ ſatiſſiet, à præſentibus vobis & abſentibus vniuerſis, quibus me multum debere cognoſco, rerum omnium veniam & debitorum remiſſionem peto. Et quoniam vos vel meritis veſtris, vel noſtra commendatione Regi veſtro Ioanni & Ferdinando principi q̃ chariſſimos fore minime dubito, nobiliſſimi proceres, ipſum Regem ſenem & Ferdinandum filium adoleſcentẽ ſuppremo nunc ſpiritu laborantis animæ vobis in perpetuum cõmendo. Hæc locuta ſtatim caput & languentia membra reiecit. Tum vero per omnium ora manantibus lachrymis, ne Rex quidem oculis temperare potuit. Cæterũ compreſſo tandem gemitu Tarraconenſis Præſul lecti ſpondam, cui Rex adhærebat, propius accedens, Deus, inquit, te Regina Chriſtianiſſima largitor omnium bonorum in priſtinã valetudinem reſtituet, Deus enim multorum hominũ precibus, & populorum tuorũ ſupplicationibus orationibuſq; cõmot⁹ te Regi, te Ferdinando principi, te nobis ipſis reddet incolumẽ. Siquidem magna eſt miſericordia eius, qui iuſtas hominũ voces & orationes exaudit. Omnes tui populi, omnes innocentes pueri, omnes puellæ virgines ad Deum pro ſalute regiæ tuæ maieſtatis continuas preces effundunt. Cura igitur vt valeas & omnes cogitationes iſtas, quę nõ infirmis modo, ſed etiã benevalentibus maxime nocere ſolent, depone. Nã & tu quidẽ Regina nihil nobis, & nos omnia tuę maieſtati debemus. Omnes emĩ principes de ſuis militibus & populis ſatis bene merentur, cumulateq; ſatiſſaciunt, quibus & bene conſulunt, & ſua defendunt & iniuriam fieri non ſinunt. Quod officium à Regia tua maieſtate nemo certe vnq̃ deſiderauit. Nos vero & pro Deo, ſi neceſſe fuerit, & pro principibus noſtris, & pro nobis ipſis morie mur. Quare ſi nobis idem nunc eſt animus excellentiſſima Regina, qui ſemper fuit, non equidem dubitare debes maximę nobis curæ ſemper fore Regem & Ferdinandum principem noſtrum. Quibus & nobis omnibus nihil optatius, nihil grati⁹ hoc tempore prẽſtare potes, q̃ ſi omnibus reiectis curis tuæ valetudini conſuleueris. Tunc oculis vultuq; quaſi reuiuiſcentis, et gratum ſibi Prẽſulis fuiſſe ſermonẽ prę ſe tulit, & reliquis equitibus, quæ Præſul pollicitus eſſet, ſe facturos affirmantibus, gratias egit. Et omnibus dimiſſis equitibus Regem retinuit, qui cum etiam cubicularijs mulieribus amotis, multa inuicem contulerunt. Cæterum paulo poſt à medicis, qui cum equitibus diſceſſerant, reuerſis ſi melius valeret interrogata, certe reſpõdit adeſt vitæ meę finis. Nam & grauiori nunc totius corporis dolore conficior, & peruſtum omnia palatum faſtidit. Ea enim quę gũſtui grata eſſe ſolebant, nihil præter amaritudinem ſapiũt. Quare ſaluti potius animæ multo quidem melius, q̃ corporis conſulere poſſumus. Magna omnes, & præcipue Regem, triſticia cum hoc dixiſſet affecit. Qui de ſalute eius iam deſperantes continere gemitum vix poterant. At illam quidem nõ minor animi dolor, q̃ valetudo corporis angebat. Eius enim corpus grauis infirmitas, ſpiritum vero continua cogitatio defatigabat. Siquidem bellis, quæ contra hoſtes gerebantur, nondum cõfectis, et Regi iam ſeni, & Ferdinando filio adoleſcenti maxime timebat, filio prẽſertim cuius tunc abſentis incredibili deſiderio tenebatur. Ille nanq; paucis ante diebus in Caſtellam profectus erat, vt cum Iſabella Ioannis Caſtellę Regis filia connubium, quod per legatos pactũ fuerat, celebraret. Tametſi mihi

Verba Præſulis Tarraconenſis ad Reginam.

UVA. BHSC. IyR_186

quidam eques illius temporis dixit Ferdinandum tempore quo Regina mater eius è vita migrauit, non in Castella fuisse, sed Cæsaraugustæ. Quem videre Regina priusq̃ discederet á vita maiorem in modum desiderabat. Ferdinandum siquidem siue cum Rege, siue cũ alio loquebatur tertio quoq; verbo nominabat. Hac igitur animi sollicitudine corpus quod longo dolore magnaq; febre grauiter ægrotabat, magis in horas debilitabat. Eatñetsi nõ min⁹ anxietate animi, q̃ corporis dolore se confici sentiebat, á se tamen curas & cogitationes auertere nullo modo poterat. Cæterum cum laborare animam sensisset, vt á defessi iam corporis vinculis solueretur, vocatis, quibus in sacris rebus & diuinis officiis vti consueuerat, sacerdotibus lenta voce & imperfecta orate patres, inquit, generis humani redemptorem pro animæ nostrę salute. Hæc dicentem & Christi crucifixi simulachrum amplexam spiritus defecit. Et statim solutis, quæ iam diu compressæ fuerant, vocibus, lamentis, ac planctibus tota domus personabat. Omnes enim cuiusq; ętatis ac sexus homines, ita voces lachrymasq; fundebãt, vt inter se quandam mœroris contentionem ędere viderentur. Mox vt voces comprimerent, á Rege cõmoniti, dum matronę puellæq; tristi silentio mutos q̃stus animo voluũt, pueri nobiles, quos illa tanq̃ filios educauerat, doloris magnitudine grauiq; vulnere percussi, neq; gemitus, quos emittere semel cœperant, supprimere, neq; se plorantes propter iussum Regis, intra domũ Regiam continere potuerunt. Sed foras egressi maiores questus, & quales tunc illis recens dolor suggerebat, fundentes, totam ciuitatem magno mœrore tristiq; luctu complerunt. Tũ & omnium Tarraconensium fletus, & militum, qui extra muros ciuitatis erãt in castris, miserabiles questus exaudiebantur. Quorum alii prouidam matrem, alii prudentem fœminam, mitẽ alii dominam, alii fortem Reginam viraginemq; vocabant. Deniq; moriens incredibili sui desiderio cunctos affecit. Et præcipue Regem, qui non amantissimam solum coniugẽ, sed etiã fidissimam comitem, & præstantissimam bellorum sociam, laborumq; patientissimam perdidit. Cuius obitum etsi moderate ferre, quia prudens erat, omnibus videbatur, incredibilem tamen ei⁹ animus, & multo quidem maiorem, q̃ vultu præ se ferebat, dolorem sentiebat. Nam cum laborantem animã proximæq; mortis certa signa vidisset, summoq; dolori par esse resistereq; non posset, multis perfusus lachrymis oculos auertens in aliud, quod proximum erat, cubiculum secessit animo consternatus. Huc ingrediens ianitori cubiculario q; præcepit, ne quis ingrederetur cubiculum, nisi prę monitus, ne eum consolari conaretur. Tũ vestes, quibus indut⁹ erat, exutus, lugubres accepit. Et obuoluto capite diu lachrymis indulsit. A quib⁹ tamen, vt facili⁹ multorum nobilium, qui ad eũ veniebant, tristes animos & iustum dolorẽ leniret, abstinuit, atq; multis gementib⁹, qui recenti resistere dolori nullo modo poterant, si Reginam Ioannã quam amisimus, inquit, proceres lachrymis á morte redimere possemus, nõ equidem dubito quin eã mihi restituerent oculi vestri. Sed quoniam lachrymę nec illi mortuæ, nec vobis profi ciunt, cauendum quidem nobis est, ne dum lachrymas inanes fundimus diuinæ voluntati naturæq; repugnare videamur. Hæc locutus omnium singultus compressit & gemit⁹, Præsuliq; Tarraconensi, qui sibi aderat, curã funeris & ordinem commendauit. Postero die & in omib⁹ ciuitatis ecclesiis & in Regia domo peractis exequiis, corpus aromatib⁹ & opobalsamo Regũ more perunctum, plures & Tarraconenses, & domus Regię sacerdotes cum multis equitibus & Tarraconis antistite duce Populetum detulerunt. Quoniam sic testamento statutum fuerat, est enim Populetum templũ maximę venerationis, diuoq; Bernardo dicatũ, quod á Barcinona passuum milia quinquaginta abest, á Tarracone vero distat quatuor & viginti. In q̃ multorum Aragonię Regũ monumenta sepulchraq; marmorea cernuntur. His autem qui sepeliendum cadauer deferebant, abeuntibus, Rex alios Duces ac milites omnes cõmonuit, vt in tertium diẽ profectionẽ pararent. Biduo igitur absumpto cum omnibus copiis, quę Tarraconæ tunc erant, Barcinonẽ versus proficiscens ad Alphonsum Aragoneum & Pratarũ Comitem, quos, vt supra demonstrauimus, cũ exercitu contra Barcinonenses miserat, die tertio peruenit. Sed nunc ordo rerũ á longa digressione me reuocat. Ad Alphonsum igitur Aragoneũ & Pra

Verba Regis

UVA. BHSC. IyR_186

tarꝛ Comitē redeo. Ab his enim calamus sermoꝯ diuertit. Qui ex oppido Sancugato, quod abest à Barcinone ferè decē milia passuū, aduersus Barcinonenses à Rege missi cis flumen Beson, quod est prope ciuitatē, castra posuerunt. Hinc primum magnis & crebris incursionibus ad portas vsq; ciuitatis omnes agros igni ferroq; quotidie depopulabantur. Deinde castellū, quod in altiori loco supra fluminis ripā propugnatoribus & ædificio valde munitū erat, acriter oppugnare cœperunt. Quod cū Iacobus Galeotus, qui ciuitatis & exercitꝰ præfectus erat, animaduertisset, ne deses in magno ciuitatis & obsessorum discrimine videretur, magno cum equitatu & peditū quatuor milibus, vt obsessis in castello maturius subueniret, egredit̄. Et instructa acie, cohortibus electis, quibus initiū cōmittendi prœlii cōmiserat, Dionysium Portugallię prœfecit. Alarijs vero Menautus & Gratianus Aguerrius præerant. Ipse vero Galeotus Duces & milites omnes hortatus Regijs equitibus, si prœlū cōmittere vellent, signū dedit. Alphonsus aūt Aragoneus interea relictis qui castellū oppugnabant, cū reliquis omnibꝰ copijs flumen traiecerat, & instructis ordinibus Giliū Erediam, Ioannē Prataꝛ, Martinū Lanucij, & Ioannem Dembū præposuerat. Hos paucis verbis hortatus, & in hostes impetū facere volentes continuit, donec propius accederent, vt procul à muris ciuitatis prœliū cōmitterent. In eos ergo propius accedentes, magno tubarū & tympanorum concentu signo dato, Duces & omnes equites Alphonsum Aragoneū secuti magnū impetū fecerunt. Quibus hostes cū turbati primo prœlio resistere non possent, in ciuitatem celeri fuga sese recipere cœperūt. Qui cū portis ciuitatis ingredi simul nequirent, eorū à Regijs equitibus occisi quingenti, capta vero tria milia fuere, & in his Galeotus & Dionysius Portugalliæ non solū capti, sed etiam grauiter vulnerati. Nonnulli aūt, qui prœuiderant ingressus difficultatē, non ad ciuitatem, sed ad proximos montes & siluas fugientes periculū mortis euaserunt. Multi victores in ciuitatē fugientes hostes insecuti per portā, quam Nouā Barcinonenses vocāt, in ciuitatem ingressi cū ciues nō nullos occidissent, mox tamen saxis, quæ de fenestris præcipitata cadebant, periculo cedere regredi; coacti fuere. Ex quibus graue vulnus accepit Artalis Cardona Gulisani Comes. His egressis & ciuitatis portis conclusis, Alphonsus Aragoneus receptui canere iussit, & exercitus omnes incolumes in castra reduxit. Hoc prœlio quanq; tanto vulnere percussa & iam cōsternata ciuitas lugebat, tēpla omnia, quo mulieres cum pueris & puellis confugerant, lamentis & miserandis vocibus personabant. Omnes totius principatus cōiurati metu perterriti, sese Regiæ clementiæ dederunt. Barcinonēnsium tamen animi nō minus q̄ antea fuerāt pertinaces erāt. Alphonsus aūt Aragoneus ingenti potitus victoria superueniētem Regē etsi propter obitum Reginę intestino recentiq; dolore consternatum, productis tamen triūphantis more captiuis, non parua lætitia, & quā ille dissimulare vix poterat, affecit. Hac enim victoria, multis hostiū captis principibus, & totius ciuitatis deditionem, & omniū laborum finem polliceri videbatur. Hinc igitur Rex ad locum ciuitati proximum cōiunctas omnes copias adduxit, & capto suburbio, quod Petralba tum dicebatur, ibi castra posuit, expugnatisq; omnibus, quę ciuitati aderant, castellis & turribus, vndiq; terra mariq; ciuitatis muros maioribus minoribusq; tormentis oppugnari iussit. Nam præter cāpestres exercitus, erant etiam in mari triremes viginti, sedecimq; naues onerariæ. Quibus Bernardus Villamarinus aliiq; Duces nō ignobiles cū magno pugnatorum numero præerant. Ciues itaq; tum longa fame, tum acri continuaq; oppugnatione compulsi atq; omni victoriæ subsidiiq; spe destituti, p triduum impetratis induciis legatos ad Regem primos ciuitatis de deditione miserunt. Quorum vnum, cui Ludouicus Sectātinus erat nomen, à Florentia Tusciæ prouinciæ ciuitate oriundus, in hunc modum Regem allocutum fuisse ferunt. Quemadmodum, clemētissime Rex, liberalis magnanimiq; virtus illustrior est, multoq; tunc excellentior habetur, quum is, qui præter opinionem meritaq; sua munus aliquod magnū recipit, & omni beneficii spe destitutus, & extrema rei necessariæ coactus egestate, miseram animam inopemq; vitā ducebat: sic & omnis clementia maioris est glorię, quum crimen eius, cui remittitur est grauius, nullamq; veniā meretur. Ingrati Barcino

Flumē Beson

Iacobus Galeotus.

Dionysiꝰ Portugalliæ.

Gilius Eredia & alij Duces Regis.

Prœliū apud Barcinonem commissum.

Occisorū & captiuorum magnus numerus.

Oratio Ludouici Sectantini ad Regē.

UVA. BHSC. IyR_186

næ ciues omni quidem vel humano vel diuino supplicio digni sunt, nisi forte, q̄ eos sui conatus factiq̄ maxime pœnitet, tuam nunc clementiam Deiq̄ misericordiam mereantur. Angeli quorum natura nostra, id est humana multo præstantior est, ingratitudinis crimẽ & elationis in Deum creatorem suum, cuius fieri similes affectabant, iniquissime commiserũt. Qui tamẽ de cœlo nunq̄ cecidissent, tanta quippe est clementia Dei, si quum deliquerunt nõ ipsi sibi defuissent, suamq̄ culpam pœnitentia ducti cognouissent. Fortuna semper inconstans, nobis inuidens vel nostra potius imprudentia & humanitatis infirmitas opes nostras omnes maximis laboribus terra marriq̄ partas euertit. Honores in contumelias & oppobrium, libertatem in seruitutem mutauit. Nobis deniq̄ sensus omnes eripuit, nihilq̄ præter miseras animas reliqt. De quibus si supplicium, q̄uis iustissimum, sumpseris, cũ præsertim tuæ solitę clemẽtiæ nos tradere non dubitemus, magnum quidem pietatis & humanitatis nomen, quo nihil laudabilius est in principibus, à te profecto longe recedet. Si vero Barcinonæ ciuibus, qui mortem merentur, vitam pietate conceſſeris, quod & sine vlla reprehensione & tua magna cũ laude facere potes, sanctissimum quidem clementiæ tuæ nomen & immortalem gloriã consequeris, tuasq̄ virtutes omnis admirata posteritas tibi sanctoq̄ tuo & vere Regio nomini benedicẽt. Sed ego dum pro Barcinonensibus oro, mitissime Rex, & oratoris officio fungor, non ignoro tamen q̄ vel iniuste vel impudenter faciam, qui eorum salutem peto, qui non clementia quidem tua, sed animaduersione & quouis genere mortis digni sunt. Qui diuinam & Regiam tuam maiestatem grauiter & indigne læserunt. Non igitur vitam, qua sumus indigni, sperare, non veniã, quam non meremur, petere: non tanti criminis impunitatem deprecari, sed dignũ nostra culpa iudicium, meritasq̄ pœnas deposcere debemus. Quare ne nostræ preces iniustæ tuas aures magis offendant, excellentissime princeps, accipe claues tuæ ciuitatis. Et quoniam à te Rege patreq̄ nostro sine causa defecimus, impieq̄ deliquimus, quodcunq̄ supplicium mortisq̄ genꝰ in corpora nostra statueris, certe non recusabimus. Nostris enim cognitis erroribus à tua maiestate, quam crudeliter offendimus, non minus iudicium precamur, q̄ misericordiã petimꝰ. Quod si nos, vt meremur subire iusseris, vna quidem nobis non paruo solatio futura res est. Si quidem nostros cognoscentes errores, pro culpa supplicium non coacti, nõ pertinaces, sed volentes vltroq̄ patiemur. Pœnitentibus enim & suam culpam cognoscentibus, pœnas & cruciatus omnes, quibus iure plectuntur, non dolori quidẽ, sed voluptati potius esse solent. His præsertim qui vel in Deum, vel in Regem, sicut nos, vel in parẽtes temere se deliquisse cognoscũt. Hæc locutus osculatas & lachrymis aspersas claues obtulit. Rex autem pietate commotus non sine lachrymis acceptis clauibus huic cęteriſq̄ flentibus legatis & osculandam dexteram supplicãtibus liberaliter præter multorum opinionem præbuit, & Barcinonensibus cũctisq̄ hostibus non vitam solum & criminis impunitatem, verum etiã pristinam libertatem & bonoꝝ omnium restitutionem & integritatem pariter conceſſit. Et legatis dimissis, postero die Barcinonę portis reclusis, & obuiã ciuibus penè omnibus egressis, triumphali curru, quem ciuitas obtulerat, recusato, candido vectus equo per portam, quam diui Antonii Barcinonenses vocãt, ingressus est. Et cum per omnes ferè ciuitatis vicos familiariter equitasset, ciues penuriam victꝰ & famem pati squallore vultus & corporum macie facile cognouit. Quapropter ędibus in Regiis expositus inopia panis & ciuitatis inedia permotus, Barcinonæ statim cõuocatis magistratibus alimoniæ reiq̄ frumentarię consuluit. Hoc bello confecto, quod annos decem & menses quatuor perduraverat, & Barcinonensibus in Regis fidem gratiamq̄ reuersis, omnes totius principatus populi vota, quę pacis & quietis percupidi promiserant, magnis & multorum dierum supplicationibus persoluerunt. Idẽ Aragones, Valẽtini, & Siculi omnes fecerũt. Quorum plurimi nobiles, & præcipue Siculi, non sine magnis muneribus ad Regem statim gratulatum conuenerunt. Quos Rex honorifice susceptos militaribus titulis & præclaris insignibus ornauit. Omnibus gratias agens, seq̄ simul excusans, si propter temporum conditionem, vt eius animus optabat, referre non posset. Quippe qui totius principatus reconciliatis

Rex Barcinonem ingreditur.

Bellum decẽ annorum & quatuor mensium.

UVA. BHSC. IyR_186

populis, & præsertim Barcinonensibus, quorum recuperationem iam desperauerat, finitisq; laboribus ingentē lætitiam, quam animo conceperat, oculis vultuq; præ se ferens, bonis omnibus, per quos dignitatem & salutem suam defenderat, satisfacere q̄m maxime studebat. Deoq; optimo maximoq; cuius auxilio perpaucis adiutus equitibus, non solum Gothalanos, verum etiam hostes externos oppresserat, gratulabatur. Omnes enim Gothalanorū populi, paucis exceptis nobilibus, & cum his Belaguerensibus & Gerundinis & Montis Albi municipibus à Rege defecerant, tametsi Gerundæ nonnulli ciues ad Palarien sium Comitem declinauerant, quos tamen Regina Ioanna, vt latius in alio loco scripsimus, ad fidem & sanitatem magno sermone reuocauit. Belagueræ quoq; populares tumultuari cœperunt, quos & eorum magistratus, & Regis ingredientis aspectus compescuit. Nunc autem etsi nonnullorum, qui Regi fideles fuerunt, meminisse velim, non audeo tamen quos possem nominare. Aliis enim, si quos mihi ignotos sua laude fraudarem silentioq; præterirem, fortasse quidem non paruam inuidiā facerem. Viris igitur omissis de nonnullis fidelissimis constantissimisq; mulieribus breui sermone referam. Quarum vna Barcinonensis nomine Carthellana magnæ probitatis atq; constantię fœmina, vt Regi fidem seruaret, primum se magnis opibus, deinde domo patriaq; nec non propinquis omnibus & affinibus priuari passa est. His enim relictis omnibus, cum aliorum conatus immanes ferre non posset, à ciuitate discessit. Magnum nimirum & rarum muliebris sexus exemplum fortitudinis exhibuit. Mirabile quoq; suę virtutis robur, & erga Regem sinceræ fidei firmamentum cuiusdam puellę, cui Çapatera fuit nomen, animus significauit. Quæ cum suæ domus omnes à Rege defecissent, à sponso suo, qui cum aliis defecerat, interrogata quem erga Regem animum haberet. Ego respondit & vnum Deum colo, qui in cœlis est, & vnum Regem Ioannem in terris. Mortuo deinde in defectione sponso funeri eius interesse noluit, & sibi lugubres vestes ab affinibus oblatas non induit. Illud etiam quod Isabella Montania cognominata fecit, magnæ quidem fidelitatis nec minoris fortitudinis extitit argumentum. Hæc enim cum Barcinonæ magnis opibus multisq; vel animi vel corporis virtutibus maxime polleret, erat siquidem admodum diues, & forma insignis, & à cunctis ciuib⁹ vt in Regē coniuraret, cogeret̄, ne cōiurationis crimen subiret, clam noctu Pobolim oppidū suum in quo pręmunitam arcem habebat, paruo comitatu se recepit. Hic paulo post à socero diuti⁹ armis obsessa, nec oppugnatione, nec minis vnq; cessit, sed tam diu castellū seq; propugnando defendit, donec missum à Rege subsidium, quod aduocauerat sibi, superuenit. Nā cū primū Rex intellexisset Isabellam mulierem sibi q̄ deuotissimā ab hostibus oppugnari, & obsidione premi, statim Petrum Torrellam cō exercitu & auxilio Pobolim misit. Qui celeriter illuc profectus breui hostibus ꝓfligatis & Isabellā Montaniā seruauit incolumē, & oppidanos omnes, qui metu perterriti iam cogitare de deditione cœperant, tutos in fide retinuit. Verum enimuero, quod admirabili⁹ fuit, in tanta mulierum multitudine tres, quas modo memorauī, duntaxat in officio permanserunt. Quæ quidē quo pauciores, & virtute atq; fide pares fuerūt, eo ꝓfecto maiorē laudē & Regis gratiā meruerunt. Nunc aūt de prælijs & oppugnationibus, q̄ sub idē tempus multis in locis acciderūt, non dubito quin aliqd immo multa p̄termiserim. Sunt erī nōnulla, q̄ cū aliis contexere vix potuimus, nec tamen erant silētio digna. In quibus multorū qdem Ducū atq; equitum virtus nō solū magna fuit ꝓspecta, sed etiam admirabilis. Prę sertim in Ampuriarū ciuitate, vbi centum & quinquaginta Regis equites & pauci admodum pedites, qbus Petrus Torrella prę erat, ab ingenti Gallorū multitudine multisq; tormentis obsessi, propè duos menses acriter propugnantes ciuitatem defenderunt. Quos nō hostiū vires, non multa tormenta, quibus acriter offendebantur, sed sola quidem fames equis absumptis ad cibū, deserere ciuitatē coegit. Fuit hic tamē interfectus eques quidam nobilis nomine Saura. Percussi vero grauiter Raimundus Lauianus Gasparis Lauiani filius, Martinus Garaus Cruillas, Sarrera, Petrus Michael, qui fuerat Regis Alphonsi Vicecācellarius, Zapata eques ordinis Mōtesani, Ioannes Valcōcharius, Ioanchius Mesquitan⁹, Aluarus Astorga, & Ioannes Garrus

Carthellana Regi fidelis mulier.

Çapatera puella Regi fidelis.

Isabella Montania fidelis.

Saura eques occis⁹ et alij plures uulnerati.

UVA. BHSC. IyR_186

Garrus. In eo præterea prælio, quod apud oppidum Dematum gestū fuisse demōstrauimus, p̄ter Rhodoricum Reboletum, capti quoq; fuere Ioannes Cardona Comestabilis, Dominus Monialini Siculus, Puccius ordinis Montesani p̄fectus, Raimūdus Labian⁹, Ferdinādus Osorius, Ioannes Lanucius. Desideratus aūt dūtaxat Petrus Nignus, nec hic quidē ab hostib⁹, sed p̄ errorē, quasi Gallus esset, à socijs occisus. Item apud oppidū Peralatū multorū quidem virt⁹ admirabilis extitit. Perpauci q̄ppe nobiles aduersus ingentē hostiū multitudinē acerrime pugnantes, ne Rex ab hostibus caperet, effecerūt. Cuius quidē rei p̄cipuam laudē omnes q̄ prælio interfuerunt, Scipioni Patellæ libenter assc̄ripsere. Plures tū & hic capti fuere, ex q̄bus Ludouicus Mudarra cū in arce quadā sub custodia maneret, post mediā noctē deceptis custodib⁹ ex alta turri desiluit, & extra vallū arcis egressus inspect⁹ à vigilibus & quisnā esset interrogatus, Mudarra statim respondit intrepidus, qui à vobis recedit. Sed redeo ad Regem.

Petr⁹ Nign⁹ occisus.

Ludouicus Mudarra.

LIBER. XVIII.

DE PERPIGNANI OBSIDIONE.

VI FATALI ratione, vt plures arbitrabantur, ad labores natus continuos, post tot vel externa vel domestica bella, senio iam cōfectus aliud etiam & inopinatū cum Ludouico Rege Gallor̄ bellum gessit. Huius aūt belli p̄cipua causa fuit pecuniæ, quam Rex Galliæ Ioanni Aragonū Regi mutuauerat, repetitio. De quo mutuo etsi supra fusius scripsimus, breuiter tamen hoc loco repetemus. Deficientibus igitur Gothalanis Ioannes Aragonū Rex á Ludouico Rege Gallorum trecenta milia aureorū, quos Galli coronas vocāt, mutuatus ei donec mutuum persolueret, oppidū Perpignanū totamq; prouinciā Roscinonis oppignorauit. Cæterū Gothalanico bello confecto Perpignani ciues aliiq; populi finitimi, qui Gallorū mores & imperium molestissime ferebāt, quotidie nec sine tumultu suū Aragonū Regē cōuocabant. Hoc admonitus Ludouicus ab illis, quos Perpignanensibus cæterisq; populis præfecerat, metuēs ne si Perpignanenses ad Aragonū Regē deficerēt, & oppidor̄ possessionē & pecuniā, quā mutuauerat, amitteret, legatos ad Regē Ioannē misit. Qui cū eo de recuperādis pecuniis diligēter agerēt. Quas si Rex Aragonū soluere nollet, aut nō posset, oppidorū, q̄ pignorauerat, sibi proprietatis omnia iura cederet. Quod si min⁹ hoc facere vellet, de reddendo mutuo cōprædes & spōsores in Gallia p̄staret. Hæc cū legati retulissent, Rex hoc modo respōdit. Si mutuū quod à me Regi vestro debeō, soluēdo nūc essem, p̄fecto & vos exigēdę pecuniæ labore, & me ipsum reddēdæ cura, qua maxime p̄mor, q̄p̄ primū liberarē. Nihil est em̄ quod hoc tēpore me magis fatigat, q̄p̄ hęc æris alieni sollicitudo, nihil quod magis optem, q̄p̄ Galliæ Regi, q̄ nos tā necessariis tēporibus, si verū fateri volumus, & pecuniis & militibus plurimum iuuit, satisfacere, Nostris p̄sertim redēptis oppidis. Sed huic animo desiderioq; nostro vires & facultates desunt. Si quidē bella, q̄ tot annos, vt scitis, gessimus, nihil nobis auri, nihil argenti, nihil deniq; rerum omniū mobiliū reliquerūt. Quicquid p̄terea pręciosum nostri proceres & familiares tam Siculi, q̄p̄ Aragones habebant diuturnitate belli consumptum est. Regem igitur Ludouicum magnopere rogam⁹, vt hanc mutui repetitionem tam diu differre velit, donec vel ex paruis vectigalibus nostris, vel ex vsu census oppidorum nostrorum, quæ possidet, sibi satisfaciat. Nam ius proprietatis, quod ille petit, alienare non possum. Vades autem, quos dari sibi poscit in Gallia, necessarios non esse iam cognoscit. Multos enim ac tutos habet fideiussores, dū tot populis nr̄is, quibus imperat, vtit̄. Quod si defectionē eorum timet dūmodo nō aliquam patiant̄ iniuriā, illorū ego fidē & officium p̄stabo. Ad cui⁹ rei securitatem sponsorē me præbeo. Et quoniam mihi Rex Ludouicus nouis conditionibus, quas postulat, & virtuti populo-

Regis respōsum.

UVA. BHSC. IyR_186

rum nostrorū, quos ipse p pecunia, quæ sibi debeꝫ, possidet, & amicitiæ nostrę diffidere visus est, eo diligētius operā dabo, quo minus expostulare mecū iure possit. Cum hoc responso legatis in Galliam reuersis, & oppignoratis populis imperiū Gallorum tumultuosius recusantib⁹, Rex Galliæ rursus & amissionē pecuniæ, & Perpignanensium defectionem veritꝰ, vndiqꝫ more suo conuocatis equitibus magno cum exercitu Duces electos, vt Perpignani ciues & reliqs totius eius ꝓuinciæ populos armis & oppugnationibus opprimerēt, in Hispaniā misit. Qui dicto Regis audientes p montes Pyrenęos in Hispaniam ingressi Perpignanū versus proficiscuntur. Horum aduentū cum Perpignani ciues intellexissent, statim nūcios cum literis ad Regem Barcinonam miserūt. Quibus eum deprecabantur, vt si eorum vitam charā haberet, & Perpignani possessionem in perpetuū amittere nollet, ad eos cum subsidio celeriter cōueniret. Sese cōpertum habere confirmabant Gallorum Regē magno cum exercitu Perpignanū propediem venturum, ac de omnibus Perpignanensibus & eorum finitimis populis vltimū sumpturum esse supplicium. Perpignanenses autem omnes decreuisse potius ad vnum velle mori, qꝫ illius vel aduentū vel imperium ferre. Cum his mandatis nunciis discedentibus, arma quib⁹ aduenientes Gallos à ciuitatis ingressu inhiberent, indignantes parare cœperunt. Quod cum Galli, qui in oppido cōmorabantur, animaduertissent, sibi mortem timentes, in arcē, quā Galliç Regis præfectus tenebat, sese receperunt. Cuius arcis ædificium sic vel arte, vel operis magnitudine præmunitum erat, vt nisi propter famem à custodib⁹ deseratur, nullis hostium viribꝰ, nullis ingeniis expugnari possit. Arcis autem præfectus & omnes custodes subito certis locis munitiones & propugnacula disponentes, oppidanos oppugnantes ingrediqꝫ conantes acriter depellebant. Interim vero Rex ex Barcinona cum paucis equitibus aduenies oppidū ingreditur. Et oppidanos ab arcis oppugnatione magno labore reuocatos & adhuc maxime tumultuantes egerrime cōpescuit. Compositō tandē tumultu, cum eos moneret, vt Gallorū Regi tantisper parerēt, donec illi mutuū psolueretꝫ, statim conclamarunt omnes, vt eos aut morti traderet, aut ab imperio Gallorū liberaret. Se nāqꝫ vel sub Aragonū Rege viuere, vel mortem subire, vel lōgius cōmigrare, sibiqꝫ nouū domiciliū quærere statuisse dixerūt. Quos cū Rex in eo, quod dicebant obstinatos esse, & neqꝫ pudorē, neqꝫ metū sentire cognouisset, mulcere maluit qꝫ irritare. Quod igitur illis expediret se facturū esse respōdit. Interea Gallis q Perpignani propinquas arces oppugnabāt, Regē Aragonū Perpignanūm venisse & arcis custodes oppugnare nūciatū est. Qui vehemēter hoc nūcio cōmoti relictis, q̄ oppugnabāt ꝓximis castellis, celeriter Perpignanū cū omnibus copiis cōuenerunt. Et positis castris, multis tormētsi oppidi portas ac muros oppugnare cœperūt. Est aūt Perpignanū oppidū nobile magniqꝫ incolatus inter Gerundā Hispaniæ & Narbonā Galliæ ciuitatē, ab vtraqꝫ æquo ferè spacio remotū. Tū itaqꝫ Rex Aragonū etsi pacē magis optabat, qꝫ bellū, admiratus tamen insolentiā Gallorū & repentinum furorē, q eius voluntatis ignari nulla ratione ducti oppidū, quod possidebant, oppugnare cœpissent, oppidanos, qs antea reprimere conabaꝫ, vt acriter ꝓpugnarēt hortatus est. Quod illi sine vlla qdē hortatione strenue faciebāt. Cæterū Gallorum erat oppugnatio duplex. Nā propugnantes oppidanos magis qdē arcis custodes, qꝫ ex castris Gallorū oppugnātes fatigabant. Ab illis enī tormētis a tergo feriebantꝫ. Ideoqꝫ Rex post mediā noctē, q̄ secuta est, oīa loca in qbus propugnātes ab arcis præfectis offendi poterāt, magnis multisqꝫ cōfixis trabib⁹ iniectaqꝫ terra muniri iussit. Quod ut citiꝰ ac melius fieret, ipse qdem tota nocte eque militis atqꝫ Regis officio vsus est. Prima luce munitione peracta, oēs vigilia noctis ac labore operis defessos, vt cōquiescerent, commonuit, aliosqꝫ recentiores, qui vicissim propugnarent hortatus est. Oppidani vero omnes & Regii milites, quibus etiam mulieres ac pueri armā ministrabant, cum Gallorum magnus exercitus vndiqꝫ oppidum circumplexus oppugnaret, eo acrius vltro propugnantes hostes à muris propellebant, quod minime dubitabant, quin si in illorum potestatem venīet, vltimo iam supplicio plecterentur. Omnes igitur sibi mortis periculum timentes propugnando fortiores erant, & magnos labores cōtinuasqꝫ vigilias tolera

Rex Gallorū in Hispaniā mittit exercitum.

Perpignanenses Aragonū Regem uocāt

Perpignanū Rex ingreditur.

UVA. BHSC. IyR_186

bant. Ideoq; ab ingẽti hostiũ militudine longaq; obsidione sese incredibili virtute defendebant. Erat enim in castris Gallorũ, qui sunt in oppugnationibus ferociſſimi, hominum milia quadraginta. Quos acriter oppugnãtes, ac nõnunq; scalis muris appositis ascẽdere certati conãtes, Perpignani ciues tũ sua virtute, tũ Regis hortatu fortiſſime reppulerũt. Et quatuor penè mẽses, p̃ter maximos labores, etiã famẽ multarũq; rerũ inopiã ptulerunt. Nã sub idẽ tẽpus Ferdinandus Regis filius ex Castella, vbi Regis Henrrici sororẽ Heliſabẽ, vt superius demonſtrauimus, in matrimoniũ duxerat, obsesso patri subuenire desiderans paucis comitat⁹ eqtib⁹ in citeriorẽ transiit Hiſpaniã. Et auxiliis in itinere cõtractis Barcinonẽ puenit. Hic etiã & Gerũ dæ copiis auctis, Perpignanũ versus ꝓficiſcit. Cuius aduent⁹ expectatio terribilis admodũ in castris Gallorũ ferebat. Omnes enim & vlterioris & citerioris Hiſpaniæ proceres cũ magno equitũ & peditũ numero secũ ducere Ferdinandũ multi Gallorum Ducibus falso nunciabãt. Nam & equites valde pauci cũ Ferdinando veniebãt, & peditum quoq; paruus erat exercitus. Galli tamen crebris falſiſq; rumoribus pterriti prima nocte taciti diſceſſum parare cœperunt. Et de ſecunda vigilia magno ſilentio caſtra mouentes, obſidione relicta, clam diſceſſerunt. Toq; nocte continenter euntes, in Gallię fines ante diem puenerũt. Quorum fugam cũ vigiles ciuitatis nondum exorto ſole, nihil in locis vbi Gallorum caſtra fuerant concernẽtes, animad uertiſſent, affecti magno gaudio ad Regem certatim concurrunt propter hostiũ diſceſſum prę mia petentes. His abitionem Gallorum nũciantibus, incredibilis omnibus lætitia, ſed maior oppidanis orta eſt. A quibus exultantibus maximus exortus eſt clamor. Rex autem, cuius animus & omnis mentis affectus erat in filio Ferdinãdo, ſuſpicari ſtatim vereriq; cœpit aduerſus eum Gallos eſſe profectos. Ideoq; nonnullis confeſtim p̃miſſis pueris velociſſimis, ipſe mox cum multis equitibus & magna Perpignanenſiũ multitudine de filii ſalute valde ſollicitus ex oppido profectus eſt. Cumq; nõ longius progreſſus eſſet, ei & filiũ cum exercitu iam aduenẽtare, & hoſtes in Galliam ingreſſos eſſe & Narbonã ciuitatẽ verſus proficiſci nũciatum eſt. De quibus rebus etſi minime Rex dubitabat, certiſſimis nunciis affirmantibus, tamen non tã anceps q̃ videndi filium percupidus ad eum pergere ſtatuit. Signa cuius & armorum fulgores vbi militũ ſeptẽ iter confecit plane proſpexit, & multos à Ferdinando miſſos nuncios accepit, ac ingentes lætantiũ militum voces audiuit. Ferdinandus interea & de Gallorũ diſceſſu, & de patris aduẽtu certior factus, cũ equitibus leuis armaturæ Regi celerius obuiam venit. A quo non minus honorifice q̃ lætanter acceptus eſt. Et poſt gratiſſimos amplexus, dũ milites vtriuſq; conuenirent, lõgos ſermones inuicem contulerunt. Demum Perpignanum ſimul eodem die ſese receperũt. Hic dies propè viginti, dũ Ferdinandus & eius milites longi itineris laboribus defeſſi cõquieſcerent, Rex cõmorat⁹, interim cõuocatos omnes oppidanos iterum cõmonuit, vt Ludouico Gallorum Regi, cuius amicitiam conſeruare volebat, breui tẽpore pareret, donec mutuũ, quod illi iure debebat, perſolueretur. Ad hęc verba Regis ex oppidanis vir quidam nõ ignobilis hoc modo reſpondit. Quod ex me audies, inuictiſſime princeps, hoc nimirum eſt inſitũ mentibus omniũ, q Perpignani ciuitatẽ & totam eius prouinciã colunt. Vnus enim ex paucis ego ſum, ne dicã ſolus, quos tuus hic populus omnibus in rebus & publicis et priuatis negociis ſemper conſulere conſueuit. Quapropter nemo quidem eſt in hoc oppido, cuius ego mores & ingenium ignorẽ. In hac autem re, quam nunc à tua Maieſtate iubemur, iam pridem volũtates & animos omniũ ſum expertus. Quibus omnino decretum eſt, quouis mortis genus potius perferre, q̃ diem vnum Gallorum mores & imperium ſubire. Aſſueti quippe tecum viuere benigniſſimo principe, barbaros quidem aliorum mores & inſolitã ſeruitutem tolerare non poſſumus. Quare ſi tu, magnanime Rex, quod nõ credimus, Galliæ Regis amicitiam pluris facis q̃ amorem noſtrũ, quo te proſequimur, tibiq; libet illi huius oppidi liberam poſſeſſionẽ relinquere, hoc eſt quod nos tuam Maieſtatem ſupplices deprecamur, vt nobis aut ipſe alium colendum quemuis locum cõcedas, aut nos ipſos pro liberis noſtris & vxoribus aliud q̃rere domiciliũ p̃mittas. Quod ſi hinc abire tibi in animo eſt, & huc iterũ cõ

Numer⁹ Gallorum exercitus.

Galli ab obſidiõe diſcedũt

Ferdinandi principis aduentus.

Verba cuiuſdã Perpignanenſis ad Regem.

UVA. BHSC. IyR_186

tra nos rẽuerſuros Gallorũ exercitus ſuſpicaris, nullum quidẽ nobis maius beneficium confer re potes, q̃ ſi te laboribus & periculis eripiens aliquem tutum in locum contuleris. Nos enĩ te vel abſente ſemper honorem tuum, nos domos noſtras, liberos & vxores, preſertim contra Gallos, facile defendemus. Quapropter etſi monitis eius obſequi nolle videbantur, eos tamen quia ſibi q̃ deuotiſſimos eſſe cognouerat, conſolari maluit, q̃ accuſare. Quibus, quoniam ex oppido iã diſcedere ſtatuerat, Ludouicũ Requiſentiũ p̃fecit, et cũ eo multos nobiles et eqtes regnorũ ſuorꝝ q̃rũ multos paucis ante dieb⁹ militaribus donis & inſignibus ornauerat, manere iuſſit. Quorũ nomina pauca hęc occurrunt. Spurius Cardona, Martinus Angulus, Ludouic⁹ Mudarra, Ioannes Clauerius, Michael Ioannes Gralla. His omnibus vbi qd facere deberẽt imperauit. Poſtero die militibus Caſtellę, qui cum Ferdinando venerant, veniã & miſſionẽ flagitantibus, & annona, quam in oppido relinquere volebat, iam deficiente, cum filio Ferdinando & eius exercitu Barcinonam verſus proficiſcitur. Septimoq̃ die poſtq̃ diſceſſerant in ciuitatem peruenerunt. Hic cum dies quinq̃ Ferdinandus commoratus eſſet, etſi cum patre manere diutius optabat, ſuę tamen vxoris Heliſabes Caſtellæ Reginę nunciis & literis vrgentibus, ad eam demum cum ſuis copiis, patre ſuadente, diſceſſit. Cuius diſceſſum cum primum Galli, qui Perpignani arcem tenebant, intellexerunt, ad Ludouicum Regem in Galliam nuncios & literas miſerunt. Quibus eum de Ioannis Aragonum Regis abſentia, & eius filii Ferdinandi in Caſtellam receſſu certiorem faciebant. Ideoq̃ ſi Duces cum exercitu redirent, oppidum capere facile poſſent. Sin autem eius expeditionem negligeret, & ſerius exercitum mitteret, ſeſe cum arce ſimul in hoſtium poteſtatem venturos eſſe dicebant. Nec dubium eſſe, quin paucis diebus aut oppugnatione aut fame deuicti manus hoſtibus darent. Propterea q̃ equites & oppidani poſtea q̃ eos Rex Aragonum deſeruerat, inceſſanter nos in arce multis tormentis acri⁹ oppugnabant, ſeq̃ quo longius vigiliis & magnis laboribus iam defeſſos vix poſſe pedibus inſiſtere. Periculis igitur illorum Rex Ludouicus commotus, ac ſecum reputans incommodũ & iniuriam, quæ eum maneret in poſterum, Ducibus, qui cum copiis apud Narbonam ciuitatem conſtiterant, imperauit, vt ad obſidendum rurſus Perpignanenſes ſtatim feſtinarent, donec his expugnatis totam eorum prouinciam deuaſtarent. Quos etiam monuit, vt ſi inde ſine ſuo iuſſu recederent, ſcirent ſe grauiores ei pœnas eſſe daturos, q̃ hoſtibus, ſi in eorum poteſtatem venirent. Duces ergo Gallorum, quos ab obſidione diſceſſiſſe grauiter pœnitebat, cognita Regis voluntate, non tantum minis eius & imperio, quantum verecundia cõmoti, q̃ primum conuocatis militibus, qui per oppida vagabantur, ad obſidendum oppidũ ſtatim cõuenerunt. Quod magna feſtinatione locatis caſtris diſpoſitiſq̃ tormentis acriter oppugnare cœperunt. Exiſtimantes oppidanos a Ducibus & Rege deſtitutos aut metu perculſos in deditionem eſſe vẽturos, aut paucis diebus oppugnatione deuictos iã manu capiẽdos. Sed tamen eos longe nimirũ ſua fefellit opinio. Perpignanenſes enim, qui dũ Rex aderat in patriæ defenſione magnã laudem p̃meruerant, Rege quidẽ abſente multo fortiores erant, acriuſq̃ propugnabãt. Nec ſe diutius intra muros continere poterãt, ſed odio magno, quo Gallos inimiciter p̃ſequebantur, & pugnandi deſiderio conflagrantes interdiu nõnunq̃ noctu portis oppidi reclusis i caſtra hoſtium erũpentes, illorum multis occiſis & nõnullis captis in oppidum ſumma celeritate ſeſe recipiebant. Ac potius oppugnatores, q̃ propugnatores erant. Donec attoniti Gallorum Duces & iam defeſſi non ſolum ab oppugnatione ceſſãbant, ſed vrgente quoq̃ metu de diſceſſu plærumq̃ cogitauere. Formidabãt enim nõ modo bellicoſiſſimos viros, ſed armatas q̃q̃ mulieres fortiſſime pugnãtes. Quappter etſi ſui Regis indignationis & iræ memores ab obſidione recedere non audebant, affecti tñ multis magniſq̃ cladibus & de victoria iã deſperãtes p̃rſus abiiſſent, niſi defeciſſe cõmeatus obſeſſis & oñe cibariorꝝ gen⁹ intellexiſſent. Qui mẽſes ab obſidionis initio circiter octo nõ ſolũ cibariis humanis, ſed oĩb⁹ etiã cõſumptis animalib⁹ & herbis diuturna fame lãguẽtes dũ p̃pugnabãt ſuo ipſorꝝ motu cõcidebãt. Intolerãda q̃ppe fame vix credibile eſt q̃ patiẽtes erant. Oẽs enĩ multis dieb⁹ nihil p̃ter mures ac feles

UVA. BHSC. IyR_186

& domesticos canes, quos mulieres per vicos oppidi linteis & longis latisq; pallis venabant, cōmanducauere. Quibus etiam deficientibus extrema iam necessitate laborantes non solum ī carnes Gallorum, quos occiderant, dentes intulerunt, sed in suorum quoq; cadauera morsus in fecerunt. Nōnullę mulieres cū peperissent rabie famis agitatę vtero suo cōtinuo fœtus reddiderunt. Alię præterea matres inedię stimulis actæ non equidem maternæ pietatis oblitæ, sed famis imperio conuictæ suos filios siue fame siue alio casu perēptos, lamentatione miserabili prosequutę lachrymis aspersos comederunt. O rem admirabilem, & cibi genus infandum. O rarū famis & extremę necessitatis exemplum. Quod in Hispania tamen tertio nūc accidit, bis etiā antea contigerat, & Numantinis à Romanis obsessis, & Saguntinis à Carthaginensibus. Sed Perpignanensium fuit tolerantia maior, qui cum tot mala & supprema pericula suo etiam Rege monente vitare potuissent, noluerunt. O ingentem hominū & admirandam in laboribus & periculis perseuerantiam. Vsq; adeo nanq; Perpignani ciues in patriæ defensione pertinaces fuerunt, vsq; adeo Gallos oderunt, vt ne illorum imperium subirent, omnia malorum genera perferre maluerint. Magna tamen eorum virtus, magna fides & fortitudo laudabilis. Sed equitum, quos illic Rex cum præsidio reliquerat, constantia laudabilior. Propterea q; à Rege sæpius admoniti per literas, vt exirent ex oppido, quoniam eis cōmeatum & subsidium mittere non posset, illi tamen ne ciues, quos fortissimos agnouerant, desererent, cum eis permanere & extrema pati decreuerant. Cæterum cū fames indies magis vrgeret, & neq; subsidii, neq; vitæ vlla spes esset, honestas à Gallorū Ducibus oblatas de pace cōditiones, vt & ciues honorifice benigneq; tractarentur, & equites cum armis & equis discederent, acceperunt. Galli igit portis iam reclusis, multis in oppidum ad explendam famem & ciuiū mulcendos animos præmissis cibariis, ingressi tandem & suis & aliorum laboribus finem fecere. Equites vero Regii, quoniam pro cibis equos omnes absumpserant, armis etiā, quę ferre non poterant, relictis, pedibus iter facientes ad Regem Barcinonem peruenerunt. Quos Rex omnes amplex⁹ magnis honoribus excepit, & eorum fide fortitudineq; mirifice laudata, pro tempore, quibus potuit muneribus prosecutus est, excusata pecuniæ & rei familiaris tenuitate.

Magna uis famis.

Horrendum ciborum genus.

DE MORTE EIVS ET GESTIS IN EA.

OMnibus confectis & extinctis bellis reliquum vitæ suæ tēpus Barcinonę transegit. Vbi demum labore senioq; penè consumptus, vitali iam deficiente virtute, febre defatigari cœpit. Cum igitur lecto triduo decubuisset, vt erat semper homo cautus & prudens, iam se moriturum cognoscens accersito animę medico de omnibus exactæ vitæ noxiis Christianorum more gemens & magno cum dolore confessus est. Allatum mox sacramentum, quod auidissime petiuerat, lachrymabundus deuotissime recepit. Vbi vero animæ saluti consuluit, testamētum deinde condidit, & Ferdinandum filiū hęredē successoremq; legitimū instituit. Ad quē in Castella tunc commorantem nūcios & hanc misit epistolā. ¶ Satis me diuq; vixisse cognosco, Ferdinande fili charissime, & ideo quoniā & diutius, & vt opinor bene & cū honore vixerim, magnas immortali Deo gratias ago. Nunc autem iam tempus est, vt naturę debitum persoluam. Cui ego iā citatus, quoniā sic necesse est, parere minime recuso. Arbitror itaq; me propediem ab hac vita mortali discessurū. Cōtinua siquidē febre quinq; dieꝝ meū penè defatigatum corp⁹ & ętate confectū in horas magis debilitari sentio, & cū spe vitę simul deficere. Quapp̄ter vbi nostrorū maiorū more & Christianę religionis instituto diuinis & humanis rebus satisfeci, mihi æquū atq; pneccessariū visum est, vt te, quē priusq; discedā videre non potero, de valetudine mea vel emigratione potius p literas & nūcios certiorem facerem. Mitto igit tibi simul & Isabellę tuæ præstantissime coniugi salutem & paternam benedictionē. Et quia de rebus à me nuper institutis quid tu Ferdinande fili pro nīa & aliorum salute sis factur⁹ ex testamento nostro plane omnia cognosces, hac epistola vos, nam tecum etiam Isabella filia charissima loquor, pro meo erga vos amore, & itē pro vra in me pietate moneo, rogo, & obtestor vt

Regis epistola ad Ferdinā dum filium.

UVA. BHSC. IyR_186

omnibus rebus humanis diuinas anteponatis. Nihil vobis vnq̃ sit chari? Dei cultu, nihil virtute præstantius. Nihil pręterea sine bonorum virorū consilio faciatis. Mementote quęso sem per istius nostrę monitionis, quæ vos ab amore paterno missa profecto nunq̃ fallet. Ego vobis & labores & æmulos non defuturos prospicio. Sed vos si meis monitis parueritis, nullis vnq̃ victi cedetis aduersariis, nullis defatigati laboribus succumbetis. Equites insuper vobis & populos omnes vestri principatus & Regiam demū dignitatem plurimum cōmendo. Valete & absentiā nostram fertote moderate. Cū his ille nunciis ad Ferdinandū filiū missis, omnes qui aderant, quoniā tristiciā quandam præ se ferre videbantur, consolari cœpit, vt vim ne cessitatis æquo animo ferrent, omnibus moriendum esse dicens, neq̃ tamen eos mori posse, q bene vixissent. Bonis hominibus & virtutem colētibus auxilium diuinū non defuturū, quod sibi multis in rerum & fortunæ varietatibus nunq̃ defuisset. Hæc cum dixisset, remotis omnibus cōtemplationi deditus aliquandiu conquieuit. Mox autē vbi vitæ spei minus habere cœpit, admissos equites & familiares perhumane singulos amplexatus, suppliciter ab omnib? veniam petiuit, si quem forte grauius offendisset, si cui nō pro meritis satisfecisset. Interea medici quo diutius eius mortē differrent, ex margaritis & auro cæterisq̃ gēmis admodum p̄ciosis & simul cōtritis confectos cibos ei ꝓpinabant. Quibus aliquāto suffult? tā diu vitam produxit, donec quę voluit effecit dixitq̃ omnia. Nullū doloris signum, nullam mētis perturbationē, nullum denicq̃ mortis metum præ se ferens. Sed aduersus eā fortis & constans, omniū præteritarum rerum memor, & præsentes diligenter instituit, & de futuris prudenter religioseq̃ cōsuluit. Pridie vero q̃ naturæ satisfaceret, cum se grauiꝰ affici sensisset, extremum ecclesiæ petiit olei sacramentum. Quo solēniter perunctus, laborantis & iam demigrantis animę spiritū magno labore ducens, à sacerdotibus Euāgelicam lectionē recitari, qua Christi cruciatus referū tur, obsecrat, & pœnitentiarū psalmos. His orantibus aures dum prębet attentiores subito nimioq̃ langore defessus totus penè concidit, adeo vt conclusis iam luminibus & manibus frigidis à nonnullis efflasse animam crederetur. Verum mox respirans & iam reclusis oculis omnes, qui aderant, aspiciens. O vanas, inquit, hominum cogitationes. O miseros omnes, qui ad principatus aspirant, qui diuitias, opes, & nimios honores affectant. O fœlicē pauperum cōditionem, & illorum securam vitam atq̃ beatam, qui panem comedunt cū sudore sui vultus, qui viuunt labore manuum suarum. Nam mihi misero quid regnum, quid honores, qd obsequia plurimorū contulerunt? Quid? labores scilicet magnos & multa corporis & animæ pericula. Nec vnq̃ ætate tā lōga potui mihi dies aliquos videre bonos. O me miserū & infœlicē, qui tā sero fallacē mundū cognosco, qui vitā certe vixissem multo meliorem, si nō Rex, sed pauperis agri cultor fuissem. Hęc magno cū animi dolore ferebat, Alphonsi fratris, vt arbitror, recordatus atq̃ secutus exēplum, q Neapoli olim moriens eadem protulisse verba memorat. Cæterū cū hæc dixisset imaginē Christi crucifixi, quę iuxta eū erat, defixis oculis intuēs: O conditor, ait, mūdi Deꝰ omnipotēs & hominū pietissime redēptor, parce mihi indignissimo seruo tuo miserere mei clementissime Iesu, & à peccatis meis auerte faciem tuam, non meis meritis domine, quę nulla sunt, sed illa tua ineffabili pietate & infinita misericordia, qua motus, vt homines à morte redimeres, crucis mortem subire voluisti. Hæc locutus voce iam deficiente Christi patibulum sępius osculatus expirauit.

DE AETATE EIVS ET TEMPORE MORTIS ET EXEQVIIS.

Decessit Barcinone. xiiij. Kalendas Februarii, post partum virginis anno. M. CCCC. LXXIX. Aetatis vero suę. LXXXIIII. mēsibus quinq̃ minus & decē diebꝰ. Aragonię aūt regno p̄fuit annos viginti. Cuius funꝰ maximis honoribus & ingenti solēnitate celebratū est. Sed multo maiore omniū mœrore atq̃ fletu deploratū, tota ciuitate summo dolore cōcussa, adeo vt mœstissimis lamētis q̃q̃ Barcinonę domꝰ funestata videret. Vbiq̃ nāq̃ luctꝰ

UVA. BHSC. IyR_186

vbiq; gemitus, vbiq; deniq; miserabilis fletꝰ audiebatur. Cum primum egit animam, præter multas hominū querelas & vberrimos fletus, venaticos etiam canes, quibus persequi feras cō sueuerat, tristes vlulatus emittentes mirabiliter fleuisse cōplures nobis viri nobiles affirmarūt. Aragones præterea omnes, Gothalani, Siculi, Valentini vexilla magno gemitu per terrā trahentes in signum magni doloris etiā clypeos cōfregerunt. Huius siquidē principis mortē incredibiles hominū lamētationes secutę sunt, quæ nondum etiā post triginta annos à multoꝝ pectoribus exciderunt. Plures em̄ q cū eo vixerunt, sępe mecū sermones cōferentes eū sine gemitu lachrymisq; nominare vix possunt. Peractis exequiis defuncti corpus p̄ciosis vnguētis, balsamoq; punctū ex Barcinone magnus sacerdotū numerꝰ & ingēs nobiliū multitudo Populetū detulerūt, sic enim testamēto statutū fuerat. De cæteris aūt rebus in testamēto relictis nihil cōpertū habui, nisi q à Ioanne Coloma secretario eius accepi, de sacrificiis quibusdā & rebus diuinis p illoꝝ salute q̄tannis celebrādis, q sub eius imperio militātes ī p̄liis occubuissent.

Canes ī morte Regis ululasse.

LIBER XIX.

DE REGE FERDINANDO ET ISABELLA REGINA CATHOLICIS PRINCIPIBVS.

ETSI DE REBVS, quas Rex Ferdinādus & Isabella Regina gesserunt numero multas & magnitudine mirabiles, historiā recentē adhuc & vix absolutam publicare nō licet, tamē Carolo Regi Cæsariq; nr̄o, qui fortasse virtutes auitas & præclaras actiones ignorat, rem per gratā faciemus, si pleniorē historiam magnūq; volumē in annū quin quagesimū differentes, summā quādam & quasi breuiariū rerū, quas animose sancteq; gesserunt, in lucē proferemus. In quo multis etiam Hispaniæ nobilibus atq; Siciliæ, quorū parentes pro Regia dignitate magnos labores multaq; pericula passi magnā laudē ppetuamq; memoriā meruere, gratificabimur. Cæterū priusq; de rebus, quas principes catholici gessere, quicq; dicamus, more nr̄o de vtriusq; natiuitate breui sermone referemus & primo de Rege Ferdinando.

DE LOCO ET TEMPORE CONCEPTIONIS ET NATIVITATE EIVS.

GEnitus fuit Rex Ferdinandus in Aragoniæ pago, quem Aragones Fresinū vocāt, & distat à Calataiuto passuum milia circiter duodecim. Locus est aūt, q̄uis paruus, aquis tamen, hortulis, arboribus amœnus & agris fertilis. Vbi Ferdinandi parentes dies aliquot commorantes eū genuerunt, anno supra mille & quadringentos quadragesimo nono, circiter Idꝰ Iunias. In hoc aūt paruulo pago & cuiusdā agricolę pauperis hospitio genitū fuisse Regē Ferdinandū, nobis quidem multis rationibus cōstat. Nam cū Rex Ioannes pater eius hinc discedens Valentiam versus profectus esset, vt illic equitū quorundam pernitiosas factiones & magnos populorū tumultus cōpesceret, Regina Ioanna quæ remāserat in Fresino post Idus Iulias cessantibus naturæ menstruis se grauidam esse cognouit. Cuiꝰ rei nuncium cum literis ad Regem destinauit. Quem nuncium postero die Ioannes Pietas Regis hospes cum aliis Reginę literis subsequutus magnis à Rege muneribus & omnis immunitatis priuilegio donatus est, atq; etiā vt omnes patrię suę, qui ferè omnes agricultores erant, honore præcederet. Rex præterea Ferdinandus cum hac transiret Isabellæ Reginæ me præsente suum genitale solū ostendens, ecce inqt locus ecce domus, in qua me parentes genuerunt. Erat aūt domus admodū parua, cuius parietes nō marmorei, non lapidibus extructi, sed qui ex compressa terra vix manebant. Quoscum Carolo Imperatore Cæsaraugustā proficiscentes, quia Ioannes Pietas & eiꝰ

Fresinus.

UVA. BHSC. IyR_186

vnicus filius è vita migrauerant, cū Ioanne Ruffo Archiepiſcopo Conſentino legato ſummi Pōtificis ſine cultore vidim⁹ & ſine tecto. Hinc Regina diſcedēs Kalēdis Octobris vtero iā tu meſcēti & p Nauarrę principatū ꝓficiſcēs Sangoſæ cōſtitit. Vbi ꝓpter abſentiā Regis ipſa ſi mul cū Carolo priuigno, cōſiliariis & iuſticiæ p̄fectis adhibitis, omnib⁹ Nauarræ & Arago nię populis iura prudēter adminiſtrauit. Cūq; pariēdi tēpus inſtare ſenſiſſet, & infans ex vtero matris egredi conaretur, etſi tunc temporis imbrium tēpeſtas erat horribilis, vt tamen in Ara
Soſium. gonia pareret, lecticam ſtatim conſcendens Soſium, quod erat Aragoniæ oppidum Nauarræ propinqui⁹, deferri ſe propere iuſſit. Huc dum vehitur, itinere toto per paſſuum milia feré ſe ptēdecim q̄uis magnis continuiſq; partus doloribus afficiebatur, tamen vt erat fortis & pru dens & ſuę dignitatis atq; ſalutis non oblita, dolores, quibus maxime torquebatur, ſupprimēs ac diſſimulans, Deo preces & orationes fundere nunq; deſtitit. Vbi tandem Soſium peruenit Dei auxilio & nomine Marię Virginis inuocato, & adiuta diligentis obſtetricis officio, filiū peperit Ferdinandum ſexto Idus Martias, anno. M. CCCC. L.

DE SIGNIS ET IVDICIIS PROSPERAE NATIVITATIS EIVS.

QVo quidem nato magna repente ſerenitas orta eſt, & ſol, qui die toto vix apparuerat, multo clarior quàm ſolebat effulſit. In ęthere præterea corona variis ornata coloribus & Iridi ſimilis viſa eſt. Quę ſigna nimirum multis, qui aderant, oſtendere videbantur, vt puer qui proximo partu natus eſſet, clariſſimus inter homines erat futurus. De cuius etiā nata licia fœlicitate multi viri ſapientes & aſtronomi non præſentes modo, qui eum natum viderūt ſed abſentes quoq; longeq; diſtantes multa magnaq; prædixere. Siquidem Neapoli eo die, quo natus eſt puer, vir quidam religioſus ordinis Carmelitarum, homo literis & moribus inſi gnis ad Alphonſum Regem in caſtellum nouum veniens, hodie inquit Rex in Hiſpania citeriori puer tui generis natus eſt, qui maximus olim inter Chriſtianos principes nominabitur. Quippe qui res magnas, multas, & ſanctas domi foriſq; geret, quibus fidem, noſtram religio nem Chriſtianam, & Hiſpanię nomen altius attollet. Cuius verbis & vaticinio Rex, quoniam vir ſanctus a multis, qui mores eius & vitam nouerant, habebatur, & multa quæ antea prędi xiſſet veriſſima reperiebat, magnam fidē adhibuit. Quam nō multo poſt cum de Ioannæ Re ginæ partu nuncium accepiſſet, affectus lętitia confirmauit. Carol⁹ etiam princeps Vianę fra ter eius ex patre, qui fuit virtute prędlarus & diuini cultus admodū ſtudioſus, cū ad ſe prāden tem Ferdinādus admodū puer & annoꝝ feré quinq; venire nunciaretur, ei confeſtim ſurgens obuiam deſcendit, & ſuis quibuſdam dicentibus vt eum, quoniam puer erat, expectaret in mē ſa, neſcitis inquit quę cauſa vel quę ratio potius me mouet, vt puerum hūc plurimū diligam & magnifaciam, profecto nō ſolum quia frater meus eſt, ſed ꝙ eum ſine dubio proſpicio prin cipes omnes, quos Hiſpania noſtra peperit omni genere virtutum ſuperaturū. Alia præterea multi viri non indocti multa prędixerunt, qui ſuis opinionibus & iudiciis decepti minime fu erunt. Aſſerebant enim puerum adoleſcentemq; labores magnos multaq; paſſurum pericula, poſtea vero de multis hoſtibus & ad uerſarijs victorias habiturum triumphales, & ex tenuiſſi ma fortuna ad honores ampliſſimos venturum & altiſſima rerum faſtigia. Quę quidem om nia ſuum effectum ſortita iam vidimus. Cæterum Ferdinandus in Freſino genitus & in So ſio natus, vt erat in omnes princeps humanus & benignus, vtriuſq; loci memor vtrūq; po pulum maxime coluit & memorabilem fecit.

DESCRIPTIO SOSII ET LAVDES.

NVnc autem quoniam de Freſino ſupra mentionem fecimus, æquum videtur, vt de So ſio quoq; pauca dicamus. Eſt itaq; Soſium, quod indigenæ Sos appellant, oppidū Cæl tiberię, quæ nunc Aragonia dicitur, primū quod ex Nauarra venientibus occurrit, in ędito lo

UVA. BHSC. IyR_186

co positum. Quę res causa est magnæ salubritatis. Geminos colles amplectit: ex quib⁹ descē sus est & ad totidem planicies & agros admodum fertiles, multumq; fructiferos. Multis reb⁹ ad humanę vitæ vsum necessariis abundans. Fœlix præterea claris alumnorum ingeniis, & eq tibus nobile. Quorum præter alios, q militari virtute ac eruditione, laude magna digni fuere, duo præcipue viri recentiores & nostri temporis nobis occurrunt merito nominandi, Iacob⁹ scilicet Fontius & Martinus Ampius moribus & literis insignes.

DE PVERICIA EIVS ET EDVCATIONE.

NVnc autem digressio nostra finem habeat, & ad Ferdinandum reuertatur oratio. De cu ius infantia quod scribā nihil habeo, nisi q; cum esset forma cōspicuus, in se omnium oculos conuertens, parentibus magnam spem probitatis magnæq; virtutis promittere vide batur. Cum autem septimum ageret annum, quo iam ætas discere literas admonet, excellentis ingenii magnæq; memoriæ signa dedit. Sed iniquitas temporum fortunęq; sęuientis inuidia magnum principis ingenium, quod erat ad literas capessendas aptissimum, à bonarum artiū studiis retraxit. Nam cum Hispano more legendi scribendiq; ordinem didicisset, & iam gram maticæ præceptis incūbere vellet, exorto bello, quod Carolus à quibusdā male persuasus pa tri suo crudeliter intulit, puer à literarum studio reuocat⁹, arma cum vix annum decimum cō pleuisset tractare cœpit, & aurigis ac pueris à pedibus adiutus equum ascendere & agitare didi cit. Qui cum propter ætatem sine vllo dignitatis titulo parum autoritatis haberet, vt & hono re aliquo gauderet, & ab aliis diligentius obseruaret, Montis Albi Dux à patre creat⁹ est. Edu catus autem inter equites armatos & adultus, cum literis vacare non potuisset, eruditione caru it. Tametsi magnis ingenii viribus adiutus, & consuetudine sapientū non minus prudens eua sit ac sapiens, q; si fuisset doctissimis præceptoribus eruditus. Sed de virtutibus eius & aliis re bus alias. Nunc enim quoniam quantam fortitudinem adolescens in officio rei militaris ostē dit, quantamq; meruit laudem multas adeptus victorias, & quas res vsq; ad tempus quo duxit vxorem gessit, in patris eius historia demonstrauimus, cum de Isabellę Reginæ die natali pau ca dixerimus, ad ea quæ matrimonio coniuncti simul gesserunt summatim referēda veniem⁹.

DE ISABELLAE REGINAE PROGENITORIBVS.

ET si de Castellæ Regibus & Isabellæ Reginę prosapia longam mentionem fecimus, nūc tamen aliquid repetere perneccessarium ducimus, vt qui fuerint eius proaui scire volenti bus gratificātes: q; recta linea, quāq; legitimo iure in Castellę regno successerit Isabella post mortem Henrrici fratris ostendamus. Ab Alphonso itaq;, reliquis omissis, initium sumemus. Qui cum clemētissimus & humanissimus fuisset, Petrum genuit sibiq; successorem instituit. Qui crudelitatis infamiā subiit, vnde cognomen accepit. Quapropter ab Henrrico fratre suo notho iure cæsus existimatur. Quo de medio sublato complures Hispaniæ proceres, quibus illius immanitas formidolosa fuerat, ad Henrricum gratulatum conuēnientes, eū statim Regē appellauerunt. Hic Castellæ nobilium & omnium populorum voce Rex elect⁹, humanissime gubernauit. Cui mortuo Ioannes filius successit. Qui filium genuit Henrricum, cui Ioannes filius in Castellę regno succedens Hērricum filiū habuit. Qui propter aduersam corporis va letudinem Valetudinarius fuit appellatus. Ex quo natus est Ioannes cognomento Secundus, Hic in Tauro ciuitate nat⁹ adhuc infantul⁹ pr̄em amisit. Ideoq; patru⁹ eius Ferdinādus quasi tutor, Castellę regni curā susceptt, & iustissime fidelissimeq; gubernauit, vsq; ad tēpus, q; puer diligēter educatus & adult⁹ ad ętatē puenit, qua potuit gubernare. De cui⁹ electione & iureiu rādo, q; Hispaniæ nobiles & ciuitates Regi suo quasi pignus fidelitatis p̄stare solent, & Ferdinā di patrui eius admirabili virtute animoq; magno & excellenti latius alibi scripsimus. Illud au tem hoc loco admonere volumus, quod vulgo fertur & in multorū mentibus insitum est. Di cunt enim Ferdinandum in Toleti templo maiori, quo magnates & ciuitatū procuratores cō

UVA. BHSC. IyR_186

uenerant, vt qui Rex erat futurus post Henrrici mortem intelligerent, Ioannem fratris filium paruulum circumstantibus ostendisse suis humeris impositum, quod alii minime probant. Propterea q̃ eo tempore puerum Segouiæ fuisse dicunt, nec Toletum delatum fuisse propter imbecillam ætatem, quapropter absens Rex fuit appellatus. Qui procedente tempore diligẽter educatus cum ad ætatem peruenisset, qua iam curatoris non egebat, multis instructus lectionibus & sapientum virorum consiliis adiutus regni sui curã suscepit, & annos propè quinquaginta regnauit. De cuius administratione rebusq̃ gestis historia prægrandis & capitulosa satis circumfertur. Hic Rex vxorem duxit Mariam Ferdinandi patrui sui filiam. Quæ primum filias peperit duas, quæ teneris annis à vita migrarunt, & deinde peperit Henrricũ, qui fuit huius nominis numero quartus. Cuius matre defuncta pater Isabellam duxit vxorem Ioannis Portugalliæ Regis ex filio neptem. Ex qua illi Isabella nata est, de qua nobis est sermo futurus, & Alphonsus, qui annum agens ferè decimũ quartum sublatus est. De cui⁹ genere mortis quod homines opinantur, ego quidem nec affirmo nec inficior. Extinctum enim suspicantur nõ sine veneni suspitione, quod si fuit datum, quod ego non arbitror, profecto nequaq̃ gustasset, sicq̃ de quibusdam, qui regni patrimonium occupantes res nouas moliebantur, sentiebat, dissimulando tacuisset. Decept⁹ est enim puer, propterea q̃ nec eius animus excellens, generosus, & vere Regius quę fieri contra suam dignitatem videbat tacere potuit, nec ætas puerilis hominũ mores & insidias nouerat. Nunc autẽ quoniam de rebus gestis Henrrici Regis, de moribus, de duabus vxoribus, quarum, quia natura mollis erat, neutram defloruit, ab aliis autoribus muta narrantẽ, & nos etiã aliis in locis pleniorẽ fecim⁹ mentionẽ, ad Isabellã iã nr̃a reuertaẽ oratio

DE LOCO ET TEMPORE NATIVITATIS EIVS ET ALIIS REBVS.

NAta est Isabella Regina in oppido Matricali, quod à Salmantica ciuitate distat passuum milia circiter quinquaginta, albi vini copia & bonitate nominatũ, anno supra milesimũ quadringentesimo quadragesimo nono. Quæ post obitũ patris cũ mater mariti desiderio nimium flens in grauissimam non solum corporis valetudinem, sed etiam mentis ægritudinem incidisset, Henrricusq̃ frater eius, quem pater moriens Regẽ instituerat, omnia possideret, educata est modicis opibus tenuiq̃ fortuna, sine fastu, sine delicijs, sine mendaciis, sine adulationibus, sine vllis illecebris, quibus omnes ferè magnorum principum liberi delicatiores educari solent. Quam adultam sine vlla vel parentum vel aliorũ indulgentia, sine multis epulis, quę plęrumq̃ bonos mores & clara corrũpunt ingenia, Castellæ regni proceres ferè omnes multiq̃ Pontifices, qui vxoris secundæ Regis Henrrici partum non legitimum fuisse opinabant, Hẽrrici fratris hæredem futuram legitimeq̃ succeſſuram iureiurando constituerant. Quæ res Hispaniæ populis & ciuitatibus denunciata literis & præconũ vocibus famaq̃ late fusa multos Christianorum principes, vt eius coniugium peterent, excitauit. Nam prẽter alios, qui clandestino secretoq̃ modo nuptias illius affectabant, tres præcipui certatim magnoq̃ studio competebant. Alphonsus scilicet Rex Portugallię, cuius vxor à vita decesserat, Carolus Dux Guianæ Ludouici Gallorum Regis frater, & Ferdinandus Aragoniæ princeps. Quẽ parentes hãc ob causam pauloante Siciliæ Regem instituerant. A Portugallię Rege missus venit orator Vlisipponensis Archiepiscopus, & à Ludouico Rege Francorum Cardinalis Albinus, Ferdinandi vero causam suscepit Alphonsus Carrillus Toletanus Antistes. Quibus Isabella etsi diu cunctabunda magnaq̃ verecundia suffusa, sicut in huiusmodi re puellarum mos est, nihil respõdit, sæpe tamen ac sæpius requisita cum Dei multis orationibus inuocasset auxilium, rem tulit ad consiliarios & regni proceres atq̃ Pontifices, quos sibi beneuolos fideleſq̃ cognouerat. Qui prudenter omnia cogitantes, demum pensitatis omnibus competitorũ partibus, & regni, paci, quietiq̃ futurę consulentes, Isabellę consortium Ferdinandi Siciliæ Regis maxime conuenire dixerunt. Quorum fidelissimis & amantissimis consilijs admonita & iam persuasa, domes-

UVA. BHSC. IyR_186

ſticorumq; ſuorum, quos honoris ſui ſtudioſiſſimos cognouerat, votis & precibus adducta, cum Portugalliæ Franciæq; legatos honorifice dimiſiſſet, cum Ferdinando deſponſata eſt Siciliæ Rege. Qui quidem tunc erat impubes & annorum ferè decem & nouem. Quem ſponſa menſibus vndecim tredecimq; diebus antecedebat. Iuncti ſunt itaq; pares ætate, pares etiã forma, pares corporis ſtatura, pares ingenio, pares moribus, pares fortitudine, pares generis antiquitate propinquis & affinibus. Ex fratrib⁹ enim patruelibus geniti cõiunctiſſimo gradu cõſanguinitatis Hiſpanię primates omnes pariter contingebant. De quorum cõtracto matrimonio cum parentes & cognati literas & nũcios accepiſſent, affecti ſunt gaudio magno omneſq; Caſtellæ, Aragonię, Sicilięq; ciuitates ſacerdoteſq; pſalmum Te Deum laudamus concinentes gratulationes magnas egerunt. Verum enimuero cum fortuna ſemper bonis aduerſetur, non defuit hominum malorum dolor & alienæ fœlicitatis inuidia, quorũ prauis conſiliis Rex Hẽricus perſuaſus ac potius ſtimulis agitatus, cum connubio ſororis & honore gaudere debuiſſet, eam primum diſpoſitis inſidiis capere tentauit, & cuſtodibus tradere. Deinde cum neq; capere neq; nuptias eius dirimere potuiſſet, omnium rerum & oppidorum quę pater illi teſtamẽto reliquerat, poſſeſſionem ſpoliauit. Nec eo contentus armis à regno depellere conatus eſt. Cuius iram vel cæcam potius animi caliginẽ cum Ferdinandus & Iſabella neq; literis deprecatoriis neq; legatis neq; rationibus vllis placare potuiſſent, inter eos magnæ diſcordiæ crudeleſq; factiones ortæ ſunt, & ea mala ſecuta, quę ſemper in regni diuiſione ſolent accidere. Nam cum regni proceres alii Regis Henrrici, alii Ferdinandi & Iſabellæ factionibus adhæſiſſent, Hiſpania tota multos annos durante diſcordia ſine gubernatione, ſine iuſticia, ſine pace, ſine quiete, magnis continuiſq; flagrauit incendiis, & genus omne malorum perpeſſa eſt vſq; ad Henrrici Regis obitum. Qui mortuus eſt in oppido Maiorito, anno. LXXIIII. ſupra mille & quadringẽtos. tertio Idus Decembris hora noctis ferè ſeptima. Obiit autem inteſtatus, vel quia, vt quidam dixerunt, ſe tunc moriturum non putauit, vel quia quod verũ eſt, vt fuit in vita negligens & improuidus ſemp, ſic fuit etiã in morte. Qui laborans in vltimis & articulo mortis ea quæ ad animæ ſuæ ſalutem pertinebant, Hiſpaniæ Cardinali & aliis quibuſdam primatib⁹ cõmendauit. Ex quorum numero fuere Rhodoricus Comes Beneuentanus, Marchio Sãtillanenſis Cardinalis frater, Caſtellæ Comeſtabilis, Dux Areuali, Marchio Villenæ. Ex quibus pactis Henrrici Regis exequiis, alii ad Iſabellam Reginam, quæ Segouiæ tunc erat, alii domum ſuam ſeſe contulere. Rex quoq; Ferdinandus de Regis Henrrici morte certior factus, ex Cæſarauguſta Segouiam magnis itineribus ad Iſabellam venit vxorem. Quæ iam Reginę Caſtellæ & Legionis nomẽ & titulum ſibi vendicauerat, & cũ multis curię ſuę nobilibus & ciuitatis magnoq; numero ſacerdotum Regis Henrrici ſui fratris funus ſolẽniter celebrabat. Hic Segouię ciues ingenti lætitia Regiis ſublatis vexillis Ferdinandum Regem & Iſabellam Reginam Caſtellæ & Legionis altis vocibus appellauerunt, vtriuſq; manus humiliter oſculantes. Quod etiam iureiurando confirmarunt. Idem regni proceres fecerunt, & omnes Curiæ magnates, ſcilicet Petrus Gonſalus Mendocius Hiſpanię Cardinalis, Alphõſus Carrillus Archiepiſcop⁹ Toletanus, Iacobus Mendoçius, Marchio Santillanus, Garſias Aluarus à Toleto Dux Albanus, Alphonſus Henrricus Hiſpani maris Almirantes maximus Ferdinandi Regis auunculus, Petrus Fernandus Velaſcus magnus Caſtellæ Comeſtabilis, Beltranus Cuuianus Dux Alburquerquitanus, Petrus Manrrhicus Comes Triuignian⁹. Multi præterea viri nobiles multiq; Pontifices, atq; alii, quorum qui venire nõ poterant, procuratores mittebant, qui ſuo nomine quod ipſi preſtare tenebantur officio fungerentur. Idem faciebant alię ciuitates lętantes & populi congaudentes. Quidam vero qui nouas conditiones & res iniuſtas competebant, nõ modo non venerunt ipſi, ſed ne procuratores quidẽ miſerunt. Qui rebus nouis ſtudentes & ſuis principibus & ſibi ipſis multorum laborum magnorumq; malorum cauſa fuere. Rex autẽ & Regina cum multis equitibus & ciuitatum populorumq; procuratoribus officia & priuilegia quæ iure petebantur, conceſſiſſent & confirmaſſent, iuſticiam, quę iam venerat in obliuionẽ,

Obitus Regis Henrrici.

Nomina procerũ qui Regesſalutarũt

UVA. BHSC. IyR_186

reuocare ac exercere cœperunt, & ad ciuitates populosq; rectores miserunt. Cum autē gubernandi rationem modumq; statuere vellent, dubitatio quædam magnatibus & consiliarijs incidit. De qua nobis aliquid scribere necesse est.

DE PROCERVM ET CONSILIARIORVM CONuentu & dissectatione super Castellę regni successione & gubernatione.

HIc vbi magnates, vti supra dictum est, catholicis principibus obedientiam & iusiurandum præstiterunt, subinde difficilis inter eos quęstio magnaq; contentio orta est. Propterea q; Castellæ regni successionem & gubernationem alii ad Regem, alii ad Reginam pertinere contendebant. Qui Regis causam susceperant iis nitebant̄ argumentis, q; Castellę regnū Henrrico Rege mortuo sine liberis ad Ioannem Regem Aragonum Ferdinandi patrem legitimum successorem pertinebat, vel quia Ferdinandi Regis Aragonum filius & Ioannis Regis Castellæ nepos esset, vel etiam ratione sexus, quia vir erat & fœminæ p̄ferebatur. Et propterea hac eadem ratione ad Ferdinandū eius filium ius omne tam successionis q̄ gubernationis spectare dicebant. Reginę vero patrocinantes Hispanię nouis legibus vtebantur & antiquis historiis. Quibus inueniri statumq; fuisse dicebant in Castellæ regni successione mulieres ę recta linea descēdentes viris prelatas fuisse, qui essent ę linea transuersa & indirecta. Ideoq; Isabellā Ioannis Castellę Regis filiam ę recta linea descendentem Ioanni Aragonum Regis, qui transuersalis erat, præferendam esse contendebant. Reginā præsertim fortem, prudentem, & ad omnia quæ ad regni gubernationem requiruntur idoneā. Et quod regno Castellę succederent mulieres & gubernarent, olim statum obseruatumq; fuisse multis probabant exemplis. Siquidem Ormisinda Pelaii Regis filia patri suo successit in regno Legionis, quę nupsit Alphōso, qui catholici cognomen accepit. Ordisinda quoq; Froilui Regis Legionensis soror & Silonis vxor in regno fratri mortuo successit. In eodem regno eodem q; modo successit & Sāctia post Beremuti sui fratris obitum. Quam duxit vxorem Rex Ferdinandus cognomento Magnus. Eleuiria quoq; Nauarræ Regina successit in Castellæ comitatu. Cui successit filius Ferdinandus, q primus Castellę Rex fuit appellatus. Vrraca præterea, quę nupsit Comiti Tolosano Alphonso patre mortuo successit in regno Castellæ & Legionis. Quę post obitū Tolosani Comitis vxor fuit Alphōsi Regis Aragonum. Ex quibus natus est Alphōsus Imperator. Berenguela in super seu Berēguaria Castellæ Regis Alphonsi filia successit Henrrico fratri qui Palentiæ obiit admodum puer. Et Catherina Ducis Enclaustriæ filia ad Castellæ regnum fuit assumpta cum Henrrico marito filio Regis Ioannis qui fuit Isabellæ Reginæ catholicæ proauus. His demū rationibus & exemplis, quæ iam venerāt in consuetudinem iudicatum est successionem & etiā gubernationem ad Reginam pertinere tanq; propriam & absolutam regni sui dominam, & nō ad Regem, qui regnum gubernare nō debebat, quod sibi non datum fuisset nomine dotis nec dari iure potuisset. Hac in concilio procerum lata sententia, Regina, quæ prudentiæ mater erat, Regi molestum iudicium illud fuisse secum cogitans, ac etiam timens ne mutuus inter eos amor esset offensus, eū sic est allocuta. Etsi iure mihi Castellæ regni successio gubernatioq; cōtigit, charissime coniux & amantissime, tu tamen, quem Deus mihi comitem & laborum meorum socium dedit, vt vir, vt Rex, vt maritus omnia constitues, omnia possidebis, omnia gubernabis. Nihil enim mihi reseruo, sed erunt inter nos, vt par est, omnia communia. Nam cū Deus nos amore pares & moribus coniunxerit, pares etiam simus in regni societate & omni iure necesse est. In nostris igitur principatibus æque tua quidem ac nostra iussa valitura sunt. Quod autem nostri proceres & cōsiliarii cui nostrum Castellæ regnum successio competeret scire voluerunt, molestum nobis esse non debet. Hoc enim ius, quod modo sapientum virorū iudicio decisum est, si res & incommoda, quæ posthac accidere possent, p̄spicere volumus, & nobis ipsis maxime conuenit, & successoribus nostris profuturū est, & maxime necessarium.

Ormisinda.
Ordisinda.
Sanctia.
Eleuiria.
Vrraca.
Berenguaria
Catherina.
Verba Reginæ ad Regē.

UVA. BHSC. IyR_186

Hactenus enim, vt vides, nobis filius non est, & an sit futurus incertum est. Isabellam habem⁹ vnicam filiam. Quę si vixerit & alicui principi vel nostræ nationis vel externo nupserit, maritus quidem eius si de Hispaniæ stirpe Regia fuerit, q̄uis ē transuersa linea descendēs, nostrum post obitum hac ratione, qua vir fœminę & maritus vxori præcederet, regni proprietatē gubernationemq; sibi vendicare perfacile posset, Sunt pręterea tibi fratres patrueles, sunt & amitini complures, quorum quidem vnusquisq; nostris successoribus litē posset intendere. Qui si forte vel contra nos vel contra successores nostros aliquid agere conabuntur, hoc quidem iure quod modo repertum est, & statutum facile repellent. Vides igitur q̄ commode q̄ prudenter & nobis & nostris hæredibus consultum sit. Quandoquidem nisi Dei benignitate res acta sic esset, existimare atq; scire possemus nepotes nostros, quos nobis gratias acturos sperare possumus, negligentiam nostram apud Deum & homines accusaturos. Nunc autem nihil esse video quod timere debeamus. Nihil quod nos sollicitare possit, pręsertim si non ingrati ad Deū res nostras & omnia vota referemus. Cuius gratiam & auxilium spero nobis nunq̄ defuturum. Hæc cum Regina dixisset, eius prudentiam Rex admiratus primum procerum consilium laudauit, deinde Reginæ sermonem sibi gratissimum fuisse respondit, postremo dignam esse Reginam & satis idoneam, quæ non modo Hispaniam, sed etiam quæ totius orbis imperium regeret. Et eodem die hac de re silentio iusso statuerunt, vt in literis omnibus & priuilegiis, q̄bus negocia expedirentur, vtriusq; nomē scriberetur hoc modo: Nos Ferdinādus & Isabella Dei gratia Rex & Regina. literæq; sygillo premerentur castella, leones, baculos, & aquilas continente. Quæ sunt regnorum quatuor insignia. De quibus suo loco plura scribem⁹. In aurea quoq; moneta, quam cudi iusserunt, vtriusq; nomen imprimi voluere, sicut in literis cum signis eisdē & præterea facies capitibus coronatis. Qui deinde multos annos & q̄ diu vixerunt multa regna magnosq; principatus q̄ sanctissime gubernauerunt, admirabili iusticia, magna fide, summaq; concordia. Nam etsi non defuerunt homines malæ mētis, qui dissensiones inter eos molirentur, qui rem suam augere procurantes in triticum zizaniā spargerēt, tanta tamen fuit vtriusq; prudentia, tanta constantia, tanta fides, tanta vitæ morumq; similitudo, tanta deniq; voluntatis æqualitas & animorū cōcordia, vt humanam cōditionem atq; naturā, quę quidem in regni gubernatione societatem ferre vix potest, facile superauerint. Cuius quidē rei causa fuit q̄ omnibus in rebus tam diuinis q̄ humanis nihil alter egit vnq̄ sine alterius vel consilio vel assensu. Nihil alter faciendum sibi putauit, quod alterius vel dignitatem vel animum potuisset offendere, nihil alter ab altero petere ausus est, quod honestū nō fuisset vel negari iure potuisset. Erant enim vnanimes & se mutuis affectibus amabant. Et alter alterum non vt coniugem, & dignitate parem, sed tanq̄ superiorem maxime timebat & reuerenter obseruabat. His naturæ dotibus ornati, his pares virtutibus nimirum sub eodem sydere nati fuisse videbātur. Quib⁹ idem velle fuit semper & idem nolle. Quibus Deus propici⁹ fuit semper adiutor & protector. Cuius auxilio res magnas gesserunt, suos principatus non modo defenderunt & conseruarūt, sed auxerunt etiam mirum in modum & suis virtutibus & rebus gestis illustrarunt & immortalem famam perpetuamq; memoriam reliquere. Perpessi tamen labores innumeros & maxima pericula. Nam cum post Regis Henrici mortē ei legitime successissent, & autoritate Regia multis malis occurrentes iusticiam in multipharian delinquentes exercere cœpissent, idem illi qui Regis Henrici partes susceperant, timentes ne rerum, quas iniuste possidebant, possessiones amitterent, Alphonso Portugalliæ Regi persuaserunt vt Castellæ regnum repeteret, quod sibi ratione matrimonii, quod cum Ioanna, quam Regis Henrici filiam esse iurauerant, contrahere volebat, iure deberi cōtendebant. Qui malignis illorum consiliis impulsus suoq; iudicio deceptus, & alieni regni cupiditate captus, magnos coegit exercitus, & cū equitum quinq̄ milibus & peditum quindecim in Castellæ regnum ingredi statuit. Tametsi non defuere suæ domus tunc temporis viri prudentes & consiliarii, qui eum à proposito reuocare conabātur. Quorum vnus suo & aliorum nomine sermonem huiusmodi habuit,

Responsū Regis ad Reginam magnates & consiliarios.

UVA. BHSC. IyR_186

CONSILIVM QVOD DEDERVNT REGI Portugalliæ sui familiares.

NOstra erga te fides & obseruantia, quã tibi debemus, Rex excellens nos maximẽ cogũt & sanctissime monent, vt ea quæ de belli huius expeditione quam aliorum consiliis iam persuasus parari iubes, prospicere videmur, tibi non ignota esse patiamur. Quandoquidẽ nisi nos animi nostri fallunt huiusmodi belli motus & apparatus multa nobis magnaq; mala portendere videntur. Magna nanq; res est expeditio belli, & quę bonis magis cõsiliis q̃ magnis viribus eget. Ideoq; viri prudentes & magni Duces non tam principiis rerum, quas aggrediuntur, quæ plerũq; maligne prospera se offerunt, confidere, q̃ qui sit futurus finis prospicere solent. Quod quidem consequi atq; præscire facile est hominibus, qui genus causæ, quam suscipiunt, non ignorant, & suas uires cum aduersariorum viribus conferunt. Nam quum magnis de rebus decertatur armis, eos ratione fouente victores fore sperandum est, quorum causa iustior est & maior potentia. Duo nũc igitur tibi p̃cipua pręter alia multa cõsideranda sunt, magne princeps, primum iustam an iniustam belli gerendi causam habeas, deinde vires tuas cum aduersariorum viribus conferre debebis. Hæc enim duo si prudenter animo tecum volutaueris, & si rationi magis q̃ hominum, qui res nouas moliuntur, consiliis parere volueris, bellum profecto, quod tibi gerendum putas, consilio nostro non incipies. Propterea q̃ causa nostra, si verum dicere licet, non modo iusta non est, sed ne honesta quidem. Quam si defendendam susceperis, domus tuę nimirum dedecus, de quo nunc siletur, per vniuersum terrarum orbem circumferetur. Henrico nanq; Regi Castellæ genitiuam virtutem defuisse, nõ solum eius vxoris primæ Regis Nauarræ filię duodecim annorum contubernio & continua consuetudine compertum est, sed etiam aliarum mulierum, quę die noctuq; cubiculum Regium frequẽtabant, testimonio cõstat. Quod si tibi in animo est bellum gerere, vt sorori tuæ famam & honorẽ restituas, cum diuinum ius & humanum violaueris & Deum grauiter offenderis, nulla profecto ratio est, nullam causam videmus, qua victoriam sperare possimus aut debeamus. Quid præterea futurum putamus, si vires & facultates nr̃as cęteraq; res ad belli vsum necessarias cũ aduersariorum nostrorum copiis & aliis rebus cõtulerimus? Facile quidem, si nobis blandiri nolumus, quanto rebus omnibus inferiores sumus, iudicabimus. Scimus enĩ quanta sit Hispaniæ magnitudo. Cuius tibi quota pars obtigit? Aduersarii vero Hispaniam iam totam possident. Quocirca si nos hominum milia decẽ coegerimus, illi, si res postulauerit, armatorum milia centum facile conficient. Quippe qui dominantur non solum multis magnisq; Lusitaniæ prouinciæ populis, sed etiam Bethicis, Carthaginensibus, Sagunthinis, Tarraconensibus, Letanis, Aragonibus, Cæltiberis, Vasconibus, Cantabris, Asturibus & Callecis. Quibus non modo tuos exercitus à suis finibus prohibere, sed omnes etiam Barbaricas gẽtes debellare facile possent. Quid præterea Siculos referemus, quid Sardos & Baleares? Qui cũ maximis diuitiis & opibus abundent, Siculi pręsertim quorum tellus admodum frugifera est, & equorũ alumna, quantum copiis, armis, nauibus, equis, cõmeatibus & pecuniis suos principes, quos maxime colunt, adiuuare poterunt, hinc iam facile prospicimus. Rex autẽ Siciliæ Ferdinãdus, quem tibi puerum esse dicunt, etsi paruus est ætate, satis tamen magnus est ingenio, & in bello prudens, acer, & quod experientia iam cognouimus, fortunatꝰ. Quiadmodum puer magnas, vt scimus, victorias est adeptus. Vicit enim non sine magna admiratione Petrum nostrũ Portugalliæ strenuum virum, quem Barcinonenses sibi Regem elegerãt. Vicit & Ioannem Andigauensium Ducem virum in re militari satis expertum. Qui veniens ex Gallia cum magnis Gallorum copiis cum Gothalanis & Barcinonensium copiis se cõiunxerat. Quid igitur eum posthac facturum arbitramur, cum sit & experiẽtia doctior, & corpore firmior, & copiis multo potentior? Qui nunc Castellæ Rex appellatus omnes Hispaniæ viros primarios, affines, & propinquos habet. Cui pater adest Aragoniæ Rex & frater Alphonsus Aragoneus ambo Duces in bello fortes officioq; rei militaris insignes. Qui sæpe paruis copiis magnos Gallorum

UVA. BHSC. IyR_186

exercitus profligarunt. Cui præterea deesse nō poterit, si necesse fuerit, & Rex Neapolis Ferdinandus eius frater patruelis, cuius filius Alphonsus Dux Calabriæ totius Italiæ populis imperat. Quę sint igitur aduersariorum vires iam vides, Rex prudentissime. Nos autem in vltimo Lusitaniæ prouincię angulo concluſi sumus, & quasi pisces vndiq; retibus circumuenti. Vnde si semel egressi fuerimus redire fortasse nobis non erit integrum. Tecū prius igitur omnia prudenter cogita, magnanime princeps, ne tam faciles Castellanorum verbis, qui tibi sese offerunt, aures prębeas, ne te viris ignotis temere committas, non omnibus confidas. Nā qui nūc à suis principibus iniuste deficiunt, te nimirum cum primū belli fortunā ad hostes tuos inclinatam viderint, cōtinuo deserent. Facient enim sicut delphini facere solēt, qui cum tynnos ad piscatorum retia perducunt, sibi solis exitum salutem q; reperiunt.

RESPONSVM REGIS CONTRA SENTENTIAM ALIORVM.

HOc sermone habito subinde, Rex enimuero, inquit, de periculo cogitare, quod incertū est, & mortem timere, quę nullam secum turpitudinem afferat, non tam strenui Ducis est & animi fortis q; desidis hominis & ignaui. Causa nostra, quę nobis tacenda magis q; defendenda videtur, iusta sit an iniusta solus quidem Deus, cui nihil est occultum scire potest. Res enim quæ non oculis hominum cernuntur humano censeri iudicio non debent. Scimus nāq; quę sint hominum ingenia, qui sint mores, quanta sit honoris ambitio, quanta regnandi cupiditas. Quibus quidem rebus homines improbi, qui Deum non colunt, neq; timent cōflagrātes & inuidię stimulis acti plerumq; bonos & innocentes insimulant, calumniantur, infamāt, & si possunt etiam de medio tollunt. His em̄ rebus accensus Abelum fratrē suū Cainus crudeliter occidit, Remum Romulus interfecit, & Iulius Cæsar Pompeium generum, cui multū debebat, ad mortem compulit, & Romam patriam suam sibi seruire coegit. Pro cuius incolumitate multi ciues mortem subire non recusarunt. Tantum enim potest regnandi cupiditas. Nō igitur facile credere debemus vera esse, quæ nunc aduersarii de Regis Henrrici defectu naturæ mendacia confingunt. Propterea q; hanc solam sibi causam reperiunt, qua regno Castellę potiri queant. Quā quidē causam, si vera esset, Henrricus Rex sui ipsius conscius & homo Christianissimus, si forte viuens vel pudore vel metu, ne regno priuaretur, occultauerat, moriens tamen nequaq; tacuisset. Quoniam igitur hoc nobis incertum est, & me multi Castellæ proceres vltro vocant, qui profecto se periculis non exponerent, si de iusticia nostra & victoria dubitarent, & honori meo ipse deesse neq; possum neq; debeo, belli casus, si bello inq; opus fuerit, & fortunā experiri iam mihi decretum est. Nam q; inimicorum copias & numerosos exercit9 nostris facultatibus maiores fore putatis, non adeo tam inopes neq; tā miseri sumus, vt ab hostibus aut diuitiis aut liberalitate vincamur. Pecuniis enim, quib9 prępcipue bella gerunt̄, abūdamus. Equites nobis & milites non deerunt. Nam præter nostræ nationis homines, qui fortissimi sunt, plurimi quoq; vel Castellani vel aliarum nationum, quos fideles & constantes fore non dubito, nobis q̄libentissime militabunt. Quod autem multos aduersarii propinquos & affines habeant, non sunt nobis propterea formidolosi. Nos enim non ex silice nati sumus sed cognatos habemus etiam liberos & amicos. Habemus præterea pecunias, quæ quidē sunt omnibus amicis & propinquis fideliores. Erit insuper nobis pro iusticia virtuteq; pugnantibus Deus propicius. Cuius præsidio muniti clypeoq; protecti nihil timebimus, & inimicorū copias q̄uis numerosas vincere atq; delere facile poterimus. Vos igitur qui siue metu siue alia causa tantopere contrariorū nostrorum vires extollitis admoneo ne posthac, si vobis nr̄a gratia chara est, aut nostris viribus diffidere, aut de victoria desperare videamini.

DE LEGATIONE QVAM REX PORTVGALliæ misit ad Reges catholicos.

UVA. BHSC. IyR_186

HAec cum dixisset postero die Castellę Regis & Legionis nomen accepit. Et Royſiū Sofam ſuæ domus equitē, cui maxime cōfidebat, ad principes catholicos cū mādatis legatum misit. Quibus non dubitare se dicebat, quin Ioanna, quam soror eius peperisset, ex Henrico Rege Castellæ genita fuisset. Ad quā patre mortuo Castellæ & Legionis regnū iure pertinebat propterea q̄ id bonis paternis hęres legitima sola succedebat. Quod aūt Regis Henrici filia esset, testes erāt multi regni proceres multæq̄ ciuitates & populi. Qui priusq̄ Rex Henricus diē suū obiisset, filiā eius Ioannam post obitū patris Reginā fore iureiurādo cōfirmauerāt. Quā Reginam quoniā sibi matrimonio iūgere decreuerat, & ad regnū suū iā hæres legitimus venire volebat, eos rogabat ac monebat vt sibi regni sui, quod iniuste possidebāt, possessionē liberā expeditamq̄ relinquerēt. Ad quod regnū si qd habere se iuris arbitrarent, ex eo donec in iudicio causa cognosceretur exirent. Quod si facere vellēt, ipse q̄q̄, ne maloꝝ causam dedisse videret, aduentū suum libentissime differret. Sin aūt discedere nollēt, & in alieno regno contra diuinū ius & humanū p̄manere vellēt, ille Deo iuuāte cū omnibus copiis, quas paratas & magnas habebat, in regnum suum propediem venturus esset. Et omnium malorum, quæ solent in bellis accidere, causam se non fuisse Deum testabatur & homines.

DE CATHOLICORVM PRINCIPVM RESPONSO.

REx autem Ferdinādus & Isabella Regina cū Portugalliæ Regis oratorē audiuissent suæ curiæ magnatibus & consiliariis cōsultis hoc modo respondere. Non sine magna causa miramur Alphonsum Portugallię Regē principē multis, vt fama refert, decoratū virtutibus, magnoq̄ ingenio p̄ditū ad nos huiusmodi misisse lagationē. In qua nimirū eius & prudentiam & constantiā requirimus. Quippe q̄ Ioannā sororis suæ filiā nihil ad Castellę regnū iuris habere nō ignarus sine vlla ratione sine vllo iusticiæ fundamēto res à nobis petere videt, nō iniustas modo & penitus indebitas, verūetiam p̄pter honestatē subticendas & occultādas. Quas quidem res siue armis habere velit, siue legib? neq̄ iuste nobiscum bellū geret, nec honeste & sine suspitione cupiditatis litigabit. Qui nunc prauis adductus consiliis, eam ducat vxorem sororis suæ filiā regni cupiditate captus, cuius antea nuptias ab Henrico Rege rogatus cū regni successione recusauit, nō aliā ob causam, nisi quia regnum sibi dari iure non posse reperiebat. Quē quoniā falso p̄suasum videmus atq̄ deceptū pro necessitudine, qua nobis cōiunctus est, admonemus atq̄ rogamus, vt inanem suā cogitationē & opinionē falsam deponat, vt ab insti tuto, quod in suā molit̄ pernicię, discedat, vt magnā infamiā qua suum genus & virtutes omnes deformabit, nisi sibi p̄spiciat melius, effugiat. Vt illis deniq̄ suum honorē & salutē nō cōmittat, qui sua cōmoda p̄curantes neq̄ ei neq̄ nobis seruire studeant. Idē ipsi nanq̄ fuerunt & eorū parentes nouarū rerū molitores, q̄ proximis annis augere sua patrimonia cupiētes, inter duos fratres Castellæ principes zizaniā venenumq̄ sparserūt, atq̄ p Hispaniā totā & vltra iureiurando publicauerūt, Henricum Regē neq̄ genuisse filiā, neq̄ habere potuisse. Quam ob rem & Alphonsum fratrē eius Regem eligētes alterū cum altero cōmiserunt, multorumq̄ malorum causa fuere. Qui modo sine vlla verecundia, sine vllo Dei timore, quod tunc iure vereq̄ negauerunt, falso nunc affirmare conant̄. Quorū diabolicas suggestiones & mentes dolis instructas, si Rex Portugalliæ prudenter & animo libero considerare voluerit, p̄fecto nec fide nec sua gratia dignas esse facile iudicabit. Et amicitiam nostram, quā cæteri Christianorū principes magnifaciunt, pernicioſis aliorū mendaciis falsisq̄ consiliis anteponet. Quod si fecerit, vt volumus & speramus, Christiani principis atq̄ prudentis officio functus, multos hominum interitus & omnia malorum genera, quæ bella secum ferre solent, euitabit. Sin vero præter ingenium suū & Regios mores necessitudinē nostram et amorem, quod non putamus futurum, contempserit, & peruersis potius aliorum studiis obsequi, q̄q̄ fidelissimis nostris & amātissimis monitis acquiescere maluerit, ac nos vel ad iudicium vel ad arma prouocauerit, nos quidem ei Deum testem conuocantes & in foro libenter & in campo respondere parati sumus.

De Por-

UVA. BHSC. IyR_186

DE PORTVGALLIAE REGIS INGRESSV IN REGNVM CASTELLAE.

CVm hoc responsum Portugalliæ Rex accepisset, indignatus & alieni regni cupiditate captus, cum omnibus copiis, quas ante diximus, in Castellæ regnū ingressus cum Castellanis suę factionis, á quibus accitus fuerat, se coniunxit, & oppida multa nonnullasq; ciuitates occupauit. Qui cum Ferdinādus & Isabella prælia multa gesserūt. Ex qbus cū alia, tū vero illud vnū p̄lium, quod inter duas ciuitates Zamoram scilicet & Taurū apud amnem Durium, quē locum nōnulli campum Gothorum dicunt, gestum est, quoniam fuit maxime memorabile pluribus verbis alio loco lōgioriq; narratione scripsimus. Hoc enim prælio Reges ambo & eorum Duces & omnes equites maximas vires & fortissimos animos ostentarunt. Acriter em̄ vtrinq; pugnatum est ab hora ferè diei nona usq; ad solis occasum, æquo Marte, & victoria in neutram declināte partem. Demum multis vtriusq; partis occisis multisq; grauiter vulneratis, cum Portugalliæ Regis equites lōgo defessi certamine magnaq; pluuia retardati, pugnare vix possent, terga vertere cœperunt, & fuga salutem quęrere. Quos equites Ferdinandi iam victores insequentes in amnem Durium cōpulerunt. In quo demersi complures & aquas hauriētes animas exhalabant. Quorum multos amnis impetus ad Zamoræ usq; mœnia deuoluit. Alphonsus aūt Rex multis de numero suorum captis & octo signis amissis & etiam suo penè solus effugit & beneficio superuenientis noctis euasit. Gestum fuit hoc prelium die Veneris Kalendis Martiis anno septuagesimo sexto supra mille & quadringentos. Sub idem tempus Gallorum Rex Ludouicus magnum in Hispaniam misit exercitum, propterea q; Isabella Carolo Guianēsi Duci, cuius coniugium recusauerat, Ferdinandum Siciliæ Regem prætulisset. Cuius exercitus oppidum maritimum, quod indigenæ Fontem Rabiam vocant, acriter oppugnabant. Quo Rex Ferdinandus magno cum subsidio profect⁹, hostes ab obsidione submouit & in Galliam redire coegit. Hinc propulsis hostibus & oppidanis & multis equitibus & præcipue Iacobo Sarmento Comite Salinarum, qui priusq; Rex aduentasset suis conuocatis equitibus & copiis, quos suis pecuniis coegerat, hostibus occurrerat, qui contra Gallos fortissime propugnauerāt, honorifice collaudatis, ad Isabellam per Cantabriæ populos & Asturiæ contra multos, qui grauiter deliquerant, iusticiam exercens in Turrem Sillanam reuersus est. Nūc autem p̄sentibus hoc epitomate summaq; breui, quam in principio polliciti sumus, satisfacientes alias res omnes, quas posthac usq; ad tēpus vtriusq; mortis Catholici p̄cipes animose sanctęq; gesserunt, in maiori volumine posteris legendas relinquimus. Historia enim non viuentibus, qui rebus gestis interfuerunt & earum autores nouerunt, sed nepotibus scribitur & nascituris. Res igitur Ferdinandi Regis & Isabellæ memorabiles, quas in lucem nunc proferre non possum⁹, admirata quidem vehementer posteritas leget, Admirabit̄ siquidem quicunq; legerit Fernandinas & Isabellicas virtutes & res diuino potius q̄ humano consilio gestas. Admirabitur eorum coniugiū fœliciſſimum, cuius nō regnorum, sed virtutum dotes existimari debent, Siquidem non ad voluptates, non ad delicias, non humanis auspiciis, sed ad opera sanctissima ad multorum malorum remedia maxime necessaria fuit institutum diuinitus. Vt scilicet Catholici principes quasi Dei gubernatores iusticięq; ministri magnos Hispaniæ tumult⁹ factiones, simultates, seditiones cōpescerēt. Vt multor⁹ supbiam, sæuitiā, audaciā, furorē, temeritatē, arrogantiā, immanitatē, insolentiā infrenarent. Vt latrocinia, furta, rapinas, violentias, & grassatorum crudeles impetus opprimerent. Vt iniurias, contumelias, mortes, parricidia, sacri legia, virginum raptus, & sacrarum mulierū cum viris commerciū suspectam q; consuetudinē prohiberent. Vt ad pacem, ad securitatem, ad concordiam, ad trāquillitatem, ad bene beateq; viuendum leges & iura componerent. Mirabitur & mutuam inter eos beneuolentiam, fidem, obseruantiam, concordiam, morum similitudinem, pares animos, eadē studia, dignitatem Regis & Reginæ venustatem, & vtriusq; formam præstantem maiestatemq; venerandam. Mirabitur longissima rerum gestarum seriem, p̄clara virtutum exempla, sanctorum operum mi

UVA. BHSC. IyR_186

rabilia monumenta, ſtudium erga Dei cultum vigilātiſſimū, & curā maximam ſum māq; diligentiam. Mirabiť tormenta, pœnas & ſupplicia, qbus merito plectebātur homines in Chriſtiana fide vel titubātes vel male ſentiētes. Mirabitur exterminatos ex Hiſpania Siciliaq; fuiſſe, q ſceleratiſſimi Mahumeti nefandiſſimū nomē adorabāt, omneſq; Sabbatarios adhuc eius aduētū, quē crucifixerāt, expectātes. Mirabunť oēs gētes bella fortiſſime ſanctiſſimeq; geſta, victoriaſq; triūphales. Quas & de barbaricis gentibus habuerūt, & de Chriſtianis potētiſſimis principibus atq; ditiſſimis. A quibus non ſua quidē, ſed illorū culpa ſæpe recuſantes ad arma prouocati fuere. A qbus præterea principes Hiſpaniæ futuri cognoſcēt multarū rerū poſſeſſiones fuiſſe repetitas & ſine mora recuperatas, quas anteceſſores negligēter amiſerāt, à qbuſdam multos annos vſurpatas. Multoſq; principatus videbūt, alios vltro reſtitutos, alios armis acqſitos. Mirabūtur & multas ac ſanctas expeditiones atq; lōgiſſimas ad aurifodinas nauigatiōes apud Antipodas, quos Indos appellāt. Legent eñ lætantes ſui clariſſimi generis originē ſumāq; nobilitatē repetētes, quā ducunt à ſummis Imperatoribus & omniū Chriſtianoꝝ Regibus primariis. Quibus Ferdinādi & Iſabellę filiæ nuptæ fuere. Inueniēt denicq; magni principes & imitari virtutis æmuli ſtudebūt Ferdinādi Regis humanitatē, clemētiā, fortitudinem, prudentiā, & Iſabellæ multipharias virtutes. Quæ quidē ſi fuit, quēadmodū vocabať, alta, tamen erat mitis, humilis & affabilis. Si mulier animoſa, virago, fortis & cōſtans: ſi potēs, recta iuſticiæ cultrix & cōtinua comes: ſi diues, non parca, nō diuitiarū cuſtos & auida, ſed munifica ſplēdida, liberalis & magnanima: ſi Regina multis & magnis occupata negociis, religioſiſſima ſacerdos & Dei Mariæ Virginis & omniū Sanctorū maxima cultrix. Quibus nō horarium modo ſacerdotū more, ſed etiā vt Chriſtianæ religionis obſeruantiſſima, multo plures & voti uas orationes quotidie ꝓſoluebat. Erat eñ diuinarū rerū q̄ humanarū multo ſtudioſior. Quibus quidē orationibus atq; ſanctis operibus & meritis Dei benignitas fidelīū ſuorum mētes & res Hiſpaniæ reſpexit, defendit, iuuit, amplificauit, & altiꝰ extulit. Et ex tenuiſſima fortuna principes Catholicos & fideles ad honores ampliſſimos & ad ſummum rerum faſtigium ſublimauit, ſibiq; propius adiunxit. Vnde non immerito datum eſt illis nomen altitudinis. Quoniam Deo qui ſolus eſt altiſſimus, ſolus māximus, ſolus optimus, ſolus omnipotēs, mirabilia eius opera & immenſa beneficia contēplantes & aſſidue gratias agētes, proximi ſemper adiunctiq; fuere. Quibus res diuinas ſemper humanis præferentibus omnia proſpere ſuccedebant. Dedit enim Deus illis præter alia bona non ſolum viros magnos in conſiliis capiendis ſciētiæ plenos & fidei, ſed etiam ſtrenuos equites in bellis gerendis & Duces fortes & illuſtres. Ex quibus aliquos & eos præſertim quorum maxima virtus & conſtantiſſima fides erga ſuos principes in multis magniſq; laboribꝰ & periculis in officio permāſit, breui nomēclatura recēſebo.

Multa proce rū nomina.

Sunt itaq; viri memorabiles & ſumma laude digniſſimi, qui ſuis principibus officium præſtiterunt, qui ſequuntur. Petrus Gonſalus Mendoçius Siguntinus Epiſcopus, qui fuit Archiepiſcopus Toletanus & Hiſpaniæ Cardinalis, Alphonſus Aragoneus, Petrus Ferdinandus Phari comes & Caſtellæ Comeſtabilis. Alphonſus Henricus Hiſpani maris Almirantes Ferdinādi Regis auūculus, & eius fratres Franciſcus & Hēricus, Garſias Aluarus à Toleto, Dux Albanꝰ & eius filius Federicus, Rodoricus Pimentellus Comes Beneuētanus, Henricus Gothomanus Dux Methymnę Sidoniæ, Rodoricus Māricus Comes Paretanus, Sancti Iacobi militiæ ꝓfectus, & Georgius eius filius. Iacobus Mēdoçius Dux Infantatiꝰ, & Inicus eius filius. Aluarus Mēdoçius Comes Caſtrēſis. Iacobus à Corduba, Comes Caprēſis & eius filius Rodoricꝰ. Ioannes Silua Comes Ciſtōtanꝰ, Ioannes Ribera dñs Mōtis maioris & Ferdinādi Regis cuſtos Rodoricus Hēricus Comes Alualiſtēſis Almirātis Alphonſi filius. Rodoricus Leo Dux Gaditanꝰ, Alphōſus Cardinas S. Iacobi militię ꝓfectus. Inicꝰ Lopez Mēdoçiꝰ Comes Tendilianꝰ Alphōſus Fōſecus Coccēſiū Dñs & Alahegioꝝ. Alphōſus Arellanus Comes Aqlaris, Iacobꝰ Lupus Aiala, Laurētius Suares Mēdoçiꝰ Comes Corunię. Petrꝰ Mēdoçius Comes Mōtis acuti, Petrꝰ Aluarꝰ Oſoriꝰ Aſtoricę Marchio, Iacobus Sarmētus Comes Salinaꝝ, Ioānes

UVA. BHSC. IyR_186

Manricus Comes Caſtagnetæ, Gabriel Māricus Comes Oſornius, Petrus Manricus Comes Triuigni, Petr⁹ Acugni⁹ Comes Bōdianus, & eius filii Ferdinādus & Ludouicus Sāctī⁹ à Caſtella, Federicus Māricus, Laurētius Suares Ficaroa Comes Ferianus, Gaſto Cerdanius Dux Methynæ cœli, Alpōſus Soliſi⁹ Epiſcopus Gaditanus, Alphōſus Fōſecus Archiepiſcopus Palētius, Andreas Caprerius Marchio Moian⁹, Ignicus Māricus Epūs Caurēſis, Petrus Siluius Epūs Pacēſis, Petrus Ribera principis Alphōſi nutricius, Iacobus Hurtatus Mēdoçius Epūs Palētinus, Petrus Anies Faſiardus Murciæ p̄fectus. Hi fuerūt itaq; Caſtellæ viri generoſi iuſticiæ cultores & fidei. Quibus adiuti Ferdinādus & Iſabella catholici principes oēs aduerſarios oppreſſerūt, & vallidiſſimos hoſtes debellarūt & ſuos principatus nō ſolū defenderūt & cōſeruarūt, ſed etiā maiorē in modū amplificarūt, aliaq; regna multa cōſecuti fuere. Tales igit̄ viros illuſtres & memorabiles nominati q̄uis lōga nomenclatura recēſuimus, vt p̄ſentes Hiſpaniæ pricipes illorū filios & futuri nepotes ſucceſſoreſq; cognoſcāt, vt par eſt, amēt & magnifaciāt.

DE NOVO GENERE IVSTICIAE QVOD Catholici principes in delinquentes excogitarūt.

DVm Rex Ferdinandus & Iſabella Regina duos magnos Portugalliæ Franciæq; Regis exercitus è ſuis finibus arcebāt & ꝓpulſabant cōplures Hiſpaniæ ciuitates & populi q̄ plurimis ſæuiſſimis latronib⁹, homicidis, raptoribus, ſacrilegis, graſſatoribus, adulteris, temerariis, innumeris inſultibus, & oī gn̄e delinquētiū crudeliſſime vexabant. A qbus neq; Reges neq; Deū timētibus nō modo fortunas ſuas & patrimonia defendere nō poterāt, ſed ne filias qdē & vxores. Erat em̄ ſceleratorū hominū maxima multitudo. Quorū alii leges humanas diuinaſq; cōtēnentes magiſtratus oēs inſolēter vſurpabāt. Alii vētri ſomnoq; dediti vim palam nuptis, virginibus, & ſacris mulieribus inferētes libidinē & inceſtū turpiter exercebant. Alii mercatores itinerātes & ad nūdinas ꝓficiſcētes omneſq; viatores crudeliter occidebāt & ſpoliabāt. Alii qbus maiores vires erāt maiorq; demētia, populorū poſſeſſiones & Regias arces occupabāt. Ex quib⁹ violēter egrediētes omniū finitimorū agros populātes nō ſolū greges armētaq; & oīa bona p̄dabant̄, ſed homines etiā ſecū ducebāt captiuos, quos deinde cognati & affines pecunia redimere cogebātur. Tot igitur tātiſq; malis atq; periculis Rex & Regina deſiderātes occurre nouū iuſticiæ genus remediūq; ꝓficuū, quod Hermandatū, vel vt alii volunt, Hermanatū dicitur, inuenerūt q̄ facilius improbi capi puniriq; poſſent. Cōuocatis itaq; ciuitatibus & populis eorūq; ꝓcuratoribus ſtatuerūt, vt aduerſus delinquētes & homines ſceleratos vnuſquiſq; pecunias cotribueret. Quod oēs cōtradicēte nullo libētiſſime fecere. Ex collatis itaq; pecuniis exercitus equitū duorū militū magnuſq; peditū numer⁹ cōparatus eſt. Quibus Alphonſum Aragoneū Villæ Formoſæ Ducē p̄fecerūt. Qui breui tēpore multos rebelles & graſſatores omnes deleuit, caſtella multa recuperauit: populoſq; qui Regē & Reginā cōtempſerant, omnes imperio Regio ſubegit. In ciuitatibus p̄terea populiſq; iuſticiç præfectos, iudices, & ſatellites extraordinarios cōſtituere. Qui miſerabiles accuſatorū querelas audirēt, & reos cuiuſq; criminis fugiētes ꝓſequerentur, atq; deprehēſos palis in cāpo defixis alligatos ſagittariis interficiendos exponerent. Perſecutorum aūt tanta erat diligentia cōtra peruerſos homines & immanes, tantaq; per omnes vias feſtinatio, vt euadere delinquentium nemo poſſet. Quæ res bonis omnibus magnam ſpem ſecuritatis attulit, & malis fuit maximo timori.

Alphonſus Aragoneus contra delinquentes Dux eligitur.

DE CANARIIS INSVLIS ACQVISITIS.

VIctis iam & propulſatis hoſtibus externis Catholici principes in rebelles & omnes improbos animaduertētes cū multas ciuitates & populos multaq; caſtella recuperaſſent, magnā deinde claſſem ad Canarias inſulas miſere, multaſq; naues armis, equis, cōmeatib⁹ & reb⁹ omnibus ad nauigandū & bellū gerendū neceſſariis onuſtas. Quibus p̄fecerūt Petrū cognomento Verā virum ſanè fortē & in officio rei militaris expertum. Qui triennū ferè cū Barbaris Canariæ bellum geſſit difficillimum. Canarii enim etſi armis ferroq; carebant, telis tū vte-

Petrus Vera.

UVA. BHSC. IyR_186

bant ex arborū ramis, quæ petris acuebāt tenuissimis. Quibus quasi iaculis ferreis & pacutis clypeos scutaq; facile pforabāt. Lapides ꝓterea fortissime iaculabāt. Quippe q sunt homines lacertosi magnarūq; virtū, pugnaces & animosi. Qui ex antris, q̄ plurima sunt apud eos, veluti ex arcib⁹ ferocissime ꝓpugnabant. Victi tandē subactiq; catholicis principib⁹ paruere. Quibus vinci multo quidē fuit vtilius, q̄ si vicissent, propterea q̄ antea ferarū more viuebāt, nunc aūt cultū humanū diuinumq; cognoscunt, & Christi numē adorāt. Quor tellus est callidior multūq; frugifera, pecorib⁹ & ꝑsertim domesticis abundās. Mellis multarūq; rex ad humanæ vitæ vsum magna illic est copia. Homines colore neq; cādido sunt neq; nigro, naso plano latoq;, acri ingenio. Qui nō lana, nō lino, sed dūtaxat ex animaliū pellibus vestiebant, & herbarū radicibus caprarū lacte vescebant & carne, arborū ꝓterea terræq; fructibus. Domos habebāt ex arborū ramis cōtextas & spelūcas. Quib⁹ solis ęstus & pluuias arcebāt. Terrā colebāt bouinis cornibus, & labore maiori q̄ cultura multū colligebāt fructū. Deū vnicū adorabant sublatis ad cœlū manibus. Orādi locū habebāt certū statutūq;, quē locū q̄tidie caprino lacte spargebāt, & capras, quarū lacte hoc faciebāt, selectas habebāt, quas sancta vocabant animalia. Lingua vtebant barbara, sibiq; solis intelligibili. Quappter catholici principes ad eos Hispanorū colonias miserunt, & sacerdotes viroſq; sapientes, vt eos instruerent, & ad religionem Christianā fidēq; catholicā conuerterēt. Cęterū sunt in Atlātico mari insulę, quas Plinius & alii scriptores fortunatas appellāt, numero septē. Quas rē nō ingratā factur⁹ videor, si nominatim recensuero. Obrion, quā Plini⁹ vocat Ombriū, sine vllis ædificiorū vestigiis, q̄ stagnū habet in mōtibus, & arbores ferulæ similes. Ex quibus aqua exprimit, ex nigris amara, ex cādidis dulcis potuiq; iucunda. Iunonia, in qua erat ędicula lapidibus extructa. Pluuialia, q̄ non habet aquas nisi ex pluuiis & imbribus. Capraria, quæ est lacertis grādibus referta. Planaria, q̄ planicies habet & conualles. Niuaria, quā Plinius appellat Ningariā à perpetua niue nebulaq;. Huic ꝓxima est Canaria, q̄ sic nominat à multitudine canū & magnitudine. Quę cū aliæ oēs copia pomorū & auiū omnis generis abundēt, vna palmetis cariotas ferētibus gloriat. Abundat ꝓterea nuce pinea & mellis copia. Siluros etiā pisces & papyrum gignit in amnibus.

De moribus et ritu Canariorum.

Septem insulæ fortunatæ

Vnde Canaria nomen accepit.

DE ALIIS INSVLIS AB HEMISPERIO NOSTRO remotis, quas Indicas appellant.

SVbactis aūt Canariis & ad cultū Christianę religionis allectis, catholici principes ad alias multo maiores insulas & aurifodinas non magis auri causa, quod inde plurimū optimūq; deferēt, q̄ salutis animarū rationē habentes, Petrū Colonū cum triginta quinq; nauib⁹, quas carauellas appellāt, & hominū magno numero misere. Qui cū dies propē sexaginta nauigassent, ad terras tandē puenerunt ab orbe nr̄o remotissimas. In quibus Antipodas esse sub emisperio nostro cōmorantes, omnes q inde venerūt, affirmant, & regiones esse tantæ magnitudinis, vt cōtinentes terrę potiusq; insulę videant. De qbus qm̄ multi multa scripserūt, & alii Hispano sermone, aliiq; Latino magnas cōfecerunt historias, me scribere necesse nō est. Vnum tm̄ hoc loco, quod est maxime memorabile scituq; dignissimū, non ꝓteribo silētio. Cū præsertim fuerit ab aliis, vt arbitror, q scripsere ptermissum. In vna siqdē regione, q̄ Cōtinentis esse dicit, cuius erat episcopus Ioannes Quiuetus ordinis Minorū. Ab hominibus, q auri q̄rendi gr̄a terras effodiebāt, numisma reptū est nomine Cęsaris Augusti & imagine signatū. Quod nacti Ioannes Ruffus Archiepiscop⁹ Cosentin⁹ quasi qd admirabile Romā misit ad summū Pontificē. Quę res nimirū nr̄i tēporis nauigātibus, q se prius q̄ alios illuc nauigasse iactabāt, gloriā eripuit. Q̄qdē numismatis hui⁹ argumēto iā cōstat ad Indos olī pueniſſe Romanos.

Petrus Colonus.

Numisma repertum apud Indos.

DE MAGNA CLASSE, QVAM CONTRA Turcas in Italiam miserunt.

EOdem tempore magnus Teucrorum exercitus in Europam veniens Odrūtum, quod est Appuliæ oppidum maritimū, vi cœpit. In quo capto Teucrorū princeps p̄sidiū ma-

UVA. BHSC. IyR_186

gnum relinquens & defensorum numerum, in Asiam reuersus est eo animo, vt cum maioribus copiis rediret. Et omnes Italiæ principatus occuparet, Romaq; capta sacerdotes omnes & Christianum nomẽ extingueret. Qua de re catholici principes admoniti per literas & nuncios Ferdinandi Neapolitanorum Regis, cuius erat oppidum, quod Teucri captum tenebant. Italiæ Siciliæq; periculis imminẽtibus volẽtes occurrere, mature subsidiũ mittere statuere. Cõuocatis itaq; totius Hispaniæ viris, qui nauigandi artem vsumq; callebant, septuaginta naues armatorũ plenas, quibus Franciscus Henricus Almirantis Alphonsi frater & Ferdinandi Regis auunculus prẽerat, in Italiam & Siciliam velis remisq; festinare iusserunt. Quarũ aliæ statim ex Lauretano, aliæ ex Gaditano portu soluentes, omnes apud Carthaginem nouam conuenere. Hinc spirante Zephyro paucis diebus aliæ Neapolis, aliæ Panormi littorib⁹ appulere. Quod cum Teucri, qui Odruntũ prẽsidio tenebant, audiuissent, magno timore percussi, subsidiiq; spe destituti, propterea q; eorum princeps mortuus erat, ab Odrunto discessere. Et Frãciscus Henricus paucos dies Neapoli cũ Ferdinãdo Rege Ioannaq; Regina suæ sororis filia cõmorat⁹, cũ classe deinde cõmeatibus & aliis onusta reb⁹ quasi victor in Hispaniã remeauit.

Frãciscus Hẽricus Dux electus contra Turcas.

DE TITVLIS SIGILLIS ET INSIGNIBVS Principum Catholicorum.

IOanne Aragoniæ Rege Ferdinãdi patre mortuo & illius regni omniumq; suorum principatuum possessionibus acceptis, quibus titulis & quo ordine vti deberent in literarum & priuilegiorum expeditionibus ad proceres consiliariosq; suos retulerunt. Quorũ cum plures eos Hispaniæ, cuius maiorem partem possidebant, principes appellandos censuissent, hoc ambitionis & arrogantiæ nomen esse existimantes, ne Portugalliq; Nauarręq; Regibus iniuriã facerent, admittere noluerunt, sibiq; titulos, quibus honestius vterentur, hoc modo statuere. Vt scilicet Castellę nomen Legioni præponeretur, Legionis Aragoniæ, Aragoniæ Siciliæ, & Siciliæ reliquis, hoc modo. Ferdinandus & Isabella Dei benignitate Rex & Regina Castellę, Legionis, Aragoniæ, Siciliæ, Toleti, Valẽtię, Gallęciæ, Maiorica, Hispalis, Sardinię, Cordubę, Corsicæ, Mursiæ, Iaenis, Algarbiorũ, Algeciræ, Gibraltaris, Comites Barcinonæ, Dñi Vizcaiæ, & Molinæ, Duces Athenarum & Neupatriæ, Comites Russinonis & Cerdaniæ, Duces Oristani & Gotiani. Sigillos aũt, q̃b⁹ lr̃æ priuilegiaq; signãt & imprimunt, itẽ clypeo stratoria pãnosq; cæteros, q̃b⁹ magna palatia Regiæq; dom⁹ exornari solẽt, castellis, leonib⁹, aqlis, & baculis insigniri iusserũt, i Castellę, Legionis, Aragoniæ & Siciliæ memoriã & honorem.

DE GALLATIAE PROVINCIAE REFORmatione & aliis rebus.

IN Gallatia prouincia bellicosæ gentes et indomitæ iam multos annos nõ modo non soluebant suis principibus, quæ iure debebant, sed ne parebant quidẽ. In montanis em̃ locis et asperis habitantes neq; superiorẽ cognoscebant, neq; Regũ iusticiã formidabant. Cuius equites inter se lõga bella gerẽtes, q potentiores & victores erant, inferiores ac victos tributa, quæ principibus debebant, omnia sibi persoluere ferocissimis minis tyrannorũ more cogebant. Qui sine vllo Dei timore, sine reuerẽtia legũ non solũ vectigalia, principũ census, magistratus & officia, sed etiã ecclesiarum redditus, res sacras, & omnia sacerdotia crudeliter vsurpabãt, arces sibi nouas & magnas turres ædificantes. In quib⁹ latrones, homicidas, sacrilegos, & delinquentes omnes atq; prophanos homines tanq̃ in asylo recipiebant. Ex quibus exeuntes omne scelus in proximos & humanum genus exercebant, & omne crimẽ. Quos antea nullus Hispaniæ princeps effrenare vel á suis moribus & maleficiis poterat coercere, ne Romanus quidem populus, qui totum orbem terrarum suo quondam subegit imperio. Quapropter cum Rex & Regina multorum hominum huius prouinciæ magnas iustasq; querelas audiuissent, & illuc ire propter negocia multa non possent, querentium iniurias & calamitates miserantes,

UVA. BHSC. IyR_186

in Gallæciã Ferdinandũ Acugniũ Comitis Bõdiani filiũ, virum fortẽ iuſticięq; ſtudioſum, et Garciam Lopez Chinchillanũ iureconſultum, hominẽ literis & ingenio magnũ, cũ exercitu mittere ſtatuere. Quibus lras ſuas & integram facultatem dederunt, vt Galliciæ regnũ gubernarent, & in delinquẽtes omnes ſeruatis legibus animaduerterẽt, & omne iuſticiæ genus exercerent. Qui cũ exercitu p prouinciam ingreſſi, Cõpoſtellam venere, quę ciuitas eſt totius prouincię caput, & aliarũ ciuitatum metropolis ſanctiq; Iacobi nomine nũcupata. Hic omnium populorũ procuratoribus accitis & cũctis iniuriã paſſis ad petendum iuſticiã cõmonitis & requiſitis, cum ſui aduentus cauſam dixiſſent, & officium literaſq; Regias oſtendiſſent, ſubinde multorũ q̃relis auditis, in improbos & omnes, q deliquerant, animaduertere cœperũt, & contra tyrannorũ minas feroces omne iuſticiæ genus exercere. Quippe q multos captos immaniſſimos latrones, homicidas, graſſatores, ſacrilegos & raptores ad mortem lata more iudico ſententia dãnauerunt. Et pręter alios duos equites, quoꝝ alter Petrus Mirãditanus, & alter Petrus Pardus Mariſcalis nomen habebat. Quos quidẽ non aurum, quod multũ pro gerendo bello contra Mauros offerebant, à mortis periculo liberauit, quoniã crimina multa magnaq; perpetrauerãt. Quæ quidẽ res mirum in modũ cunctos delictorũ ſuorum conſcios deterruit. Quorũ maxima multitudo ac ferè millenarius & quingentorum numerus effugit. Ferdinandus aũt Acugna & Garſias Lopez à Chinchilla Gallęcię regni iã gubernatores ex Callæcis, q deliquerant, quos capere potuerunt, affectis vltimo ſupplicio, qui fugerant ad iudiciũ publicis pręconũ vocibus appellatis, primum diligẽter effecerunt, vt eccleſiis, monaſteriis, & vnicuiq; bona, quæ perdiderant, reſtituerent. Deinde Regibus vectigalia, quæ latrones & tyranni multos annos vſurpauerant, omnia perſoluerentur. Poſtremo Caſtella propè quinquaginta, quę ſi bi delinquentes cauſa ſuæ defenſionis ædificauerant, omnia diruere. Hac re ſic geſta omnes totius prouinciæ populi, qui iã iuſticię ſpem & libertatis amiſerant, velut è diuturna captiuitate redempti, catholicorum principum virtutem collaudantes immortales Deo gratias agebant. Gubernatores aũt laudem magnam meruere. Qui gentem Callæcam prius indomitam prudentia magis & animi fortitudine, q̃q; viribus & armis ſubiugarunt, Iſabellæ Reginæ magnũ & animoſum ſequentes exemplũ. Illa ſiquidem prius q̃q; eos in Gallatiam miſiſſet, Hiſpali Cordubamq; venerat, & vtrobiq; ſęuiſſimas oppreſſerat factiones. Quibus Hiſpali Hẽricus Gothomanus Methynę Sidoniæ Dux & Rhodoricus Põtius Leo Marchio Gaditan⁹ armis q̃tidie pręliiſq; contendebant. Similiter & Cordubæ Iacobus Fernãdus Comes Crapenſis & Alphonſus Aquilaris Dñs Montilianus digladiabant. Quos Iſabellę Reginæ formidoloſa virtus magnaq; fortitudo depoſitis armis ad obſequiũ officiumq; reduxit. Deinde cum in delinquentes animaduertere cœpiſſet, hominum milia circiter octo, quos ſcelerum ſuorum conſciẽtia uexabat, ex vtraq; ciuitate diſceſſerunt. Quos, vt prudẽs, ne ſuis relictis domibus ad aliorũ regna tranſirent, & aduerſarios adiuuarent reſtitutis rebus, quas occupauerant, in commune omnibus ignoſcens in patriam redire conceſſit. Et multis recuperatis oppidis & arcib⁹, quas latrones & delinquentes occupauerant, omnes totius Bethicę prouinciæ populos à malis omnibus vitæ & periculis defendit, boniſq; quietem, vitam ſecuram, libertatẽq; reſtituit. Hac fortitudinis & iuſticię fama bonos omnes alliciebat, & in ſui amorem cultumq; concitabat, malos autem & hoſtes maxime deterrebat. Erat enim Iſabella Regina fortiſſima mulier, & iuſticiæ maxima cultrix. Quæ non ſolum Chriſtianis fortiſſimis principibus, ſed etiam cunctis Barbaris gentibus quibus cum bella geſſit fuit admodum formidabilis. De cuius virtutibus & ingenii naturæq; dotibus alio loco dicemus.

HISPALIS ET CORDVBAE DESCRIPTIONES ET LAVDES.

NVnc aũt, quoniã Hiſpalis Cordubęq; ſupra mentionẽ fecim⁹, q̃ ſit vtraq; ciuitas & vbi ppter abſentes paucis verbis oſtendem⁹. Sunt itaq; Bethicæ prouinciæ ciuitates ĩ ripa Be

UVA. BHSC. IyR_186

this fluminis expositę. Quarū Hispalis aliquāto maioris est incolatus. Hanc ab Hispano Hercule nepote conditā fuisse vulgus asserit. Cuius ego sententiæ nec accedo nec refragor. Incertū est enim quod nec autore nec ratione probatur. Verum enimuero cuiuscūq; sit opus vrbs est maxima & opulentissima meoq; iudicio multis Hispaniæ ciuitatibus, ne dicā omnibus, anteponēda. Est em̄ ambitu magna, forma rotūda, visu pulchra, tēplis celebris, sacerdotib⁹ exculta, multis equitibus nobilis, ciuibus plena, domibus insignis, plateis & vicis hilaris, hortis & fontibus amœna, tuta propugnaculis, mœnibus cincta, defensa portis & turribus, cāpis iucunda, agrorum frugibus abundans, oliuetis & magnis oliuis & oleo fœlix, mercatorū cōmerciis diues, artibus adornata mechanicis, & liberalibus studiis illustris. Plena multis piscium generibus & magnis ostreis, palmetis & palmulis & arborū fructib⁹ exuberans. Hostio maris & nauigabili flumine ligneoq; ponte quem parua nauigia catenis cōpactum sustinent, admodum delectabilis. Quapropter verum est illud adagiū, quod vulgo dici solet, hominibus quos De⁹ amat Hispali domum largitur & victum. In ea siquidem multo melius viuitur & abundantius q̄ in alia quātumlibet vrbe ditissima totius orbis. De cuius tēplo maximo & nauigiorum numero scripsimus alio loco. Cuius vrbis nomen Barbarę Mauritaniæ gentes deformarūt, quoniam. P. litera carebant, eius loco. B. posuerunt, & cæteris cōmutatis literis Sibiliam dixerunt. Hæc de ciuitatis Hispalensis fœlicitate sufficiant. Nunc autem cum de Corduba quædam dixerimus, ad diuerticulū stati rediem⁹. Est itaq; Corduba ciuitas antiquissima populosissimaq; in Bethis etiam fluminis ripa sita. Magnum testimonio Straboni & insigne Marcelli Romanorum Ducis ædificium. Et patriciorum colonia, dicente Plinio, cognominata. Hanc scribit Iulius Cæsar in commentariis & prouinciæ suæ caput, & de populo Romano semper fuisse bene meritam. Quæ quidem & magna rei militaris gloria & præclaris virorum ingeniis est maxime celebrata. De cuius alumnis & viris illustribus in armis & doctrinis excellentibus alio loco plene scripsimus. Habet etiam Corduba præter alia multa bona fertilissimos agrōs. Quapropter haud immerito Sylli⁹ Italicus Cordubæ solum vocauit aureum. Ait enim. Nec dec⁹ auriferæ cessant Corduba terræ. Est igitur Corduba multis magnisq; rebus admodum fœlix & cum Hispali merito conferēda. Sunt præterea duę ciuitates Hispalis & Corduba multis magnisq; suę prouinciæ populis illustres. Habet enim Bethica prouincia, teste Plinio naturalis historiæ, populos insignes & oppida memorabilia numero centum septuaginta duo, de quibus alio loco diximus.

Iulius Cæsar

Silli⁹ Italic⁹

DE ANIMADVERSIONE IN HAERESIM EORVM qui cum Iudæi fuissent & ad religionem Christianam conuersi postea rursus in occulto Iudaicū ritum seruabant.

ANno à Virginis partu supra mille & quadringentos octogesimo, catholici principes à sacerdotibus quibusdam & à nonnullis aliis viris Christianæ religionis & catholicę fidei studiosis, & p̄cipue à Priore Sanctæ Crucis & Petro Martino Carnagno secretario Regio admoniti fuere in Hispania fere tota q̄plurimos homines esse de genere Iudæorū, q Christianum nomen & doctrinam execrantes Hebræorumq; more viuentes in suis domibus clam Christianis veterem legem ritumq; Iudaicum repetebant & obseruabant, Christianorum cerimonias contemnentes. A quibus nisi prudenter matureq; in eos animaduertere iuberēt, magnū sine dubio periculū ꝓpter eorū multitudinē Christianæ religioni fideiq; catholicæ posset accidere. Quorū puersitas & error impius ac detestabilis nimirū catholicis principibus fuit q̄molestissimus. Quippe qui grauissime ferebant, q̄ essent apud se & in suis ciuitatibus & populis homines de Christiana fide male sentientes, ideoq; statim re cōmunicata cum Petro Gonsalo Mendoçio, qui tū tēporis erat Hispalēsis Archiepiscopus & Hispaniæ Cardinalis, & cū aliis viris sapientibus & literatis Christi nri redeptoris honorisq; mature cōsulere stā-

UVA. BHSC. IyR_186

tuere. Cęterum nunc anteq̄ de rebus, quæ in hac causa secutę fuerunt, aliquid dicamus, duo p̄ ponenda nobis occurrunt. Vnum de Iudęorum moribus & ritu, alterum de causa conuersionis eorundem ad Christianam religionem in Hispania. Tria pręcipua sunt, in quibus Iudaicę religionis documenta consistunt, vt scilicet sabbato quiescerent ab omni opere cessantes, circumciderentur, & à suillis carnibus abstinerent. Quæ quidem præcepta Moses à Deo accepta Iudęis tradidit, sed in alio sensu q̄ ipsi acceperunt. Sabbatum seruabant Iudæi sed superstitione nimia. Ideoq̄ non immerito die Saturni, vt Frontinus scribit, quo capere arma non audebant, vt præceptum seruarent, à Vespasiano debellati fuere. Qui iræ & inuidię pleni, vt ait Lactantius, Christum accusabant, q̄ legem Dei per Mosen datam solueret, q̄ sabbato non vacaret operans hominum salutem, q̄ cęcos sanaret, q̄ circumcisionem vacuefaceret, q̄ abstinentiam suillæ carnis auferret. Illud autem de Iudæorum turpitudine q̄uis obscœnum non omittam. Siquidem interrogati Iudęi quidnam sabbato facerent ociosi, anum, respondebant, sabbato nihil agentes digitis purgamus. O gentis ignauæ fœdissimam turpitudinem, respondeant hic mihi Iudęi sapientiores summiq̄ sacerdotes, nonne die festo melius est hominum curare salutem, & cæcos sanare, q̄ in tam fœdam corporis partem digitos immittere? Cum autem Deus à carne suilla Iudæos abstinere iussit, id illis potissimum significauit, vt à peccatis & immundiciis abstinerent, propterea q̄ sus animal est lutulentum & immundum, quod cœlum nunq̄ suspicit, sed in terra toto corpore prolectum & somno ventriq̄ semper seruiens, nec vllum dū viuit vsum præstet hominibus, sicut cætera præstant animalia. Interdixit ergo ne porcina carne vescerentur, id est ne porcorum vitam imitarentur, qui ad solam mortem nutriuntur. Figura vero circumcisionis fuit, vt scribit Lactantius, vt significaretur nudandum esse hominum pectus, vt aperto simpliciq̄ corde viueremus. Illa enim corporis pars quæ circumcidi tur quandam habet similitudinem cordis humani. Quam ob rem nudari Deus eam iussit, vt hoc argumento nos admoneret, ne tectum & inuolutum pectus haberemus, neue quod pudendum facinus intra conscientiæ nostrę secreta teneremꝰ. Deus ergo circumcisionē à carne mortali ad animam transtulit immortalem, quæ mansura semper est. Colūt autem Iudæi nubes & cœli numen, propterea q̄ Mosi Deus apparuit in nebula totum Sinai montem cooperiēte p sex dies qui die septimo ex medio caliginis Mosen vocauit. Et ingressus per medium nebulæ Moses montem ascendit, Vbi commoratus est quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Ibiq̄ tabulas à Deo lapideas accepit, legem & mandata quæ scripsit Deus, vt doceret filios Israel. Vnde dixit in psalterio Dauid: inuocabāt dominum & ipse exaudiebat eos & de columna nubis loquebatur ad eos. Idem inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Adorabant ergo Iudæi nubes, quia Deus illis in nubibus semper apparuit. Vnum tamen Deū colebant quem sempiternum esse dicebant & immutabilem. Vnde legimus in diuinis scripturis vnus Deus est Hebręorum, qui creauit omnia, terram stabiliuit, mariaq̄ fundauit. Seruant arcano modo Iudęi pentateuchum, id est volumina quinq̄ veteris testamēti, quæ Moses conscripsit scilicet Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros & Deuteronomion.

Cerimoniæ Iudæorum.

Frontinus.

Lactantius.

UVA. BHSC. IyR_186

[illegible] Apud Athenienſes autem piaculum erat erranti non monſtrare viam. Carmen eſt enim apud ipſos, quod publicis cantabatur in ſacris, eos impioſe ſſe & execrabiles, qui viã non mõſtrarent erranti. Nunc autẽ quoniam de Iudæorũ moribus iam diximus, cauſam conuerſionis eorũ paucis verbis explicabimus. Fuit in Hiſpania ſuperioribus annis ſęculo noſtro vir quidam nomine Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum, theologus celebris, orator vehemens, vita probus & moribus integer, patria Valentinus. Qui quidem dum vixit Chriſti cultum fidemq; catholicam publice concionando, docendo, admonendo, hortãdo, perſuadendo non modo ſermonibus & doctrina, ſed etiam moribus, exemplis, & proficuis lectionibus illuſtrare nunq; deſtitit. Quem Calixtus tertius maximus Pontifex, quoniã Deus, qui bonis & ſui cultoribus pro meritis præmia retribuit, in morte eius & poſt mortem miracula demonſtrauit, in ſanctorum numerum retulit. Hic itaq; cum vita ſanctus eſſet, & eloquentia magnaq; doctrina maxime polleret, Iudæis errores omnes, in quibus admodum cæci verſabant validiſſimis argumentis & euidentiſſimis rationibus oſtendens, eorum q; plurimos ad Chriſti cultum fidemq; catholicam conuertit. Qui quum Chriſtianam religionem fidemq; noſtram veram ſanctamq; eſſe comprobaſſent, lauacro ſancti baptiſmatis & aliis omnib⁹ eccleſię ſacramẽtis acceptis Chriſtianorum moribus & ſacris viuere libentiſſime cœpere. Deinde vero ſiue ſuggeſtione malorum dęmonum ſiue Iudęorum conſuetudine, ſiue q; difficile eſt aſſueta relinquere, propterea q; hominum natura mutari neſciens, ſi quando ſua delicta cognoſcens ad virtutem meliorem q; viam ſe conuertit, mox tamen inconſtans ad ſiniſtros mores ſolitoſq; facile reuertitur, Chriſtum non fuiſſe, quem adeo mittendum expectabant, opinãtes, in occultis ędium ſuarum locis, Chriſtiana religione neglecta, ſabbatarios ritus & Iudaicas cerimonias repetentes, noctu ſynagogam ingredientes ſua ſacrificia, feſta paſcalia & auorum memoriam quot annis nudis pedibus celebrabant. Qui clam Chriſtianis hæc impune ſeſe facturos arbitrabãt. Verum enimuero nihil eſt imprudentius, nihil ſtultius, nihil dementius his qui cum peccant, mala, quæ cõmittunt, neminẽ reſciturum eſſe falſo ſibi perſuadẽt. Nihil eſt enim tam occultũ, nihil fieri poteſt tam ſecretum, quod ſcire nemo poſſit, in magnis præſertim rebus. Nam quo maiora delicta ſunt, eo certe citius deteguntur. Non igitur quum peccant homines exiſtimare debent quę fecerint fore ſemper occulta. Nulla quidem res eſt, quam nõ longa dies reuelet. Eſt enim veritas temporis filia. Reuelauit itaq; tempus vel poti⁹ iuſticia Dei catholicis principibus Manichæos in tenebris noctis & occulto delinquentes, nec impune diutius peccare permiſit. Quorum maleficiis & erroribus catholici principes obuiantes, conſilio Cardinalis, quem ſupra memorauimus, primum ſacerdotibus & viris religioſis in omnibus ciuitatibus & populis iuſſerunt, vt omnes qui nuper ad religionem Chriſtianam conuerſi fuiſſent, tum concionibus publicis, tum priuatis ſermonibus diligenter admonerent, inſtruerent in omnibus eccleſiæ ſacramentis & in catholica fide retinerent & confirmarent. Deinde vero cum hoc parum vel nihil profuiſſe cognouiſſent, hanc ob cauſam Romam legatos miſerunt ad ſummum Pontificem. Qui cum cauſam legationis audiuiſſet admirat⁹ nouam hæreſim & moleſtiſſime ferẽs dedecus & ignominiã, quam Chriſti cultoribus impium hominum genus inferebat, lĩras ſuas bullatas & apoſtolico ſygillo ſignatas ad principes catholicos deſtinauit. Quibus in eos inquiſitionem fieri diligenter & animaduerti iubebat, qui Chriſtianę religioni fideiq; catholicæ q; cunq; modo detraherent aut detraxiſſent. Rex igit̃ & Regina literis acceptis autoritate iuſſuq; Pontificis inquiſitoribus, quos ad hanc rem exquirendam ex omnibus ſacerdotibus regnorũ ſuorum moribus & doctrina probatiſſimos delegerant, hunc ordinem & hanc legẽ ſtatuerũt, vt in omnibus citerioris & vlterioris Hiſpaniæ ciuitatibus & populis literas ſuas & ædicta publicarent Pontificio iure compoſita. Quibus publicatis & inſpectis, omnes qui crimen hęreticę prauitatis incurriſſent, infra certum temporis ſpacium ſuos errores inquiſitoribus, qui pa-

Cauſa cõuerſionis Iudæorum.

S. Vincentius

Tempus omnia detegit.

UVA. BHSC. IyR_186

tres appellantur, confitentes reuelarent, veniam suppliciter deprecantes. Ecclesiæ reconciliati, scelerum, quibus Christi nomen abnegassent, iniunctas sibi pœnitentias agerent. Ad quod iudicium priusq; terminus temporis concessus præteriret hominum milia circiter septendecim vtriusq; sexus conuenerunt. Quibus ecclesia, quę fons est misericordiæ magnæq; pietatis, cõtenta pœnitẽtiis vnicuiq; pro qualitate criminis impositis, vitam, qua fortasse digni non erãt, clementer indulsit. Multi autem qui literis & edicto parere noluerunt, in sua hæresi perseuerantes habita probatorum testium relatione capti fuerunt, & tormentis affecti, sua crimina confitentes in ignem coniecti vitam cum morte commutauerunt. Quorum alii sua crimina flebãt Christum recognoscentes, alii pertinaces in erroribus Mosis nomen inuocantes. Quorũ paucis annis vtriusq; sexus milia duo combusta fuerunt. Multis præterea, quos delictorum suorũ pœnituit, q̃uis grauiter peccauissent, concessum est, vt in carcere pœnitentias agentes vitã finirent. Aliis quoq; qui morte liberati carcereq; soluti fuerunt, hoc pœnæ genus datum est, vt scilicet infames essent, & priuati publicis officiis, auro & omni genere serici, duabus crucibus coloris ignei signarentur, quarum alteram in pectore, alteram à tergo super exteriorem vestem quę viderentur ab omnibus gestarent, & ipsi cognoscerent. Animaduersum est etiam in mortuos, quos in vita deliquisse constabat. Quorum ossa, quæ plurima fuere, publicatis bonis filiisq; priuatis honoribus & officiis è sepulturis extracta publice cremata fuerunt. Hoc iusticię genus homines q̃plurimi de stirpe Iudaica, suorum criminum cõscii, pertimescẽtes patria sua domoq; relicta & multis magnisq; rebus ex catholicorum principũ regnis aufugerunt. Multi siquidem in Portugalliam, multi in Nauarram, alii in Italiam, alii in Galliam, alii in alias regiones, vbi se tutos fore putabant, migrauerunt. Quorum res & bona tam mobilia q̃ stantia catholici principes in bello, quod aduersus Mauros & Barbaros alios gerebant, distribuenda censuere. Quarum rerum omnium summa fuit ingens. In Bethica nanq; prouincia duntaxat eorum qui cum filiis & vxoribus fugerant, inanium & vacuarum domuũ milia quinq; reperta fuere. Et quoniam, vt supra diximus, Iudæorum consuetudo nuper ad Christianam religionem conuersis pernicioſa videbatur, propterea q̃ occasionem peccãdi sine dubio p̃bebat, catholici principes Iudæos omnes à regnorum suorum finibus in perpetuum depulerunt, & exterminarunt. Qui cum per edictum moniti neq; vendere suas domos neq; secum transferre pecunias possent, eorum nonnulli deprehensi fuere, qui nummos in asinorum clitellis & auribus deferebant. Fama fuit etiam quosdam seniores in lienib? & vetulas in vuluis multas asportasse pecunias tanq̃ in loculis.

DE SACERDOTIBVS ET VTRIVSQVE SEXVS religiosis ad honestiorẽ vitam & officium reformatis.

QVantę autem nostris principibus omnis virtus & omnis honestas curę fuerit, non in humanis solum rebus, sed in diuinis etiam officiis ad religionis nostrę cultum spectantibus facile perspeximus. Quippe qui non minus diuinarum rerum cultores, non morũ censores minus & omnium virtutum professores, q̃ regnorum suorum gubernatores erant. Nec Reges magis videbantur q̃ sacerdotes sanctiq; Pontifices & humani diuiniq; iuris & sanctissimarum legum conditores, custodes, & conseruatores, Dei semper nomen exaltantes, & hominibus iusticiam, pacem, quietem q̃ & salutem procurantes. Quam ob rem cum vidissent religiosos omnium ordinum, & præcipue Minores & Prædicatores, alios honestius & prę cepta suę religionis obseruantes, alios liberius ac dissolutius viuẽtes, nec ordini suæ professionis nec superioribus obsequentes omnes qui Clausirales dicuntur & libere vagabãtur, ad Obseruantium normam & honestiorem vitam compulere, etiam fœminei sexus sacerdotes & sacras virgines, quas moniales appellant, licentius vagari consueuerant, à virorum, qui suspecti videbantur, consuetudine secreto colloquio & monasteriorum suorum exitu prohibuere. Præterea iu

UVA. BHSC. IyR_186

uenibus adoleſcẽtulis aliis cunctis & qui literarum ſtudiis & bonis artibus opẽram dabant, vſum longarum & ſericarum veſtium promiſſorumq; capillorum, quibus nonnulli maxime ſtudebãt, ademerũt. His rebus & à ſtudioſis oĩbus colebant, & à virtutibus alienis timebant.

DE LVDORVM ET BLASPHEMIARVM prohibitione atq; luſorum pœnis.

PRohibuerunt & ludos, aleæ prẽcipue atq; cartharum. Ex quibus multa quotidie malorũ genera naſcebantur. Sunt enim ludi, de quibus alibi plene ſcripſimus, perſimiles meretricibus. Qui voluptate quadam non ſolum vulgares homines & inſipientes, ſed etiam nobiles equites viroſq; primarios fallunt, literatos, ſacerdotes, atq; Pontifices. Ideoq; catholici principes luſores omnes edicto publicoq; p̃conio pœnis grauibus conſtitutis à ludis abſtinere iuſſerunt. Ex quibus etſi quæ mala naſcantur alio loco diximus, hic tamen aliqua repetemus, vt q̃ prudenter & q̃ ſancte prẽceperint catholici principes omnes agnoſcant. Quandoquidẽ luſores vbi pecunias & res, quas habebant, turpiter amiſerunt, egeſtate coacti deſperatione ducti omniq; ſpe deſtituti, in ſeſe plærumq; manus vertunt, ſibiq; mortem conſciſcunt. Ex quibus alii ſe laqueo ſuſpendunt, alii gladio ſuo vitam finiunt, nonnulli de turri ſeſe præcipitauerunt. Quidam ſe deiecerunt in puteos, alius inſaniã ſimulauit, in quam plures inciderunt non ſimulatam. Multi prẽterea luſorum latrones fiunt, qui primum, ſi leue cõmiſerunt furtum, equitantes in aſellis & capite mitram geſtãtes papyraceam, taurino neruo nudo corpore cẽdunt, eorũ maleficia denunciante præcone. Quibus deinde furto ſecundo grauius iterum cẽſis aures amputantur. Poſtremo ſi tertio peccauerint ſuſpendium merito patiũtur, aut ſi graſſatores fuerit & viatores, aut ſpoliauerint aut occiderint, palis alligati per ſignum ſagittariis exponunt. Hæc & alia multa mala luſoribus eueniunt. Quæ quidem ſi multis qui ludunt hodie venirẽt in mẽtem, ſibi fortaſſe cauentes à ludis abſtinerent. Sentirent enim & intelligerent q̃ miſera, q̃ pernicioſa, q̃ deteſtabilis, q̃ periculoſa ſit ludentium vita. Quos quidem conſcientiæ ſuę ſtimulꝰ verberat, quos horrenda mortis vmbra circũdat. Sed ad principes catholicos redeo, qui ſpiritu diuinitatis affiati viros omnes probos & quacunq; virtute prædítos extollebant magnis honoribus & commodis afficientes. Malos aũt & pertinaces in maleficiis & obſtinatos, quos errorum ſuorum pœnitere non poterat, à ſuis principatibus exterminabãt. Vitiis prẽterea deditos inutiles homines & delicioſos omnes accuſabant, caſtigabant. & à domo ſua curiaq; ſub mouebant, & prẽcipue luſores. Quibus nihil eſſe dicebant improbius, nihil furaciꝰ, nihil mẽdacius, nihil ſceleratius, nihil dementius, nihil ſtultius, nihil inſanius. Propterea q; ſi peccãt homines, qui certe peccant, nam mortalium nemo ferè viuit ſine crimine, vnuſquiſq; tamen in eo peccat vitio, quo vtitur, et non fortaſſe peccat in aliis. Peccant enim ſuperbi vel ſua forma vel aliqua de ſe opinione falſa decepti. Auariciæ multi crimen incurrũt, mala rerum, quibus haud indigent fortaſſe, cupiditate ducti. Deuincuntur nonnulli gulæ falſis irritamentis & dulcedine guſtus. Plures libidine, feruore magno ſanguinis accenſi multipharia variiſq; modis q̃grauiſſime delinquunt. Inuidia non pauci fœlicitatis alienæ dolore pallentes. Impatiẽtia multi, & quidem plærũq; ſine cauſa grauiter iraſcuntur, & ira cẽci penitus mala multa committunt, alii deſides & ocio ſomnoq; dediti vitam agunt, qui neq; ſibi proſunt neq; aliis. Sed vnꝰ luſor peccat in omnibus. Qui quidem nunq; benefacit, nunq; bene cogitat, nunq; bene loquit. Qui nec colit nec habet amicos, qui non propinquos non fratres amat. Qui matris, vxoris, filię, ſororis, & fortaſſe ſuam pecuniæ cupiditate ductus pudicitiam vendit & honorem. Qui parentum funus exoptat atq; molitur. Qui Deum abnegat. Qui animam ſuam occidit & inferis offert. Quid enim non facient homines, quos nõ pudet perdere nummos, perdere tempus, perdere ſomnum, perdere famam, perdere vitam? Quocirca cum magna pars hominum ſemper & vbiq; luſerit, illorum veriſſima mihi videtur opinio, qui ſubterraneas domos & antra tenebroſa luſorum plena eſſe dixerunt. Quã ob rem luſoribus ego conſulere cupiens & opẽ ferre

Mala q̃ luſoribꝰ accidũt.

Septem peccata mortalia.

Inferna loca luſorũ plena

UVA. BHSC. IyR_186

quibusdam carminibus, etsi eos primum grauiter accusaui, deinde tamen remedium demonstraui proficuum, & salutarem adhibui medicinam. Qua quidem quicunq; vsus fuerit & Dei misericordiam deprecatus, non equidem dubito, quin veniam facile consequatur. Illos autem perituros & perpetuos cruciatus passuros prospicio, quos vltima vitæ dies ludentes inuenerit. Nam qui ludos in vita non reliquerint, ludent etiã post mortem sua crimina flẽtes apud inferos. Prudenter igitur & sancte catholici principes ludos, qui omnium malorũ causa sunt, prohibuere. Qui blasphemãtibus etiã praueq; loquentibus pœnas, quib⁹ plecterent̃, statuerũt.

DE TEMPLIS A CATHOLICIS PRINCIPIBVS ædificatis & aliis refectis & instauratis.

IVsta pro Christianæ religionis augmento bella gerentes vt hostes debellarent & victorias consequerent̃, Deo Optimo Maximo & eius genitrici Marię Virgini multisq; sanctis nõ modo supplicationes & sacrificia, sed ędes etiã sacrãdas & noua tẽpla liberalissime deuouebãt. Quæ subinde votorum compotes beneficiorumq; memores optato potiti largiter & officio se pręstiterunt maximis impensis. In Abila siquidem ciuitate templum diuo Thomæ dicatũ à fundamentis ædificare cœperunt, quod aureorum propè centum quinquaginta milibus absoluerunt. Toleti aliud admodum conspicuum nomine sancti Ioannis Euangelistæ cui regum cognomen indiderunt. In cuius exterioribus muris & parietibus altis magna pendet catenarũ multitudo, Quibus astricti Christiani, qui capti fuerãt à Mauris multos annos illis seruierãt. Qui deuictis Mauris & Granata restituta, catholicis principibus catenas in memoriam suæ redemptionis in hoc templum contulere. Segouię monasterium magnum sanctæ Crucis ordinis Prędicatorum condiderunt. Granatæ Virgini Deiparæ templum maius domumq; Pontificalem magnis erexerunt sumptibus, & quatuor & viginti sacerdotibus suis, qui singulis diebus rem diuinam celebrarent, cellas fieri iusserunt, & suam sepulturam, in qua nunc simul eorũ corpora iacent. Atq; aliud diuo Francisco religiosis ordinis Minorum. Condiderunt prętera cœnobium extra vrbem ordinis sancti Hieronymi magnis dispendiis & redditibus dotarũt. In quo etiam Gonçalez Fernandez Magnus Capitaneus sibi magnũ sacellum fieri iussit conspicuum, cui magnos reddidus distribuit. Item condiderunt catholici principes extra vrbem cœnobium ordinis Cartusiani, de quo scripsimus alio loco. Et intra muros ciuitatis aliud ordinis Prædicatorũ sub nomine & honore Sanctæ Crucis. A Granata quoq; oppidum passuum milibus circiter octo condere statuentes, quo Granatam facilius expugnarent, quod oppidũ Sanctam fidem vocauerunt, in primis templum in quo sacerdotes diuinis officiis sacrificãtes operam darent, ædificare iusserunt. Etiam in Compostella admodum venerabile templum & hospitalem domum in honorem Sancti Iacobi & peregrinorum commodum atq; profugiũ fecerunt, opus nimirum pium maximeq; necessarium. Magnas insuper in aliis templis & monasteriis ædificandis, multas & in aliis siue vetustate collapsis, siue ruinam minantibus reficiendis & instaurandis pecunias contulerunt. Romæ denicq; trans Tyberim apud portã Sancti Pãcratii magnificum diuo Francisco templum condiderunt magnis impensis. In vrbe prætera non minorem sumptum summamq; pecuniarum dederunt in refectione domus hospitalis & ecclesiæ Sancti Iacobi, quæ Hispanorum dicuntur, contulere. Hęc & alia multa fecerunt opera catholici principes non minoris quidem virtutis & sanctitatis, q̃ munificentiæ. Qui profecto suis hæredibus & posteris omnibus mirabilia omnium virtutum reliquerũt exẽpla. Quibus optimus quisq; princeps ad gloriam vitæ debebit & excitari facile poterit.

DE CONCORDIA ET FINE BELLI INTER CAtholicos principes & Alphonsum Portugalliæ Regẽ.

NVnc autem quoniam initium & causam belli, quod à catholicis principibus contra Regem Portugalliæ gestum est, supra memorauimus, æquum est ratioq; poscere videt̃, vt

UVA. BHSC. IyR_186

eiuſdem belli quoq; quod ſupereſt & finem demonſtremus. Ad quam rem oſtendendam quæ dam prius repetere neceſſe eſt. Anno. M. CCCCLXXIX. cū eſſent catholici principes in oppido Guadalupo, quo Galliæ Regis legati pro petenda confirmandaq; pace conuenerāt, nuncios de morte Ioannis Aragonum Regis acceperunt, & ſubinde totius Aragoniæ, Siciliæ, Valentiæ, Barcinonæq; principatus oratores ad Ferdinandum Regē ſupplicatum venerūt, vt ad capiendam regnorum ſuorum poſſeſſionem proficiſceretur. Hinc itaq; diſcedentes in Turrim Iuliam, quam ciuitatem Trogillum vocant, cum exercitu venerunt. Vbi funere ſolēniter celebrato & peractis exequiis, Gallorum Regis legatis cum pacis confirmatæ conditionibus honorifice dimiſſis, Rex Ferdinandus in Aragoniam proficiſcitur. Quo diſcedente Regina ſuis Ducibus accitis, omnes exercitus copias in partes quatuor diuiſit. A quibus Emeritam Auguſtam, Delectoſam, & Montangē eodem tempore tormētis oppugnari iubet. Sunt autem hæc oppida Luſitaniæ prouinciæ inter Anam flumē & Tagum, Portugalliēq; regno propinqua. Quę mulier quędā Maria nomine Pachiequa filia ſpuria Ioānis Pachiequi Villenę Marchionis, quæ Portugallię Regis partes fouebat, occupauerat. Hæc mulier orbata marito nimis audax & inconſulta fuit multorum malorum cauſa. Quæ non ſęua minus & immitis, q̄ imprudens & temeraria cum Petrum Portucarrerium Metellini Comitē filiū ſuum, quinquēnū de prehenſum tenuiſſet, deinde ſolutum multorum precibus è domo ſua crudeliter eiecit. Et contra catholicos principes Alphōſo Portugallię Regi multas arces Caſtellę regnum & bona ſua omnia pollicebatur. Dum hæc oppugnantur oppida multaq; alia per hāc regionem bella geruntur, Alphonſus Cardinas ordinis ſancti Iacobi militiæ prefect⁹ apud Emeritam cum Portugalliæ Regis exercitu magnum prelium commiſit. In quo multis vtriuſq; partis occiſis, demum Portugalliæ Regis equites longo labore defeſſi terga verterunt. Quorum pręter interfectos multi quoq; capti fuerūt, & in his Eborenſis epiſcopus omnib⁹ ſignis amiſſis. Alphōſus autem Cardinas etſi duo magna vulnera fortiſſime pugnans acceperat, hac tamē inſigni victoria potitus & fugatis hoſtibus magnum quidem Ducis nomen adeptus eſt, & ſingularem catholicorum principum gratiam. Qui ei vel vltro ducatorum auri milia circiter nouem, quæ ſingulis annis pendere tenebatur, liberaliſſime remiſerunt. Sub idem tempus alii Reginæ Duces oppida, quæ ſupra memorauimus, acriter oppugnabant, & Delectoſæ arcē cœperant, multiſq; aliis in locis prælia magna quotidie gerebantur. In quibus magn⁹ vtriuſq; partis hominum numerus deſiderabatur. Atq; multo quidem plures interiiſſent, niſi Deus, cui⁹ miſericordia magna eſt, huic bello finem dediſſet. Qui ſanctas catholicorum principum mentes ſcrutatus, eorum magnos labores miſeratus eſt. Cuius affiata ſpiritu Beatrix Iſabellæ Reginę matertera, quę prudentiſſima mulier Ferdinandi Viſei Ducis Portugalliæ Regis fratris vxor fuerat, & Alphonſum Portugallię Regem & eius filium Ioannem generum ſuum, & Iſabellā Caſtellæ Reginam ſuę ſororis filiam vehementer amabat, cū inter cognatos & propinquos ſuos crudeliſſima bella geri moleſtiſſime ferret, ad Iſabellam nuncium cum literis clā miſit. Quibus eā rogabat, ut commodi ſui cauſa in aliquem locum Portugalliæ regno propinquum cōueniret. Vbi de rebus ad pacem & concordiam ſpectantib⁹ & neceſſariis colloquerent. Certam ſe ſpē habere dicebat Deo iuuante, vt bellis & malis omibus atq; laboribus finem darent. Cuius humanitas & tam pius animus Iſabellę Reginæ fuit nimirum q̄ gratiſſimus. Ideoq; voluntati ei⁹ ſanctoq; deſiderio ſatiſfacere ſtatuens, in Alcantaram, quod oppidum eſt in ripa Tagi Portugalliæ propinquum cum paucis equitibus ſe contulit. Huc aduenientem Beatricem materterā ſuam magna lętitia reuerēter excepit, & in eadem domo iuxta ſe collocauit. Vbi per dies octo penè ſolę locutę ſunt. Et ineundę pacis conditiones ordinemq; literis mandauere. Quibus cū Beatrix diſceſſit, & cum ea Rhodoricus Maldonatus iureconſultus Iſabellę Reginę conſiliarius profectus eſt, Quem Regina miſit quaſi legatum, vt ea quæ cum Portugalliæ Rege fierent intelligeret, & ad ſe ſcripta mitteret. Beatrix autem vbi ſuam domum peruenit, primum Ioanni genero ſuo Regis filio, quem pacis & concordię cupidum nouerat, quas attulerat conſtitu-

Maria Pachiequa.

Alphonſus Cardinas.

UVA. BHSC. IyR_186

tiones pacis ostendit. Hic Dei cultor & ingenio magno p̃ditus ab initio causam patris & expeditionem non iustam esse cognoscēs, inuitus aduersus Catholicos principes bellum gesserat. Quocirca cum per honestas concordię sanctiones, quas eius socrus sanctissime procurauerat, approbasset, suos consiliarios & omnes equites, qui voti sui participes erant & eiusdem voluntatis conuocauit. Quibus cum rebus ad pacem spectantibus cōmunicatis, omnes Alphōsum Regem conuenerunt. Qui cum ea quæ Beatrix eius cōsocrus egerat cum Isabella Regina causa pacis & quietis audiuisset, etsi sua magis q̃ aliorum interesse videbat, male tamē persuasus à multis & præsertim à Castellanis, qui quoniam à suis principibus temere defecerant, pacē magis q̃ bellum timentes, ei dicebant vt ab incepto nullo modo desisteret, propterea q̃ sine magno suo dedecore facere non posset, pacis & concordię conditiones renuit, alias petēs neq; iustas neq; sibi concedendas, & inimicorum magis fallacibus q̃ amicorum veris consiliis est obsequutus. Quem cum neq; publice multi neq; priuati deprecantes alii flectere potuissent, Maldonatus Isabellæ Reginæ consiliarius spe iam pacis amissa, cōmeatum petēs à Rege quatenus nihil agi videbat, discedere statuit. Quod sciens Ioannes Regis filius eū ne discederet rogauit. Et Regem sola Beatrice præsente sic est allocutus.

DE SERMONE QVEM IOANNES PORTVgalliæ Regis filius ad patrem habuit.

SI Regiam dignitatem & vitam tuam maiori curæ nobis esse crederes, q̃ vllis aliis charissime genitor, profecto non aliorum falsa prauaq; consilia nostris q̃ fidelissimis atq; iustissimis precibus anteponeres. Quare te quoniam tuæ consocrus & meum consiliū quasi alterū mulieris & alterum iuuenis aspernari videmus, & si magis accipere q̃ dare cōsiliū deberemus, decreuimus tamen tuæ maiestati, quæ nostræ mentes in hac expeditione præsagire videntur, ostendere. Vt si quando vel tui vel aliorum consilii pœnitere te cœperit, nostrum memoria repetitum cognoscas. Expeditionis nostræ causam, si verum fateri volumus, iā iniustā esse Deus hominesq; sciunt. Quod ne illi quidem Castellani negant, qui nobis, vt hoc bellū gereremus iniuste falsoq; persuaserunt. Henrici nanq; Castellæ Regis naturę defectus, quod inter nos dici potest, multis mulieribus & duabus vxoribus fuit q̃ notissimus. Qui non sine causa conscientiæ suæ stimulis actus, ante mortem suam Isabellam sororem & non aliam sibi successuram iureiurando nominauit. Ex quo quidem intelligere facile est q̃ iniustam huiusmodi belli causam susceperimus. Ideoq; mirari minime debemus, si nobis aduersa fortuna semp fuerit. Aspirat enī Deus in bellis gerendis & maxime fauet pro virtute iusticiaq; pugnantibus. Et proinde victoriam consequi non possumus. Quod si causa nostra, quā, vt videmus, dānant omnes, iustior esset, non propterea pacem recusare deberemus. Nam si nostras cum aduersariorū copiis cōferamus, nimirum quanto sumus inferiores omnibus rebus cognoscemus. Illorum siquidem vires indies crescunt, nostrę vero quotidie minuuntur. Augentur illis exercitus & regnorum numerus, nobis vnicum regnum est & non magnum, atq; iā pecuniis & viris exhaustum. Iuuentus & equites bello consumpti. Expetunt illorum magni principes gratiā & amicitiam, & præcipue Gallorum Rex Ludouicus. Qui nuper iam nostri fœderis oblitus, ad eos oratores misit pacem perpetuam petentes. Quæ nobis igitur habenda spes est, aut vnde venturum auxilium sperare possumus? Consule ergo mi pater honori tuo, consule obsecro & tuorum omniū saluti. Nec cōmittas, vt dum principatus alienos affectas, iure tuos amisisse videare. Nā per Deum immortalem, quid nobis volumus, aut quid quærimus? Non inquis possum sine dedecore, tot nobis illatis iniuriis, à cœptis desistere ꝓpter hominū sermones. Immo certe potes pater & tua magna cum laude, propterea q̃ pax tibi non petitur, sed honestissimis conditionib⁹ offertur. Quam quidem non recusabis, si tecum plus virtus et ratio q̃ vulgi valebit opinio, si plus Dei iusticiam, q̃ populi rumores timebis, si tuam ætatem respexeris, si successorum tuorum saluti futuræq; quieti consulere volueris, si pericula, quæ passi sumus in præliis, & quo-

UVA. BHSC. IyR_186

exercitus amiserimus memineris, si q̃ regno Castellæ propinqui sumus, & q̃ eius amicitia nobis necessaria sit consideraueris. Non omittas igitur obsecro sanctissimę pacis conditiones nobis oblatas, neq; te fallant Castellanorū cōsilia. Qui quoniam suis principibus iniuste defuere, mori quidem mallent in bello, q̃ illorum subire iudicium. Nō spernas igitur preces nostras, amantissime pater, ne nostra Deo, qui propter superbiam Luciferum de cœlo deiecit, pertinacia displiceat. Diligit enim Deus pacis amatores, & inimicos odit atq; castigat. Hoc sermone admodum tristi & Beatricis precibus, quæ lachrymas continere vix poterat, Rex conuictus, & quasi flenti similis Ioannem filium gemens amplexus est. Et ad Beatricem cōuersus: o mulier, inquit, non minus sancta & sapiens, q̃ fortis & excellens, magna nimirum est tua virtus, magna in q̃ tua erga nos fides, magna pietas & amor maximus. Quæ quidem sola tua prudētia proficuum nostris malis nostrisq; laboribus excogitasti remedium, salutarē doloribus medicinam, & finem bellis optatum. Magnas igitur tibi gratias agimus, & amātissimis tuis atq; sapientissimis cōsiliis obsequimur. Faciemus itaq; q̃libentissime quod filius noster ex tuo cōsilio nos deprecatus est. Quem ego profecto video posthac tibi multo magis, q̃ mihi ipsi, qui eum genui, debiturum. Hęc cum dixisset, eius dexteram filius osculatus est, & Beatrix ei magnas gratias egit. Postero die Rex cōuocato cōsilio, & re diuina celebrata, Maldonato Reginę Isabellæ consiliario præsenti pacis cōstitutiones, q̃ fuerunt huiusmodi libenter accepit. Verba Regis

DE PACIS ET CONCORDIAE SANCTIONIBVS inter Isabellam Castellæ Reginam & Alphonsum Portugallię Regē vltro citroq; petitis & cōcessis.

PAcis & concordię conditiones, quas vtraq; pars petiuit & concessit, sic se habent. Imprimis vt Rex Portugalliæ titulum, quo se Castellæ & Legionis Regem vocari iusserat, deponeret, et insignia Castellanorum Regum, quæ suis clypeis impresserat, abraderet, iureiurando promitteret ne Ioannam suæ sororis filiam vxorem duceret. Atq; illa sex mensium spacio suo vteretur arbitrio, quæ siue manere vellet in Portugalliæ regno, siue alio proficisci, libere facere posset. Dum tamen ei neq; Rex Portugalliæ, nec alius quisq̃ præstare fauorem & auxilium auderet. Quæ si forte in Portugalliæ regno permanere statueret, peracto semestri tempore de duabus conditionibus alteram eligere teneretur. Vt scilicet vel Ioanni Castellæ principi, qui tum paruulus admodum erat, nuberet, ac tam diu apud Beatricem, quam supra memorauimus, maneret, donec sponsus ad virilem perueniret ætatem, vel ordinis sanctæ Claræ religionem ingrederetur in vna domo ex quinq; in Portugalliæ regno nominatis. Et Alphōsus Portugalliæ Regis ex Ioanne filio nepos Isabellam Catholicorum principum filiā vxorē duceret. Qua cum per aliquod tempus ad certitudinem pacis & cōfirmationem in arce Morana quę est in Portugallię regno, maneret, sub custodia & contubernio Beatricis, quæ præcipua pacis causa fuerat. Hæc fuerunt Isabellæ Reginæ pacis conditiones. Portugalliæ vero Regis q̃ sequuntur. Primum sibi suoq; filio aurifodinas apud Indos Castellę Reges nō impedirent, sed liberas & à suis primum repertas relinquerent, & pacis vinculum, quod inter sese sanciebant, omnes vtriusq; partis populos cōprehenderet & obligaret, per vnius & centum annorū spacium. Deinde vt Castellanis, qui dum sibi meruissent contra suos principes crimen læsæ maiestatis incurrissent, ignosceretur. Quibus etiam dimissis erroribus omnia bona, quæ in Castellæ regno perdiderant, restituerentur. His pacis conditionibus vltro citroq; datis & acceptis & à Portugallię Rege iureiurando confirmatis, & alta prędonum voce tubarumq; magno clangore publicatis, & fama Regum concordiam & amicitiam denunciante, ingēs populis lætitia oborta est, oppugnationes desistunt, bella cessant, arma deponuntur, gratulationes aguntur, spectacula fiunt. His confectis negociis Rex Alphonsus legatos, quibus integrā facultatē suam dedit, & pacis conditionum, quas ipse iuratus confirmauerat, ad Isabellam Reginā misit exemplum. Quibus illa legatis appropinquantibus Hispaniæ Cardinalem & Comestabilem, quos

UVA. BHSC. IyR_186

aliis in locis nominauimus, cum omnibus suę domus equitibus atq; Pontifices cum sacerdotibus obuiam exire iussit, & omnes in aulam ingredientes honorifice recepit. Quæ pacis institutiones, quas afferebant, acceptas cum diligenter prius legisset, subinde corā omnibus iureiurando confirmauit, & præconio sonituq; tubarum, quemadmodum Portugallię Rex fecerat, publicari iussit, nunciosq; statim ad Ferdinandum Regem, qui Barcinonæ tunc erat, cū literis destinauit. Quibus eum de pace cum Portugalliæ Rege composita & quibus conditionibus certiorem faciebat. Cuius rei nuncius Ferdinando Regi fuit admodū gratus atq; iucundus. Erat enim de honore atq; salute Reginæ absentis, quam multis hostibus circumuentā reli querat, valde sollicitus. Ideoq; magnas Deo gratias agens, eundem nunciū magno munere donatum cum suis literis ad Reginam remisit. Quę cū populis omnibus illius prouinciæ, quā vocant extremum iusticiæ, prefectos ordinēq; dedisset, vt in pace omnes & honeste viuerent, cumq; omnibus & pręcipue viduatis mulieribus bona, quæ bellorum tēporibus indigne p̄diderant, restitui iussisset, Toletum se recepit. Quo sub idem tempus venit etiam Rex Ferdinādus, qui se quoq; iureiurando corā Portugalliæ legatis pacis conditionibus astrinxit. Quam pacem & concordiam suis literis & nunciis ab omnibus regnorum suorum magnatibus, ciuitatibus, & populis diligenter obseruari iussere, pœnis grauibus & censuris constitutis, contrarium facientibus. Interim vero Ioanna, quam supra memorauimus, q̄uis admodū puella, diuino tamen lumine circūfusa terrenas opes, voluptates humanas & mundi fallaces insidias cognoscens atq; Ioannis Castellæ principis, qui mūdi dominus, si vixisset, futurus erat, oblatas sibi nuptias renuens vitā multo meliorem tutioremq; sanctæ religionis elegerat. In qua p̄mānsit annos circiter quinquaginta, & viuit hodie sanctissime Deo seruiens. Quę quidem cum religionem ingressa est annum ferè vigesimum agebat. Et hoc anno præsenti. M. D. XXII. quo nos hęc scripsimus, annum agens ferè tertium & sexagesimum sola quidem supereſt omnibus Hispaniæ principibus eius ætatis vita perfunctis. Cuius animus nimirum sapientior fuit q̄ aliorum, & multo melior conditio. Propterea q̄ breues sint humanę prosperitates, & dies hominum cognoscens caducis rebus & incertis prudentissime renuncians, meliorem vitam elegit. In qua Deo seruiens ęternę glorię præmium sperat.

LIBER. XX.

DE BELLO QVOD CATHOLICI PRINCIPES gesserunt contra Mauros Granatenses.

BELLO quod cum Rege Portugalliæ Catholici Principes gerebāt extincto, factaq; pace conditionibus, quas supra memorauimus, aliud subinde cum Mauris Granatensibus gessere, diuturnius, difficilio, laudabilius, & propterea memorabilius. Illud enim prius vt Portugalliæ Regē, qui violenter in Castellę regnum ingressus eos iniuste prouocauerat, à suis finibus propellerent. Hoc autem posterius, vt veteres iniurias Christianis à Mauris illatas vlciscerētur, & suo Granatæ regno recuperato nomē & cultū Christianæ religionis augerent. Quapropter iure quidem, & illorum maxima diligentia summaq; fortitudo laudibus efferenda est, & præteritorum Regum Christianorum, atq; Pontificū negligentia & ignauia est accusanda, q Mauros Mahumetanę spurcissimæ nefandissimęq; sectæ cultores, & verissimę sanctissimęq; Christianæ religionis immanissimos hostes, non sine maxima totius Christianitatis ignominia, in vno Hispaniæ angulo septingentos annos, & vltra cōmorari sustinere potuerunt. Cęterum quoniam de hoc bello, quod Catholici principes cū Mauris Granatæ annos ferè decem gesserunt, multi viri satis idonei, qui Regia castra sequebant, & rebus gestis ac prælijs interfuere copiosę

UVA. BHSC. IyR_186

pioſe ſcripſerunt, ego capita duntaxat breuiter attingam. De Granatēſi nanq; bello magnum volumen impleuit pulchramq; confecit hiſtoriam facundo ſuo & eleganti ſtilo Siculus quidā nomine Petrus Sancteramus ciuis Meſſanus. Quod mihi, cum ad me Salmanticam veniſſet, oſtendit, & ego, noua delectatus hiſtoria, paucis diebus perlegi. Scripſit & Hiſpano ſermone Ferdinandus Pulgarius, homo nimirum in ſuo genere ſcribendi ſatis eloquens. Cuius magnū volumen in Latinum ſermonem vertit Antonius Nebriſſenſis. Cuius ego traductionis initium duntaxat legi. In quo ſatis elaboraſſe mihi viſus eſt & bene caſtigate. Meminerunt preterea belli Granatenſis Protonotarius Petrus Martyr, Gonſalus Aiora Cordubēſis Regius hiſtoricus, Alphonſus Palentinus, & Triſtanus Siluius. Scripſerunt & alii multi, partim Latino, partim Hiſpano ſermone. Quorum nomina, quia ſunt ignota, ſubticeo. Et quoniam aliorū omnium, qui de rebus, quas principes Catholici geſſerunt memorabiles, conſcripſere, magna volumina multos annos fortaſſe latebunt, & ad poſteros differentur, me nūc viuentibus rem non ingratam facturum putaui, ſi Cæſareæ Maieſtati ſeruiens, ea quæ de rebus à Ferdinando Rege & Iſabella Regina animoſe ſanctēq; geſtis ſummatim ſcripſiſſem, excuſa formis ī lucem circumferenda protulero. Quod à me quotidie complures Hiſpaniæ viri nobiles, & Siculi de me benemeriti, quibus morem gerere neceſſe eſt, petunt & efflagitant. Ne me igitur vel inurbanum & ingratum, vel immemorem ſuorum erga me beneficiorum putent, compendio, quod de bello cum Portugalliæ Rege ſupra memoraui, Granatenſe ſubnectam, & ſimul impreſſoribus dabo. Cæterum Lectores admoneo atq; rogo, vt opus immaturum & ante tempus præcipitatum, non ſolum legant, ſed etiam diligenter inſpiciant & emendent, in quo quidem & Hiſpaniæ gloriæ conſulent, & mihi ſimul rem gratiſſimam facient. Verum enimuero quoniam de cauſa tranſituq; Maurorum in Hiſpaniam, qui fuit, vt aiunt, Rodorici Regis temporibus, ab hinc anno ferè octingenteſimo, alio loco ſcripſimus, nunc à ſitu & regione regni Granatenſis & ciuitatis initium faciemus.

Qui de Granatenſi bello ſcripſerunt.

GRANATAE REGIONIS ET VRBIS DESCRIPTIO.

HIſpaniam omnem, vt alio loco diximus, autores multi in prouincias quinq; diuiſere. Tarraconenſem ſcilicet, Galatiam, Luſitaniam, Bethycam & Carthaginenſem. De quibus libro primo ſigillatim ſcripſimus, atq; quicquid in vnaquaq; memorabile ſit oſtendimus. Granatæ autem regnum regio quædam eſt media inter Bethicam prouinciam & Carthaginēſem, vel potius pars eſt vtriuſq;. Cuius regionis longitudo eſt paſſuum milium circiter ducentorum, & latitudo ferè centum, patetq; circuitu ad paſſuum milia ſeptingenta. Eſt enim longitudo ab Ronda vſq; ad Oſcam, latitudo vero ab oppido Cambili vſq; ad mare mediterraneū & portum Almugnecaris. Quæ ad meridiem ſpectans ex vna parte planicies habet amplas & fertiles campos. Ex altera Baſtanos montes altos & aſcenſu difficiles. Ad quos montes & aſperrima loca, quę vulgus Alpuxarras appellat, quidam Maurorum Duces à Chriſtianis apud Saltus Pyreneos acerrimo prelio fuſi magnaq; ſuorum militum multitudine cęſa, per ſexcenta ferè paſſuum milia fugientes peruenerunt. Hic ex montium iugis altiſq; rupibus velut ex propugnaculis & turribus ingentia ſaxa deuoluentes aſcenſuq; Chriſtianos prohibētes ſeſe defendebant. A quibus Chriſtiani Duces & omnes milites diuturnitate belli & multis prælijs ante geſtis, longaq; perſecutione iam defeſſi crebriſq; ſaxis & telis grauiter offenſi, quum diutius ferre laborem non potuiſſent, cum ſuis omnibus copijs diſceſſerunt, & vnuſquiſq; domū ſuā ſe recepit. Quorum diſceſſu Mauri valde lætantes quum aliquandiu Chriſtianorum timentes inſidias in montibus ſe continuiſſent, deinde iam Chriſtianis abſentibus longeq; remotis in campos planaq; loca deſcenderunt. Et cū multis aliis, qui traiecerant ex Affrica, cōiuncti Granatam vrbem compluraq; oppida, quæ poſtea nominabimus, rurſus occuparunt. Quorū q

Baſtani montes.

UVA. BHSC. IyR_186

potẽtiores ẽrant, & plus viribus valebant, Regium nomen vsurpãtes vrbem Granatam omnium totius Hiſpanię ciuitatum maximam domicilium habuere.

DE SITV ET FORMA VRBIS GRANATAE.

Bini colles.

CAeterum vrbis Granatæ ſitus & forma eſt huiuſmodi. Colles binos altos & quaſi montes amplectitur. Quos Darrus amnis per vallem mediam fluens diuidit. Alterius autem

Darro amnis

collis regio nomen habet Alhambra. Quam Mauri ſua lingua rubram ſignificari dicunt, &

Alhambra.

hoc nomine dici vel à conditore homine ruffo, vel à rubra terra, quæ nunc etiam cernitur in ędificiis. In huius autem regionis eminentiori loco domus eſt regia magnitudine, opere, formaq; conſpicua. Quæ quidem ciuitas potius q̃ domus eſt appellãda, capit enim intra muros

Alcazaua.

hominum milia quadraginta, totaq; cincta mœnibus & triginta turribus. Alterius Alcazaua dicitur domorum frequentia mirabilis. Quæ ſignificat apud Mauros munitum locum & defenſorium, qui arcem & caſtellum Alcazarem vocant. Supra quam magnus eſt incolatus in lo-

Albaicinus.

co plano poſitus, qui locus ſaluberrimus eſt & Albaicinus dicitur, Alhambræq;, cui eſt oppoſitus, altitudine penè ſimilis & æqualis. Cuius incolas à Baeça ciuitate veniſſe ferunt, & Antiquolanos ab Antiquera. Sunt & colles alii minores, quibus nõ immerito ſicut & Roma ſeptícollis appellari poteſt. Cæterum præter colles eſt etiam in plano loco campoq; magno maximus ædificiorum numerus. Aedes autem etſi plæręq; omnes latericiæ ſunt, tamen, non regiæ modo, ſed etiam aliæ q̃plurimę ſpectabiles ſunt & magnæ familię capaces. Calles vero viciq;, qui plurimi ſunt, propter ędificiorum nimiam denſitatem plæriq; ſunt anguſti, & item plateæ foraq; venalia. Quæ tamen à Chriſtianis poſt Granatæ captum ampliora facta ſunt & illuſtriora. Gaudent domus complures hortis & arboribus fructus, qui limones appellantur, ferentibus.

Citrus.

Citros vero citrioſq; domus habent pauciores. Aquis egelidis ac ſalubribus tota ferè ciuitas abundat, & in ipſa vrbe ſcaturientibus, & aliunde per aquę ductus aduectis. Vrbis paſ-

Granatæ circuitus.

ſuum milia circiter duodecim circuitus amplectitur, totus vndiq; mœnibus cinctus, & mille triginta propugnaculis tutus. Portæ, quæ ſunt numero duodecim, ad Occidentem faciles

Portarũ numerus.

habent exitus & campos amœnos. Cæteræ vero ad Orientem ſubdifficiles. Eſt autem in vrbe Granata totaq; eius regione omnium rerum, quæ ſunt ad hominum vitam degendam & cultum neceſſariæ magna fertilitas, & ſaluberrima ſemper aeris cœliq; temperies. Vbi neq; tellas nimio ſolis ardore torretur, neq; frigore contrahitur, & homines perpetuo temperamento

Septem Granatæ res memorabiles.

perfruuntur. Sunt præterea i vrbe Granata res memorabiles & inſignes, numero ſeptem, tres ſcilicet amœniſſimæ domus. Alhambra, cuius ſupra mentionem fecimus. Altera, quę Generalipha dicitur, multo iucundiſſima dicitur. Et tertia, quæ diſtat ab vrbe ferè mille paſſibus, cui

nomen eſt Alixares, quæ fuit olim materia & opere admirabilis. Quas quidem domos ego non immerito luxus & Regum delitias appellare ſolebam. Eas enim Maurorum Reges oblectationis & delitiarum cauſa frequentare ſolebant. Quarta res eſt platea magna planaq; nuper

Platea Biuarambla.

à Chriſtianis inſtructa. Quam Biuaramblam Mauri vocant, & Arenariam ſignificari dicunt. Cuius forma eſt quadrangularis, ſed ad menſæ ſimilitudinem. Siquidem longitudo maior eſt q̃ latitudo. Eſt enim longitudo pedum quadringentorum, & latitudo ducentorũ. In qua fons eſt excelſus & inſignis. Campus præterea totus in circuitu dealbatis ędibus crebriſq; feneſtris conſpicuus. Huic plateæ foroq; venali relatu non indigna coniuncta res eſt. Domus ſcilicet,

Alcaceria.

quam Alcaceriam vocãt. In qua tabernulę ſunt numero ferè ducentæ, in quibus ſerici panni, cæterarumq; rerum merces quotidie venduntur. Domus hæc q̃ parua ciuitas dici poteſt, calliculas habet multas, & decem portas. In quibus tranſuerſis catenis ferreis propter vicorũ anguſtias & negociantiũ frequẽtiã ingreſſus equitãtibus prohibẽt. Cuius præfectus noctuforibꝰ

Bernardus Gentilis.

clauſis nocturnas habet excubias, & vigiles canes. Et nomine Regis à ſingulis tabernis vectigal exigit. Sexta eſt Darrus amnis, quẽ Bernardus Gentilis in officio ſcribendi meus collega

UVA. BHSC. IyR_186

poetaq; celebris Daurum nominauit, quasi dantem aurum, quod in eo legi q̃ optimũ consue uit. Hic autem amnis supra Granatam vrbem ad passuum milia septendecim ex alto iugo mõ tis oriens omnibus ferè ciuitatis domibus aquas abunde suffundit. Et ex vrbe profluens, in Occidentem Singili, qui ex eodem monte descendit, & Guadaxenilis à Mauris appellatur, cõ iungitur. Amnis autem Darri aquam, sicut à Granatæ ciuibus accepimus, quæcunq; sitibun da bibunt animalia omni morbi genere liberantur. Ideoq; balneum salutiferum pecorib⁹ ap pellant. Septima res & summa Granatæ vrbis fœlicitas est ager maximus & fertilissimus, fru gibus & omni genere fructus abundantissimus, & ex arborum foliis, quib⁹ fit sericum singu lis annis vectigal aureorum milium ferè triginta quinq; Regibus pendet, præter multas serici libras. Cuius ambitus passuum milia centum & decem complectitur. In cuius agri spacio ferè milium septem & viginti, sex & triginta fontes oriuntur. Et quoniam de Granatæ vrbis re bus memorabilibus scribimus, illud vnum memoratu dignũ & naturæ opus admirabile nõ est omittendum. Quippe quĩ sunt inter vrbem Granatam & mare Mediterraneum montes al ti perpetua niue candentes, ideoq; niuosi dicuntur, q̃ distant à Granata passuum milibus circi ter vndecim. Qui vel æstiuo tempore mensq; Quintili, regnante Canicula, Granatẽsium vi sus ex fenestris inspicientium maxime delectant. Nec hyeme, quod mirabilius est, Granatæ ci ues frigus nimium patiuntur.

Singilis.

Aqua Darri salutifera pecoribus infirmis.

Agri Granatensis circuit⁹

Apud urbem Granatã niuosi montes.

DE NOMINIBVS VRBIS GRANATAE.

DE autore autem & tempore quo fuit vrbs erecta, mihi non bene compertum est. Fuisse autem quondam situ paruam credendum est, & á Mauris propter opportunitatem loci magnamq; fertilitatem indies auctam nouis ædificiis & densissimis ædibus. Hanc ego facio coniecturam propterea q̃ veterum scriptorum de tam insigni vrbe tamq; populosa & memo rabili neminem scripsisse comperio. Fuit autem ante Maurorum transitum in Hispaniam ciui tas Episcopatus, vt inferius demõstrabimus, autoritate Decreti. Nunc itaq; de nomine, quod alii fabulantur & quod ego sentio, breuiter enarrabo. Loquuntur enim multi non Granatam, sed Gar Natæ dici debere. propterea q̃, vt ferunt, Punica lingua, quam vocant Arabicam, Gar antrum significat. Quod in ea vrbe a Nympha nomine Nata colebatur. Sic itaq; nomen vr bis Gar Natæ, hoc est antrum & speluncam Natæ nymphæ fuisse volũt. Alii Eliberam nomẽ fuisse contendunt, à quadam fœmina generosa. Quæ & vrbis portę, qua fuit ingressa, de suo nomine nomen dederit. Quorũ opinio mihi quidẽ non sit vero similis. Propterea q̃, vt à mul tis & non indoctis viris accepim⁹, Elueria porta dicta fuit ab Eluera ciuitate, quæ fuit olim ab vrbe Granata passuum milia fermè septem. Cuius ciues a Cordubẽsibus deuicti quondã Gra natam deuenerunt, à victoribus eorum vrbe deleta. Porta itaq; per quam ad Elueram iter erat Elueria porta fuit appellata. Quę nunc etiam. e. litera in. i. mutata Eluira dicitur. Sunt præterea qui Eliberam dictam putant, ab Eliberitanis populis propinquis, qui ad eam colendam vene runt. Illud autem non omittam quod in Decerto me legisse memini, vbi Summus Pontifex in concilio Theodulphi Malachensis Episcopi petitioni respondit. Theodulphi Malachẽsis Epi scopi petitio nobis allata est, exponentis ecclesię suę redditus olim bellorum temporibus in ec clesias Agistitanam, Liberitanam, & Gabiensem fuisse diuisos, & reliqua. Quas quidem tres ecclesias Astigitanæ vrbis, quę nunc Ecija dicitur, & Iliberis, quæ Granata, & Gabię, quę Ca pra, quæ quondam Gabia dicebatur, minime dubitamus. Alii deniq; Granatam dictam fuisse opinantur à cocco, cuius in ea prouincia magna copia legebatur, quam rem granam vocãt Hi spani. Sed ad inceptum redeamus. Nam ego neq; multum repugnans opinionibus aliorum, neq; prosus assentiens, vrbem Granatam dictam fuisse arbitror à mali Punici, quod & grana tum vocatur, similitudine. Nam vt malum Punicũ granosum est, & à cinis, hoc est granis den sissimis refertũ, sic & vrbs Granata dẽsissimas domos & dehiscẽtis granati similitudinẽ habet. Verum siue Gar Nata, siue Granatæ, siue Elibera dicatur, parui refert. Est aũt vrbs admodũ

Eluera olim ciuitas apud Granatam.

UVA. BHSC. IyR_186

populosa maximiq; incolatus. Quæ regiones habet tres & viginti, & monasteria decem, atq;
Granatæ urbis regiones. vt accepimus, ad rei militaris officium bellumq; gerendū hominum milia quinquaginta con
ficiebat, totidemq; mittebant & populi qui eiusdem regni & ditionis erant. Commorabatur
præterea in omnibus Hispaniæ ciuitatibus & oppidis sub imperio Christianorum principū
maxima Maurorū multitudo. Quos, vt alio loco diximus, Catholici principes post Granatæ
captū à suis regnis exterminarūt, p̄ter eos, q ad Christianoꝝ religionem conuersi fuere. Sed ad
Granatenses Mauros redeo. Qui cū Granatā vrbem, vt supra dictū est, occupassent & oppida
multa, semp vltra progredi conantes cū finitimis Christianis populisq; ꝓpinquis quotidianis
fere bellis p̄liisq; contendebant. Quibus certaminibus vtrinq; multæ captiuitates multæq;
cædes consequebantur. Cæterum non defuerunt Hispaniæ Christianissimi principes viriq;
fortissimi atq; magnanimi religionisq; Christianę studiosissimi, qui Mauros campestri præ-
lio victos ad portas vsq; Granatæ ciuitatis persecuti eius muros acriter oppugnarūt. Quos ali
orum vel inuidia vel auaricia ab obsidione submouit, & expeditione sancta retraxit. Itaq; duę
res dolor scilicet alienæ fœlicitatis & auri cupiditas nimia, quæ sunt omniū malorum radices,
Barbaris gentibus & Christianę religionis inimicissimis in Hispania commorandi tot annos
vsq; ad Catholicos principes causa fuere. Qui quidem principes dono quodam diuinæ pro a
uidentiæ geniti, & è cœlo in Hispaniam demissi cum multis malis occurrissent, & cum Portu-
gallię Rege bellum gererent, pacem cum Mauris ad certum tempus, vt inter eos bella cessarēt,
inierunt interpositis induciis. Quas inducias pactas solenniter cum Mauris, qui suis moribus
Mauri falla ces & fœdi fragi. barbaris & ingenio malo prauoq; fœdifragi semper fallaceśq; fuerunt, ante statutum diem vio
lassent, Zaharam Christianorum oppidum noctu magno silentio venerūt, & per scalas muris
admotas ingressi, Christianos, q propter celebratas inducias sine vllis excubiis securi nudiq;
dormiebant, impetu magno & repentino foribꝰ impulsis, fractis & euulsis, crudelissime obtru
cidarunt, neq; mulieribus parcentes neq; pueris. Est enim Mauritaniæ gentis in Christianos
immanitas incredibilis. Hac vſi sæuitia in oppido capto præsidium relinquunt, & nimis exul
Granatensis belli causa. tantes ad alia Christianorum oppida profecti idem fecere. Quæ res, vt opinor, à Deo permis-
sa belli Granatensis causa fuit, & Maurorum perditionis & interitus. Fama nanq; huiusmodi
Christianorum miserrimæ cladis, & Maurorum crudelitatis horrendæ Catholicos principes
& omnes Hispaniæ magnates omnesq; populos ad opprimendam Barbarorum truculentissi
mam rabiem mirum in modum concitauit. Quocirca cum primum Rex Ferdinandus & Isa
bella Regina prouidentissimi principes de Maurorum perfidia & maleficiis certiores facti fu-
ere, confestim literas & nuncios ad omnes Carthaginensis & Bethicæ prouinciæ proceres ad
ciuitates & oppida destinarunt. Quos admonebant & hortabantur, vt sua mœnia communi-
rent, equites & milites cogerent, res ad belli gerendi vsum necessarias compararent, omniaq;
diligentissime ac vigilantissime prospicerent, & à suis finibꝰ hostium incursiones prohiberēt.
Pollicentes vt aut ipsi propediem cum exercitu venirēt ad eos, aut suos Duces cum magnis co
piis subsidio mitterēt. Equites autem & vtriusq; prouinciæ populi, quorum intererat se suaq;
ab hoste defendere, et si vltro quæ ad sui tutelam necessaria erāt sedulo prospiciebant, Regia ta-
men exhortatione & spe venturi subsidii fortiores erant, multoq; studiosiꝰ equos, arma, & om
nem expeditionem bellicam apparatumq; militarem comparabant. Quod vbi Mauri per su
os exploratores sensere, non modo destiterunt ab incœptis, sed etiam timere ac pedem referre
Rodoricus Pōtius Marchio Gaditanus. cœperunt. Christiani autem rebus necessariis comparatis & armis intēti supersedebant, & Ca
tholicorum Regum vel aduentum, vel imperium expectabant. Interim vero Rodoricus Pon-
tius Leo Marchio Gaditanus spiritu diuinitatis afflatus suis principibus rem pergratam &
Deo Optimo Maximo sacrificium se facturum existimans, si Zaharensium Christianorum
Iacobus Merulus. cædem miserabilem vlcisceretur, omnes labores & extrema vitæ suæ pericula subire decreuit.
Itaq; cum Iacobo Merulo, qui tunc Hispalensis vrbis p̄fecturam gerebat, quē Magistratū
Assistentem vocat Hispania, & cum aliis Bethicę prouinciæ viris primariis, & copiis, quas co

UVA. BHSC. IyR_186

gere potuerũt eq̃stris ordinis & pedestris leuis armaturæ Alhamã versus ꝓficiscẽtes ad flumẽ aquaꝝ puenerũt. Vbi biduo quasi latẽtes ne sentirent a Mauris se cõtulerũt. Vnde Duce quodam genere Mauro, qui paucis ante dieb⁹ ad Christianã religionẽ trãsierat magno silentio ꝓficiscentes nocte quadam & hora qua Mauri quieti somnoq̃ dediti erant Alhamã peruenerũt. Est autem Alhama ciuitas, quę incipit à ripa cuiusdam fluminis & surgit in altum ad planiciẽ, in qua magnus est incolatus, & vndiq̃ mœnibus cinctus. Hic miles quidam, cui nomen erat Ioannes Orthega, vir fortis, animosus & scandendi muros peritissimus, arcẽ, quæ oppidi muro coniuncta erat, conscendit, & Maurum arcis custodem obuium sibi, vno ictu pugionis occidit. Sunt tamen qui hunc non Orthegam, sed Martinum Galindum fuisse contendũt. Maurus autem percussus vocem nullam prorsus emisit, vel quia non potuit sub læua mamilla percussus, vel quia clamare non est ausus propter violatam fidem, propterea q̃, vt opinio fuit, in ea turri cum arcis præfecti filia furtim concubuisset. Quapropter & puellam quoq̃ latitãtem conticuisse patris iram metuentem. Hoc interfecto custode, & in arcem captam quinquaginta militibus Christianis ingressis, & quid facturi erant admonitis, Dux Gaditanus & Iacobus Merulus cum reliquis militibus ad oppidi portas accedentes alios muros ascendere, alios portas eruere, & vt hostes fallerent in alio loco supra oppidum æneatores classicum canere iubent, vt dum Mauri, qui essent in armis, in eos exirẽt, ipsi per aliam partem facili⁹ ingredi possent. Quod Mauris sero iam sentientibus & admodum perturbatis, non modo non armãdi se, sed ne induendi quidem spacium dabatur. Adeo vt complures induti vestem duntaxat interulam & sine calceis alii suæ domus ingressum defendere conabãtur, alii per vicos, alii per plateas cũ Christianis prælia bantur. Multi quoq̃, qui causa suæ salutis ad arcem confugiebant, à Christianis, qui eam iussu Ducis defendebant, occidebãtur. Pugnatum est acriter in tenebris & obscura nocte, Christianis IESV & MARIAE Virginis Sanctiq̃ Iacobi nomen, & Mauris Allam Mahomam q̃ conuocantibus, ab hora ferè vltima tertiæ vigiliæ vsq̃ ad auroram & primam lucem ingenti clamore mulierum & puerorum. Prope solisaduentum Mauri perpauci, qui supererant à prælio, per loca sibi nota diffugientes euaserunt, aliorum cæsa maxima multitudine. Quorum cadauera Dux Gaditanus extra muros efferri q̃primũ iussit, & oppidi portas armis rebusq̃ ad propugnandum necessariis muniendas certis militibus assignauit. Hinc arcem ingressus nuncios cum literis, quas pridie q̃ ad oppidũ venisset, se sperans Deo iuuãte sui voti compotem fore prudentissime scripserat, ad suos principes, ad Bethicos oẽs equites, ad ciuitates misit alios atq̃ alios. Vtpote q̃ Boaudelim Granatæ Regem ad se cum magnis copiis venturum prospiciebat. Quod ita accidit. Nam q̃ Alhama aberat ab vrbe Granata non amplius octo & viginti milibus passuũ, Granatæ principes ad eam venerũt infra paucos dies cum exercitu hominum milium circiter octoginta. Qui cum prope muros oppidi castra locassent, postero die acriter oppugnare cœperunt. Christiani autem propugnabant, vt homines, quibus vitæ suæ spes omnis in sua virtute consistebat. Quos quidem & sua salus, & certa fiducia venturi subsidii, quod à suis Regibus, & à multis Hispaniæ Bethicæ magnatibus & Christianorum populis expectabant, multo ferocius propugnantes hostes à muris submouebant. Rex autẽ Ferdinandus & Isabella Regina, qui tunc Methymnę, cui cognomen est Cãpus, commorabantur, primum nuncium cum literis Gaditani Ducis acceperunt in aula rẽ diuinam audientes, circiter Idus Martias anno Milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo. Qui literis iam perlectis inter celebrandũ more suo Deo gratias agentes sacerdotes vt canticum Te Deum laudamus canerent iusserunt. Sacrificio autem peracto gaudio magno totius aulæ dum epulis naturæ satisfacerent inter prandendum Rex Ferdinandus, vt erat prudentissimus, & ingenio sagaci, animo secum volutans Granatæ Reges ad obsidendum Alhamam cũ magnis copiis ituros, atq̃ periculũ, quod obsessis impendebat, prospiciens, sibi mulas ad eq̃tandum & cãpestrẽ lectum leuiorẽ parari iussit. His itaq̃ rebus expedite instructis à mensa statim consurgens & item Regina magno equitum numero & sacerdotum ad sancti Iacobi tem-

Ioannes Orthega.

Arcis Alhamæ custos occiditur.

Martin⁹ Galindus.

Ingeniosum stratagema.

Prælium nocturnum.

Quo anno capta est Alhama.

UVA. BHSC. IyR_186

plum ſeſe contulerunt. Vnde cum peroraſſent & ſacerdotes Te Deum laudamus concinuiſſent in palatium Rex reuerſus eodem die in vlteriorem Hiſpaniam magnis itineribus ire contendit & cum eo complures equites, qui tunc erant in curia, proficiſcuntur. Interea vero cū Alhamæ captum per omnes Bethicæ prouincię ciuitates fama diſtuliſſet, Henricus Gothomanus Dux Methymnę Sidoniæ vir magnanimus, etſi Gaditani Ducis erat inimicus, fide tamen, quā ſuis principibus inuiolatam ſemper præſtiterat, & Chriſtianæ religionis amore commot⁹, omnes ſuæ domus equites, quorum magnum numerum habebat, & totius prouincię Bethicę & Caſtellę nobiles conuocauit. Ex quibus fuerunt Iacobus Paciecus Marchio Villenæ, Alphonſus Aquilaris à Corduba, Dominus Montillæ & Gonſalus Fernandez eius frater, & alii complures equites & viri primarii, quorum nomina mihi non occurrunt. Triduoq; propriis pecuniis ſtipendia ſoluēs equitum tria milia peditumq; circiter quadraginta coegit. Idem & alii multi prouincię proceres & ciuitates fecere. Vnaq; omnes coniuncti cum exercitu numeroſiſſimo Alhamam verſus proficiſcuntur. Quos Rex Ferdinandus, qui die Mercurio ante paſca reſurrectionis Saltum Caſtulonenſem, qui Serra Morena dicitur, iam trāſierat, vt cum eis ſe cōiungeret anteq; Maurorum fines ingrederentur, conſequi non potuit. Sed in loco, qui Domini Gonſali Pons, vel vt alii dicunt, Pontonius appellatur, fixo tentorio conſtitit. Vbi die poſtero re diuina celebrata et euchariſtię ſacramento in ſuo tabernaculo ſolenniter incluſo, nuncius certus ad eum venit. Qui Granatæ Regem cum ſuis copiis ab obſidione Alhamæ diſceſſiſſe nunciauit. Henricus item Gothomanus Dux Methymnæ cæteriq; Duces, exercitus & centuriones pridie huius diei cum acies apud Alhamam inſtructas haberēt, de Maurorum fuga nocturna per ſuos exploratores cognouerant. Qui Alhamam profecti poſt multos amplex⁹ & honorifica verba vltro citroq; habita Methymnæ Dux & Marchio Gaditanus in priſtinam bñeuolentiā & amicitiā redierūt, Alhamā ſubinde Rex Ferdinandus aduenies Duces & multos equites humaniter amplectens omnium fidem & fortitudinem maxime cōmendauit. Hic triduo commoratus, dum equites, quos ſe ſubſequi iuſſerat, conuenirent, & commeatus comportarentur, die quarto iam diſceſſurus Iacobum Merulum equitē apprime nobilem, cui plurimum confidebat, Alhamæ præfecit. Quem magno cum præſidio commeatibuſq; neceſſariis reliquit. Et Gaditanum Marchionem ſecum ducēs Cordubā, quo Regina poſt Idus Aprilis peruenerat, profectus eſt. Alhama capta Rex Ferdinādus & Iſabella Regina fortiſſimi principes inter ſe multa conferentes, & quid facturi eſſent cogitantes Barbarorumq; ſæuitiæ memores auxilio Dei, quem ſibi ſemper adfuiſſe cognouerant, & equitum ſuorum viribus freti, bellum Granatenſe fœliciter inchoatum, glorioſamq; victoriam proſequi decreuerunt. Quorum ſententię conuocato concilio cunctis vtriuſq; ordinis equitibus & conſiliariis aſſentientibus, & rebus ad belli vſum comparatis, é Corduba Rex Ferdinandus exercitum validiſſimū ad Loſcam, quam Loxam vocāt, Maurorum ciuitatem magnam & natura loci prę ſidioq; hominum munitiſſimam perduxit. Vbi Duces eius ignari locorum caſtra male poſuere. Vbi facilius ab hoſtibus ex locis ſuperioribus offendi, q̄ hoſtes offendere poterant. Hic dum iuſſu Regis in alium locum tutiorem caſtra tumultuoſe tranſferuntur. Rodoricus Tellius Gironius ordinis Calatrauæ Magiſter equitum à Mauris, qui ex locis ſuperioribus in Chriſtianos tela coniiciebant, duabus ſagittis male percuſſus occubuit, & in quatuor horarum ſpacio confeſſus animam efflauit. Quę res & caſus infœlix totius exercitus animos perturbauit. Quod cū Rex Ferdinandus animaduertiſſet, qui & obſidionem Loxæ difficilem periculoſamq; eſſe videbat, caſtra mouens inſtructis ordinibus ab obſidione diſceſſit. Vbi totus eius exercit⁹ Mauris eruptionē repente facientibus non ſine maximo periculo Regiæ ſalutis reſtiterūt. Hoc aūt die plures Chriſtianorū Duces hoſtibus vires ſuas oſtentarūt, & fortiſſimos animos. & præcipue Antonius Fonſecus, Federicus à Toleto, Dux Aluan⁹, Fernandus Vega, Alphōſus Cardinas & Ioānes cui Ribera nomē erat dñs Mōtis maioris, q cū Regē ſuū i magno diſcrimine vidiſſet, ſuæ cohortis eqtes hortat⁹ & pedites, tā diu ſuſtinuit impetū multitudinis Mauror⁹, do-

Henrici Gothomani uirtus et liberalitas.

Saltus Caſtulonenſis.

Ad Alhamā Regis aduēt⁹

Rodoric⁹ Tellius Gironius occiditur.

UVA. BHSC. IyR_186

nec Regem periculũ euasisse cognouit, & castra in tutiorem locũ translata fuerũt. In quo prælio eius cohortis viri fortissime pugnãtes sexaginta perierunt, et ipse tãdem ppulsatis hostibus incolumis euasit. Hac æstate nostri principes Alhamã firmioribus præsidiis multisq; cõmeatibus & rebus necessariis muniri iusserũt. Et Calatrauæ dignitatem Garsiæ Lupo Padillæ supplicanti conditione detulerunt, vt suis expensis præsidia, quæ Alhamæ custodiam defensionemq; relinquebant, sustineret. Hac conditione accepta dignitate, cum Petrum Manricum Ducem Naiarensem terrę Cordubæ & Iaenis, Alphonsumq; Cardinam Sancti Iacobi militiæ præfectum Hispalensi solo prefecissent, oppidum Madritum, quod homines nostri temporis non indocti Mantuam Carpentanam vocant, ad hyemandum venerũt. Quibus pridie Nonas Aprilis tristis nuncius magnam attulit solicitudinem. Propterea q; Idibus Martiis cũ Rodoricus Pontius Dux Gaditanus, Alphonsus Cardinas, quem supra memorauimus, Ioannes Siluius Comes Cifontanus & alii complures equites, qui Bethicam prouinciam præsidio tenebant, predandi causa Maurorum fines & campos, qui sunt inter Malacham & Bellamalacham, ingressi, magna inde cum præda redeuntes à Maurorum equitum multitudine circumuenti eorum multi perierant, & cum multis equitibus Cifontanus etiam Comes captꝰ fuerat. Hac itaq; re cognita Rex Ferdinandus in Bethicam, & Regina in Cælt iberiam prouinciã ꝓficisci statuere. Qui cũ pascalia festa celebrassent, quarto Idus Aprilis ex oppido Maiorito paululum digressi constiterunt. Et per campum simul equitantes anteq; iter facerent colloquẽtes, de Mauris, qui Lucenatum campos, qui sunt in Bethica prouincia, populatum venerant, prælio victis & Granatæ Rege iuniore capto, nuncium lætissimum acceperunt. Hic autem Granatæ Rex iunior, q Mahomedus nomẽ habebat, fuit Abulihaceni Regis filiꝰ. Qui ꝓfe mortuo cõtra Boabdelim patruũ, qui regnũ occupare conabat, bellũ gerere cœperat, tota Granatę ciuitate in duas factiones diuisa. Quæ res vt ī regni societate fieri solet, vtrũq; Regẽ possessione spoliauit. Sed ad Regẽ captũ redeo. Quẽ multi deꝑhensum fuisse dicũt à Iacobo à Corduba Comite Caprẽsi, tãetsi nõ desunt, q à Iacobo à Corduba Regiorũ principũ custode, quem Alcaide delos donzeles Hispani vocãt, captum cõtendũt. Ego vero cꝰniã adhuc indecisa re sub iudice lis est, etsi Ducem vtrumq; & omnes equites, qui in ea pugna fuere, magna laude perpetuaq; memoria dignos existimo, victoriam tamen illam Regisq; captiuitatem acceptam refero Deo Optimo Maximo, qui Maurorum magnis copiis prælio victis & profligatis, eorũ Regem capi permisit. Quo facilius atq; breuius Mauritana gens omnis in Hispania, quæ Mahomæ ritum falsum prauumq; morem seruabat, turpiterq; viuebat, ad sui cultum & Catholicam fidem perduceretur. Sed redeo ad principes nostros. Qui literis de Regis Granatæ captu perlectis institutum iter ire contendunt. Et Regina Logronium, quod est Cantabriæ oppidũ peruenit, & Rex in Bethicam prouinciam profectus cũ exercitu magno Granatę fines ingressus campos & fruges omnes igne ferroq; vastauit. Hinc subinde arcem Taiaræ machinis oppugnatam, & summotis ꝓpugnatoribus appositis scalis accepit. In cuiꝰ oppugnatione Henricus Ferdinandi Regis auunculus ictu sclopetæ in altero crure fuit grauissime percussus. Hac arce capta Rex Alhamam nouis præsidiis & cõmeatibus muniri iussit. Deinde Gaditanũ Ducem & Garsiam, Lupum Padillam cum exercitu magno Bethicę ꝓuinciæ ꝓsidio relinquẽs, Victoriam, quæ ciuitas est Cantabriæ, profectus est. Hinc adueniente vere cum in Aragoniã venissẽt ad conuentus agendos cum Regina se coniunxit. Conuentibusq; peractis in Aragonia simul in Bethicam redierunt. Et cum magnis copiis Granatæ fines ingredientes Aloram oppidum Maurorum breuiter capiunt. Quibus mos erat, vt cum primum vel ciuitatẽ vel oppidum cepissent, statim signiferos suos in arcem vel in aliquem locum eminentiorem iubebãt ascendere. Qui primum signum salutiferæ Crucis attollerẽt. Quam cũ sublatam suspexissent, in terram statim procidentes adorabant Deo gratias agentes, & sacerdotes Te Deum laudamꝰ decantabant. Secundum signum vexillum erat Sancti Iacobi apostoli, quẽ patronũ suum vocat Hispania, quo perspecto nomen eius inuocabant. Tertium autem vexillum erat Regium ti

Mantua Carpentana.

Malacha.

Malorũ causa cupiditas.

Lucena oppidum.

Granatæ Regis iunioris captiuitas.

Taiara oppidum à Rege Ferdinando capitur.

Victoria Cãtabriæ ciuitas.

UVA. BHSC. IyR_186

tulis & armis insignitum. Quod vniuersus exercitus conspicĕs altis vocib⁹ Castellæ nomen

Mezclita. Synagoga. sæpius iterabāt. Sublatis vexillis subinde Præsul in oratoriam domum, quam Mezclitā Mauri vocant, & congregationem, sicut Iudęorum synagoga significat, ingressus, benedictā & cō secratam Christianæ religioni dedicabāt. Post Aloram captam equites quidam Christianorū

Cazarabonella. exercitus in agros Caçarabonellę, quod erat oppidum Maurorum, prędandi causa cupidius ingredientes, à Mauris, qui eos in suos fines venturos ante cognouerant, commisso prælio profligati fuere. E qbus Gutterius Sotomaior Comes Benalcaçaris à Mauro sagittario lœtale vul

Gutterri⁹ Sotomaior occiditur. nus accipiens occubuit. Rex autem & Regina vbi Aloręm Ludouicum Portucarrerīū dominū Palmæ præfecerunt, in captis oppidis necessaria præsidia collocarunt, ad hyberna Cordubam venerunt. Vnde post hyemem in principio veris Regina Hispalim proficiscente, Rex in Mau

Settenilū oppidum. rorum fines reuersus oppidum Settenilum cœpit, multosq; pagos propinquos, qui cum Settenilum captum vidissent sese dederunt. Hinc Hispalim Rex Ferdinandus proficiscit̄, vbi Regina tunc erat, & hyeme iam discedente Rex Cordubam rediit. Et cum duobus exercitibus

Coynum et Carthaam oppida. ad oppugnandum Coynum oppidum & Carthamam profectus est. Atq; castris apud vtrūq; oppidum positis Rex Coynum oppugnans, Carthamam, quæ non longe à Coyno distabat,

Petrus Velascus Castellæ Comestabilis eode.n tempore ab Alphonso Cardino Petroq; Velasco Castellæ Comestabili suis Ducibus oppugnari iussit. Oppidani autem vtriusq; oppidi cū sese defendere nō possent, & omni subsidii spe destituti Ferdinando Regi sese dederunt. Quibus Rex in deditionem acceptis Alphō

Ronda ciuitas. so Cardino Carthamæ arcem gubernationemq; commendauit. Et ex Coyno discedens, Rondam, quam nonnulli Mundam esse falso putant, obsessum venit. Quam paucis diebus captā,

Oppidū Marubella. Antonio Fonseco cōmisit. Hinc iam discessurus Marubellanos, qui ad eum vltro venerunt, in deditionem accepit. Quibus Villandrandum Ribadei Comitem gubernatorem relinquens, Cordubam se contulit. Cuius imperio Iacobus Comes Caprensis ad oppugnādum oppidū

Oppidū Moclinum. Moclinum missus cum Mauris prelium committens profligatus rediit. Rex autem Ferdinādus interea Gambilenses & Alhabarenses oppugnatione cœperat. Quorum arcibus & oppidis Franciscum Bouadillam præficiens, Alcalam Henarem, quā Hispani viri non indocti Cō

Oppida Cābilis et Alhabaris. plutum vocant, ad hyemandam venit. Hic infans Catherina nata est, quæ fuit Brittaniæ, quā Angliam vocant, Regina. Aestate autem, quæ secuta est, Rex & Regina Cordubam reuertunt̄. Vnde Rex cum magno equitum & peditum numero Loxam repetit. De cuius aduentu Gra

natæ Rex Boabdelis admonitus, quoniam suę defensionis & Christianis resistendi spes omnis erat in Loxa, in eam priusq; Ferdinandi Regis copiæ venissent, ingressus est. Postero autē die Rex Ferdinandus aduenies, dum castra locis opportunis collocasset: suburbia, in quib⁹ erat

magna pars ciuitatis, tormentis & aliis armorum generibus oppugnari iubet. Huius oppugnationis initium Federico à Toleto Aluani Ducis filio cum suæ cohortis militibus electis assignauit. Vbi Christianis acriter oppugnantibus Rex Granatę noctu clam discessit. Cuius ab

Loxa ciuitas. sentia postero die Loxę ciues Ferdinando Regi sese dederunt. Et Rex Ferdinandus satis prudenter Loxę, quoniam erat magna ciuitas & Granatę propinqua, Aluarum Lunam cum magno Christianorū

Illora. præsidio reliquit. De Loxa Illoram veniens eā paucis dieb⁹ accepit. Interea Regina ad visendum Loxam venerat. Quam Rex Ferdinandus rogatum misit, vt ad se Illoram veniret. Hinc simul ad oppugnandum Moclinum oppidum proficiscuntur. Erat autem

Moclinum oppidum. Moclinum in aspero loco positum, & natura loci humanoq; præsidio valde munitū. Quę res oppugnantibus labor erat maximus, sed expugnatum tandem fuit captumq; diuinitus. Propterea q⁹ Christianis acriter oppugnantibus & Mauris fortissime propugnantibus, ex tormēto lapis orbicularis excussus flammaq; coruscans in eam arcis turrem concidit, in qua pulvis erat, qui molitis carbonibus & sulphure cæterisq; rebus conficitur. Quo repente succenso & turris confestim corruit, & Mauri complures, qui in ea erant, combusti fuerunt. Quæ res admirabilis & ostento persimilis Maurorum mentes admodum perturbauit, Quippe qui putauerunt ignem propter eorum pertinaciā è cœlo delapsum. Ideoq; timore magno perculsi po-

UVA. BHSC. IyR_186

stero die de pace legatos ad Ferdinandum Regem miserunt, & sine vlla conditione se dederũt. Quibus in deditionẽ acceptis, & oppidi portis reclusis more suo Catholici Principes in arcẽ crucigerũ vexilliferosq; ꝑmiserunt. Quos armatos equites & sacerdotes Te Deum laudamus canentes subsequi iussere. Erat autem in hoc oppido magnus captiuorum Christianorum numerus, erant etiã multi sacerdotes in foueis & subterraneis spelũcis vincti catenis ferreis. Qui cum Regios sacerdotes oppidum ingressos Te Deum laudamus canentes audiuissent, ipsi q̃q; magno gaudio canere cœperunt, Benedictus Domin⁹ Deus Israel. Hos è carcere solutos & ad se venientes cum vidissent Catholici Principes squallidos ac penè nudos & barba capilloq; ꝑmisso vbertimq; flentes, indui & viatico donatos ad suas domus ire iusserunt. Et Martinum Alarconium in Moclini custodia relinquentes ad Granatenses campos proficiscuntur. Quib⁹ igne ferroq; vastatis, & Federico à Toleto cum exercitu magno in Bethica prouincia relicto, in Gallæciam proficiscuutur. Vbi factiones & tumultus Lemi Comitis & Villæ Francæ Marchionis aliarumq; sororum ei⁹, quoniam armis inter se de patrimonio statuq; contendebãt, compescerent. Qui cum venissent ad oppidum, quod Palatium Valduerna dicit̃, Lemianus Comes ad eos veniens se ipsum suaq; omnia bona eorum potestati tradidit. Principes aũt Catholici cum eos reconciliassent, & vnicuiq; quod suum erat tribuissent, pro suis expensis oppida duo, Sarriam & Castrum Regium sibi retinuere. Hinc in Compostellam profecti cũ Sancti Iacobi Apostoli Hispaniæ patroni limina visitassent, Salmanticam venerunt. Hic hyemantes conuentum iuridicum, quem Cancellariam vocant, ex oppido Vallisoleto Salmanticã trãsferri iusserunt. Quem in parte domus Pontificalis, quam ipsi colebant, collocarũt. Vt quo ordine lites deciderentur, quaq; diligentia expeditrentur negocia, cognoscerent. Quibus rebus iam perspectis Alphonsum Fonsecum Compostellanum Antistitem virũ literatissimũ ad ministrandę iusticiæ præsidem relinquentes, Idibus Martiis hyeme iam præterita Salmãtica discẽdunt. Et exercitum, quem in prouinciam Bethicam prçmiserant, apud Cordubã consecuti cum magnis copiis Bellamalechã versus iter faciunt. Et cum exploratorib⁹ equites, qui locũ castris idoneum deligant, præmittunt. Qui, quoniã ciuitas hæc in extremo collis exposita est, locum pro castris altiorem supra ciuitatem delegerunt. Ad quem locum cum Rex Ferdinãd⁹ venisset castraq; locasset, oppugnari suburbium iussit. Cuius oppugnationis initiũ dedit Federico à Toleto, qui custodię Regis equitibus præerat. Granatæ autem Rex interim Bellamalachensibus Mauris obsessis subsidio veniens, per altos montes & inuia loca vsq; ad Christianorum castra magnum duxit exercitum. Quibus occurrentes Christiani prælium cõmittũt. Quod vbi Rex Ferdinandus animaduertit, equum statim conscendens cum multis equitib⁹ occurrens in equitem Maurum lanceã fortissime coniecit, ensemq; qui in ephippii parte anteriori pendebat, manu perstringens è vagina extrahere non potuit. Quę res causa fuit, vt post hac ensem nunq; ephippio, sed suo lateri semper accinctum tulerit. Hoc prælio Mauris, q subsidio venerãt, iã profligatis, dum ciuitas acriter oppugnatur, multa tormenta multosq; pulueris cados & tintinabula varii generis ab Imperatore Maximiliano missa Catholici Principes acceperunt. Tormenta quibus Maurorũ turres mœniaq; diruerent, & tintinnabula, quę in captis consecratisq; templis appenderent. Quæ cum è nauibus exposita in littore vidissent Bellamalachenses ciues timore magno coacti manus dederunt. Quibus in deditionem clemẽter acceptis principes Catholici postero die castra mouent. Et exercitum ad Malacham ciuitatem validissimam ducunt. Quam positis apud eam castris, ab arce, quam à ciuitate paululũ remotam Gibralfarum vocant, ad mœnia ciuitatis & arcem alteram, quæ dicitur Alcaçaua, totã penè ciuitatem stationibus circũdantes vsq; ad littus maris obsidione q̃longissima cingunt. Locus autem est ab arce iugosus & procliuis, in quo Rex Ferdinandus hoc modo stationes dispo suit. Apud arcem Gibralfarum primum & altiorem locũ Duci Gaditano, Aluaro Bacciano, Petro Bacce, Gutterio Sotomaiori, & arcis Attensæ præfecto dedit. Secundum Beiarani Ducis equitibus. Tertium Iacobo Lupo Alalæ & Francisco Bouadillo. Quartum principũ præ

Martinus Alarconius.

Comes Lemianus.

Alphonsus Fonsecus Cõpostellanus Antisses.

Rex Ferdinãdus in Maurum lanceã coniecit.

Dona Maximiliani.

Cinxit Rex Ferdinãdus Malachã 12. stationibus quarũ Duces hic nominantur.

UVA. BHSC. IyR_186

fecto. Quintũ ciuibus Hispalis & Cordubæ. Sextum Comiti Feriano. Septimum equitibus prefecti Calatrauæ, quibus præerat Gutterius Padilla nepos eiꝰ ex fratre. Octauum Federico à Toleto cum equitibus Regiæ custodiæ & Rodorico Pimentello Comiti Beneuentano & Petro Manrico Duce Naiarensi. Nonũ pfecto maiori ordinis Sancti Iacobi. Decimũ Gutterio Cardine pfecto maiori Legionis. Vndecimũ Ioãni Stunico ordinis Alcãtaræ pfecto cũ multis sui ordinis equitibus. Duodecimum apud alteram arcem in loco prope littus maris Antonio Fonseco. Hoc ordine stationibus iam peractis mane nondum orto sole Mauri complures qui subsidio clam venerant, in primam stationem irruentes Sotomaiorem & arcis Attensæ pfectum occidunt. Et Petrum Baccam Aluarumq; Baccianum & alios equites grauiter vulnerarunt. Qui cum Christianis vndiq; concurrentibus resistere non potuissent p inuia loca & saltus asperos effugerunt. Rex autem Ferdinandus in occisorum locum Ferdinandum Vegam & Franciscum Almeidam equitem Portugallię substituit. Et quod erat oppugnatio difficilis ac periculosa Duces omnes admonuit, vt Mauros à ciuitatis exitu prohiberent, & subsidio venientes propulsarent. Quippe qui ciuitatem multo facilius obsidione diuturna & longa fame, q̃ oppugnatione capi posse cernebat. Duces itaq; dicto Regis audientes in castris omni copia rerum, quę terra mariq; comportabantur, refertis, sese continebant, nec vllo ingrediente Mauro nec exeunte. Post dies autem aliquos cogente fame Maurus quidam audax magis & temerarius, q̃ fortis & prudens quasi Sceuola Romanus alter decreuit aut mortem subire, aut Regẽ & Reginam de medio tollere. Qui hora ferè pomeridiana indutꝰ pallio, quod albornociũ vocant, accinctus ense breui, quem pallio suo tegebat, ex arce Gibralfaro egressus ad Gaditanum Ducem, qui vt supra demonstrauimus, in prima statione manebat, vltro se contulit. Cui Regẽ & Reginam se quærere dixit. Quibꝰ res aliquas necessarias & profuturas dicere volebat. Quẽ Dux, quoniam ipse à statione sua discedere non audebat, cum alumno suo ad Regiũ tabernaculum misit. Huc cum venisset Maurus, quoniam Rex & Regina post meridiẽ somno tenebãt interim tentorium Beatricis Moianæ Marchionis ingreditur. Vbi spectabilis mulier & ornamentis exculta Regiam maiestatem referens apud Aluarum Portugalliæ sedebat. Quos cũ vidisset Maurus, quoniam iam vitæ suæ finis aderat, Regem & Reginã esse ratus, ense stricto Aluarum repente male percussit in capite, & ad Beatricem conuersus vociferãtem anteq; eã attingeret, à famulis, qui aderant, pugionibus est confossus. Alius etiã paulo post casus accidit, non minoris insaniæ, ideoq; referendus. Ex Affrica Maurus veniens, quem cęteri Mauri Sanctum vocabant, clam noctu ciuitatem ingressus à Mahoma se missum venisse Malachæ ciuibus cõcionando dicebat, & Mahomam in eorum auxilium venturum persuasit. Quem si in Christianorum castra prorumperent ante se pro suis cultoribus pugnantem visuri erant. Et Christianos victos ad Cordubam vsq; persequerentur. Quin etiã quicunq; sibi pugnãti contra Christianos adhęrerent, non modo non occidi, sed ne vulnerari quidem possent. Huic insano gens ignara & ad superstitionem procliuis fidem adhibentes postero die prima luce eruptionem facientes ea castra inuadunt quæ mari propinqua Rex Ferdinandus Ioanni Stunico ordinis Alcantaræ magistro cõmiserat. Quibus cum Christiani milites equitesq; vndiq; concurrentes prælium committunt. Et omnium primus Maurus ille, qui se sanctum & Mahomæ nunciũ simulauerat, ictu magno lapidis in capite pcussus occubuit, reliqui multis acceptis vulneribus, in ciuitatem sese retulere. Erat in hac ciuitate pręter Gibralfarum arx altera maior Alcaçaua nomine. Cuius custos erat homo quidam diues, sed non bellicosus. Gibralfari vero bellicosus, nõ autem diues. Arcis vtriusq; prefecti cum ciuitas indies crescente fame conuocato concilio legatos ad Catholicos principes de deditione mittere vellet honestas conditiones petituros, aliorũ votis assentiri noluerunt. Qui cum postea famem diutius pati non potuissent, vltro ac sine vlla conditione sese dederunt, vita duntaxat concessa. De quibus acceptis in seruitutẽ Catholici Principes multos vtriusq; sexus ad seruiendum magis idoneos principibus Christianis donoq; miserunt. Alios suis Ducibus, equitibus, domesticis & familiaribus distribuere. Miserũt & ma

Beatrix Marchio Moiana Aluarus Portugalliæ uulneratur.

Maurus exẽplum Sceuolæ secutus occiditur.

UVA. BHSC. IyR_186

gnum numerum pro Christianis captiuis redimendis in Affricam. Qui capta ciuitate Garsię Fernando Manrico cōmissa, & Federico à Toleto cum magnis copiis ī Bethica prouincia relicto, in Hispaniam Citeriorem proficiscentes diem quintum ante pascha resurrectionis Valentiam peruenerunt. Vnde peractis conuentibus negociisq; confectis ad exercitum redeūtes, ex itinere Murciam ingressi Corporis Christi diem festum celebrauerunt. Et è Murcia digressis obuius venit Federicus à Toleto, quem, vt supra demonstrauimus, cum exercitu reliquerant, commeatum petens ad patrem suum Aluanum Ducem, qui grauiter ęgrotabat, profecturus. Quo satis honorifice dimisso Rex Ferdinandus Maurorum fines ingressus oppidum Veriā, Porchenæ terminos, Tabernas, Oscam breuiter cœpit, & omnes Bacciæ cāpos percurrit. Et Bacciam Abderamq;, quam Almeriam vocant, quas anno sequenti oppugnare decreuerat, diligenter inspexit. Deinde cum Veriæ Garsiam Lassum cognomento Vegam, Tabernis Hurtatum Lunam, Porchenę Ioannem Benauitem, Oscę Rodoricum Manricum, Benamaurelę Aluarum Baccianū præfecisset, Ducemq; maiorem Ludouicum Portucarrerium contra Mauros Baccenses & Guadixianos reliquisset, ad hyemandum in oppidum Vallisoletum venerūt. Vbi cum legatis Imperatoris Maximiliani de coniugio Ioannæ filiæ cum Philippo Maximiliani filio Austriæ Duci, & Margaritæ sororis eius cum Ioanne Hispaniæ principe simul egerunt. Qua re perfecta hinc pridie Kalēdas Aprilis Rex Cordubam venit, & inde Iaenem. Vnde digrediens arcem & oppidum Cuiarum expugnatum cœpit. Vbi præsidio, quod satis esse visum est, relicto, ad Bacciam, quæ ciuitas erat magna, validissimum duxerunt exercitum. Cuius ciuitatis obsidio fuit & oppugnatio diuturna, multumq; laboriosa ac difficilis. Erat enim ī ea cum Rege suo Baudele Maurorū maxima multitudo bellicosissimę gentis. Qui sæpius eruptionem facientes cum Christianis acerrime pugnabant. Victi tandem Catholicorum Principum constantia, & præsertim Reginæ, quæ iam defatigatis Ducibus subsidio venit, & suorū equitum militumq; patientia manus dederunt. Quibus receptis in deditionem, Abderę ciues & Guadixiani Catholicis principibus vltro sese dederunt. Ad quas ciuitates capiēdas cum veniissent Catholici principes, Baccię gubernationem dederunt Henrico Ferdinandi Regis auūculo, Guadixæ Caçorolæ præfecto Cardinalis Hispaniæ fratri, & Abderæ Gutterio Cardino prçfecto Legionis. Dederunt prçterea Petro Mendoçio Cardinali pagos omnes Zenetanos, qui sunt apud Guadixiam & Porchenam. Contulerunt & alios Gutterio Cardino, qui sunt in ripa fluminis Abderæ. His confectis rebus Catholici principes in Guadixa Ducem maiorem Iacobum Lupum Pachiecum Villenę Marchionem relinquentes, Hispalim venerunt. Hic filiam Isabellam natu maiorem Alphonso Portugalliæ Regis filio desponsarunt. Quam ad spōsum miserunt in Portugalliam comitantibus Petro Mendoçio Cardinale & Rodorico Pimentello Comite Benauenti multisq; aliis equitibus & Episcopis. Hinc Rex Ferdinādus in initio veris cum magnis copiis Granatam versus proficiscitur. Quæ quidem expugnatis omnibus & captis ciuitatibus, oppidis, & arcibus, admodum tristis & sola quasi corp⁹ sine membris, arbor sine ramis, & mater orbata liberis remanebat. Cui⁹ agros Rex Ferdinādus ingressus igne ferroq; vastauit. Qui depopulatis agris Iacobum Pachiecum Villenæ Marchionem Ducem maiorem, quem generalem Capitaneum vocant, in Alcala Regia relinquens Hispalim ad Reginam reuertitur. Inde Nonis Septembribus rursus ad vastandum agros & omnes Granatæ fructus redit. Hic cum Mauris equitibus ex vrbe Granata egredientibus prælio cōmisso magnus hostium numerus cecidit, & ex Christianis pauci desiderati, multiq; vulnerati fuere, Marchioq; Villenę Dux maior exercitus in altero brachio lancea vulneratur. Quē vix sanato vulnere Rex iterum in Alcala Regia totius exercitus præfectum relinquens, ad Reginam Hispalim se recepit. Hinc circiter Nonas Maias ad Granatenses agros rediens cum fruges & arbores deuastasset, in loco Granatæ propinquo, quem Goscon Mauri vocabant, vbi rus erat & domus agrestis, in solo plano sita, distans à Granata passuum milia circiter octo, castra locauit. Vbi nouam vrbem Catholici principes habito concilio condere statuerunt. In qua durante bello tu-

Veria.
Porchena.
Tabernas.
Baccia.
Abdera.
Cuiarum.
Zenetani pagi.
Iacobus Lupus Pachiecꝰ
Alcala Regia
Marchio Villenæ lancea vulneratus.

UVA. BHSC. IyR_186

tus exercitus hyemare posset. Hanc autem vrbem quadrangulari forma designatam, & nomine sanctę fidei nuncupatam, quo breuius Catholici principes attollerent, Hispalis, Cordubæ, Iaenis, Astigi, quam Ecciiam vocant, Baeccæ, Vbedę, Carmonæ, Xeresis, Anduxaræ primariis in prouincia Bethica populis ædificādam cōmiserunt. Quorum iussa liberaliter omnes capessentes & laudis auidi summaq; contentione die noctuq; festinantēs, vrbem, mœnia, turres, fossas, aggeres, portas, vallumq; perpaucis diebus absoluerunt. Qui profecto vel propter labores, quos patientissime pertulere, vel propter pecunias, quas in opere cōficiendo largissime profundebant, insigni laude suorumq; principum gratia digni fuere. Verum enimuero si virtuti sua præmia danda sunt, eodem tempore non minorem gloriam Regiamq; beneuolētiam meruere strenui Duces & omnes equites fortissimi. Qui Mauros Granatenses ad impediendū opus irruentes acerrime, nec sine fuso sanguine propulsabāt. Et equestres hostium copias q̄tidianis prēliis minuebant. Adeo vt Mauris ex eq̄x ferè quinq; milibus vix trecenti supererant. Quæ res nimirum Granatensi bello finem inuenit, Granatæ nanq; Rex Boabdelis suis equitibus amissis & ciuitatibus quatuordecim cētumq; oppidis à Christianis expugnatis & captis atq; depopulatis agris, cum intra Granatæ muros ingētem multitudinem & hominum milia ferè ducenta sine cōmeatibus alere non posset, & omni spe subsidii destitutus de, facienda deditione cogitauit. Qui suis accitis consultoribus, quibus confidebat, eorum sentētias explorare cœpit. Quorum vnum, qui cęteros ętate & autoritate antecedebat, in hunc modum locutū accepimus. Quoniā me quid de hoc infortunio nostro miseraq; conditione sentiam dicere iubes, optime Rex, ego quidem te scire velim, vt quod ipse retulero non ex ingenio meo deprōptum fuisse putes, sed istorum, qui adsunt, iudicio prudenter excogitatum. Quippe qui tuam nostramq; miserā sortē dolentes simul omnes hac de re iā diu collocuti sumus. Et pensitatis nostris & hostium viribus, in eā demum sententiam omnes conuenimus, vt tibi deditionem faciendam esse libere diceremus. Tu itaq; qui sæpe studium & fidem erga te nostram magnis in rebus es expertus, nunc etiam æquo animo iudicium suscipere debes & in consulendo libertatē. Quandoquidem nulla prorsus alia via salutis ostenditur. Quare deditio est quidē maxime necessaria. Nam per Allam atq; Mahomam quid nobis tot in bello peremptis equitibus, qd omnibus amissis ciuitatibus & oppidis? quid tantis detrimentis acceptis sperare licet, si Christianorum exercitus, copiis nostris iam consumptis indies augentur? Si de nostris in prælijs quoti die victoriam consequuntur? Si nos denicq; rebus omnibus antecedunt? In quorum castris eq̄tum milia duodecim, peditumq; centum esse dicuntur. Christiani præterea principes eo consilio nouam vrbem apud nos ędificare iusserunt, vt inde nisi ciuitatem nostram cœperint, nō recedant. Quapropter hoc consilium tibi damus, quoniam nobis neq; defensionis vlla spes est, neq; subsidii. Iam primum ab externis principibus auxilia, quæ non defutura nobis arbitrabamur, frustra diutius, vt vides, expectauimus. Quæ etiā si nunc aduētarent, & nobis ex Asia tota Affricaq; suppetias venirent, ea profecto quamuis magna Christiani, qui validissimis prę fidiis omnia loca terra mariq; tuentur, non modo propulsare, sed etiā facile delere possent. Deinde quanta sit in hac urbe senum & puerorum mulierumq; multitudo non ignoras. Qui nimirum quoniam nos elementorum genera omnia deficiūt, diuturniorem famem tolerare nō poterunt, & esurientes extrema fortasse necessitate cōpulsi nos deserent, & ad Christianorū castra confugient. Est itaq; nobis non hostis modo, sed etiam nostra plæbs ieiuna valde timenda. Quæ sine dubio miseram seruitutem & genus omne malorum patientius, q̄ famem tolerabit. Quod si viri fortis est atq; magnanimi mortem potius velle, q̄ regno priuari & iugū sub ire seruitutis, tu tamen princeps non minus humanus & prudens, q̄ fortis & magnanimus, nō tuæ solum dignitatis habere rationem debebis, sed etiam salutis nouercæ tuæ, & ætatis fratrum tuorum, & denicq; huiꝰ tui populi, tibi studiosissime semper & obsequētissime famulātis. Qui profecto si tu fortunę, quæ nobis aduersa fuit semper, casus armatus experiri potiꝰ q̄ nostrum probare consilium malueris, cum tibi, quod Alla prohibeat, mali quid acciderit, nō du

Ciuitates Bethicæ prouinciæ, quæ sanctam fidē cōdiderunt.

Consilium quod Mauro rū Regi sui cōsultores dederunt.

UVA. BHSC. IyR_186

bium est quin veniant omnes in tuorum hostium potestatem, & ea mala passi, quæ victis solēt ab elatis victoribus accidere, captiui demum seruorum more vendantur. Consulas igitur tibi primum, Rex prudentissime, deinde tuę charissimę nouercæ, & duobus fratribus, quos tanto pere diligis, & postremo ciuibus tuis vniuersis, ut & Rex bonus & pater benignus prospicias. Ne tua pertinacia cōmittas, vt vrbe vi capta aut serui fiant omnes, aut occidantur. Quod malum omnium malorum maximum ne accidat, facile si deditionem feceris, euitabis, & te tuosq; omnes conseruabis incolumes. Nam etsi mortales omnes natura libertati, qua nihil est animis ingenuis optatius, auidissime student, & miseram conditionem seruitutis oderunt, sapientis tamen hominis est necessitati, quam vitare non possit, æquo animo parere. Quoniā igit̄ te summa necessitas vrget, & in sola deditione salutis spes omnis ostenditur, eam profecto, si tua tuorumq; vita tibi chara est, differre non debes. Ad quam te quidem non extrema solū necessitas sed etiam Ferdinadi Regis & Isabellæ Reginæ singularis humanitas & integerrima fides hortari debent. Quippe qui sunt, vt fama est, & nostri quoq; prædicare solēt, in omni genere virtutis principes excellentes, & in eos præsertim, qui sponte se dederint. Cuius rei Loscani, Rondenses, Guadisiani, Abderenses, & alii complures sunt testes. Qui nunc apud Christianos cōmorantes honorifice cōmodeq; viuunt, & neq; institutis nostris neq; cerimoniis prohibent. Malachensibus vero cęteris q;, qui pertinaces fuere, quod acciderit non ignoramus. Quamob rem si priusq; oppugnare nos cœperint, vltro deditionem feceris, non dubium est quin tuę dignitatis rationem habeant, & te non vt hostem, sed vt amicissimum liberaliter & magnifice recipiant, & nouercæ tuæ fratribusq; bene consulant. Quod si tibi Regium nomē & insignia deponere molestum est multumq; difficile, te tamen vna vel maxima ratio consolabitur, propterea q; hoc regnum, quod vt scimus, olim Christianorum fuit, & à maioribus tuis vsurpatum ipse nunc iniuste possides, nom amittes quidem, sed quibus iure debetur restitues. Et eorū gratiam & amicitiam, quam Reges omnes magnifaciunt demerebis. Hoc à reliquis consultoribꝰ qui aderant, comprobato consilio, Rex Boabdelis, qui deditionem facere iam decreuerat, cum in aliquos Granatæ ciues viros primarios, qui clam se Catholicis principibꝰ, vt eorum gratiā aucuparentur, ciuitatis deditionē promiserant, animaduertisset, subinde legatos ad Regē & Reginam clam misit in castra. Quibus supplicabat, vt suorum aliquem ad se mitterent. Qui cum de pacis & deditionis conditionibus agerent. Rex autem & Regina cum legationem libenter audiuissent, cum legatis eisdem Granatam redeuntibus Gonsalum Fernandum Aquilarem, q Mauris Granatensibus erat notissimus, & eorum linguam callebat, Fernandumq; Saphram secretarium miserunt, vt quas Boabdelis pacis & deditionis conditiones peteret intelligerent, si biq; relatum venirent. Qui cum Granatæ Rege collocuti cum duobus eius consiliariis ad Catholicos principes in castra redierunt. Quibus cum Boabdelis mandata mentemq; retulissent rursus ad Boabdelem Granatam remittuntur. Qui sæpe modo castra modo Granatam repetentes, etsi quæ referebant omnibus erant occulta, rei tamen finis optimus & optatissimus nobis omniumq; Christianorum votis satisfecit. Boabdelis nanq; Catholicis principibus obsequens & Regia dignitate tituloq; priuatus Kalendis Ianuariis anno Christianæ salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo Granatæ portis reclusis magnum Christianorū militum numerum in Granatam vrbem & in Alhambram recepit. Regięq; domus turres, vrbis portas, & omnia munitiora loca Christianorum præsidiis assignauit. Posteroq; die mane captiuos Christianos complures compedibus vinculisq; solutos cum quingentis obsidibus, quos se daturum pactus fuerat, ad Catholicos principes misit in castra. Reges autem Catholici cum per tentoria distributos obsides obseruari diligēter & honorifice tractari iussissent, ad captiuos Christianos, qui Benedictus Dominus Deus Israel decantabant, conuersi, cum flentes & toto corporis habitu & vultus effigie deformatos aspexissent, eorum sortem miserātes omnes indutos rebusq; necessariis adiuuantes ad suas domos ire iusserunt. Quorum vnus, qui sacerdos erat & non indoctus, anteq; discederēt, O principes, inquit, cœlestes, o Dei Opt. Max.

Granatæ urbis deditio.

Verba captiuorū ad Catholicos principes.

UVA. BHSC. IyR_186

fortes & magnanimi Duces, qui nos hodierna die á grauissimo iugo seruitutis, vel potius ab vmbra mortis & horrendis tenebris ad clarissimam optatissimamq; vitæ lucem reuocastis, vi uatis in æternum viuatis. Et quoniã vobis pro vestris erga nos immortalibus beneficiis gratiam referre non opis est nostrę, eam sine dubio cumulatissimam speratis ab eo, qui pias hominum mentes ex alto prospiciẽs, vnicuiq; pro meritis digna p̃mia persoluit. His dimissis eodẽ die Catholici principes cum Ioanne & Ioanna filiis cum Petro Mendoçio Cardinale, cumq; suis Ducibus & multis equitum peditumq; cohortibus instructis Granatam versus pficiscuntur. Quibus ad vrbem appropinquantibus Boabdelis quinquaginta ferè comitatꝰ equitibꝰ obuiam venit. Qui tristi vultu capiteq; demisso ac flenti similis Ferdinandi Regis osculari dexteram contendit. Rex autem Ferdinandus manum subtrahens Boabdelem perbenigne suscepit. Pauciscq; verbis vltro citroq; per interpretes habitis, ad Isabellam Reginam, quæ cum prole sua & Cardinale cæteriscq; Ducibus Regem subsequebatur, Boabdelis accedens idem fecit. Quẽ Regina pari benignitate recepit, & ad spem meliorem verbis honorificis hortata est. Cũ autẽ prope vrbis mœnia peruenissent, Ferdinandus Talabricus Abulensis Episcopus & Granatæ vrbis Archiepiscopus designatus, qui crucis vexillum præferebat, altiorem arcis Alhambræ turrem conscendit & erectam crucem reliquaq; vexilla cũctis ostendit. Quæ cum Catholici principes Regiaq; proles & vniuersus exercitus flexis genibus Deo gratis agentes adorassent, & arcis Alhambræ custodiam Ignico Mendoçio Tendiliano Comiti cõmisissent, ad vrbem nouam redierunt in castra, secumq; Boabdelem adduxerunt. Vbi permanere statuerunt quoadusq; traditis armis á Mauris & auctis Christianorum militum pręsidiis in vrbem populosissimam tutior esset ingressus. Hic diebus paucis cõmorati quibusdam cõfectis negocijs & rebus ad vrbis ingressum necessarijs comparatis, cum multis armatis equitibus, quos ex multis partibus acciuerant, & magno sacerdotum numero, Te Deum laudamus, decãtante, Granatam vrbem Deo Opt. Max. cuius auxilio belli peroptatum finem glorioſamq; victoriam fuerant adepti, gratias agentes ingressi valdeq; lætantes vota, quæ religiose promiserant, persoluerunt. Deinde certos nuncios cum literis de victoria, quam Deo iuuante de Mauris Christianæ religionis hostibus habuissent, ad Innocentium Summum Pontificẽ, ad Cardinales, ad Christianos principes, ad omnes Hispaniæ Siciliæq; ciuitates destinarunt. Qui gaudio magno exultantes cum primum tales nuncios magnis munerib⁹, vt par erat, honestassent, cum templis omnibus & per omnes aras sacra celebrassent, cum deniq; multis diebus vrbes supplicationibus canticisq; diuinis lustrauissent, deinde magnificos ludos & spectacula varij generis apparatu magno magnisq; sumptibus ædiderunt. De quibus ac de toto Granatensi bello, quoniam, vt in principio dictum est, viri docti generatim copioseq; scripserũt, hac ego summa breui & quasi epitomate multis huius historię cupidis atq; de me benemeritis, qui rẽ hanc á me sæpiꝰ efflagitarunt, satisfaciens, cum de Granatæ regni ciuitatibus & oppidis, vt sum pollicitus, nominatim retulero, finem faciam. Sunt itaq; ciuitates in primis.

Catholicorũ principũ ingressus in urbẽ Granatã, qui fuit anno M.CCCC. XCV. quarto Nonas Ianuarias.

- ¶ Granata totius prouinciæ metropolis.
- ¶ Malacha maritima.
- ¶ Bellamalacha maritima.
- ¶ Abdera maritima.
- ¶ Ronda.
- ¶ Basta, quã supra Bacciam nominauimus.
- ¶ Guadixa, quã Plinius Axi
- ¶ Veria. (vocat.
- ¶ Osca.
- ¶ Barbella.
- ¶ Losca, quã Loxã vocãt
- ¶ Alama, quã Alhamã dicũt.
- ¶ Almugneçara & Porciena, ¶ Oppida sunt.
- ¶ Bellum albũ, quod Belez blancum dicebant.
- ¶ Bellum rubrum.
- ¶ Muxacar.
- ¶ Esnaluid, quod nunc Cuenas dicitur.
- ¶ Cathanyia.
- ¶ Albox.
- ¶ Fenez.
- ¶ Luçar.
- ¶ Beleficũ.
- ¶ Nixar.
- ¶ Tabernę.
- ¶ Serga.
- ¶ Bacor.
- ¶ Gorab.
- ¶ Gor.
- ¶ Ierez.
- ¶ Iantaira.
- ¶ Edeir.

UVA. BHSC. IyR_186

¶ Alcala Horra.
¶ Alcuria.
¶ Alçaguinum.
¶ Fereira.
¶ Guenaie.
¶ Finiana.
¶ Vracina.
¶ Orce.
¶ Galera.
¶ Cullar.
¶ Benemaurela.
¶ Caueles.
¶ Castillegia.
¶ Castrillum.
¶ Abiceleona.
¶ Suiar.
¶ Queiar.
¶ Trera, quæ nunc Treila.
¶ Oria.
¶ Montoria.
¶ Andras.
¶ Lapecia.
¶ Meigecar.
¶ Pinia.
¶ Cambela.
¶ Esmeloz.
¶ Colombera.
¶ Moclinum.
¶ Illora.
¶ Azara.
¶ Calea.
¶ Cuniares.
¶ Almuxia.
¶ Borgo.
¶ Algocagia.
¶ Gaçerabonela.
¶ Alora.
¶ Garthama.
¶ Coinum.
¶ Monda.
¶ Tolos.
¶ Onquera.
¶ Setenilum.
¶ Cardella.
¶ Esmalmara.
¶ Audita.
¶ Montexicar.
¶ Gausinum, maritimum.
¶ Casares.
¶ Mons Maior.
¶ Metar.
¶ Vxuna.
¶ Arabita.
¶ Nerexa.
¶ Torros.
¶ Bentobium.
¶ Motrilum maritimum.
¶ Castellum Ferreū marit.
¶ Albonitū, maritimum.
¶ Nulum, maritimum.
¶ Adra, maritimum.
¶ Delias, maritimum.
¶ Solobrenia, maritimum.

In montibus autem & asperis locis, quos Alpuxarras appellant, sunt.

¶ Abuludui.
¶ Marchina.
¶ Aluchar.
¶ Andaras.
¶ Belia.
¶ Dalia.
¶ Ogiiar.
¶ Xobeles.
¶ Ferrera.
¶ Puchera.
¶ Orgiba.
¶ Sugnehalum.
¶ Serafilabres.
¶ Xironium.
¶ Texora.
¶ Almunia.
¶ Varis.
Et alia cōplura oppida parua, quorum nomina me latent.

Vnum autem de Granatæ Regibus Mauris, quod est multis ambiguum, nō prætermittā. Fuit enim Granatæ Rex, quem alii Abuliacenum, alii Allamoliacenum vocabant, vir fortis et bellicosus, sed immitis & ferox. Qui sine causa multos & innocentes equites sui principatus crudeliter occidit. Hic fratrem habuit minorem nomine Boabdelim, & vxores duas accepit, Mauram primam, ex qua filium suscepit Mahomedum, qui postea Boabdelis & Granatę Rex iunior fuit appellatus. Ex vxore autem secunda Christiana, quam captiuā ad suos mores ritūq; Mahometanum conuerterat, filios duos progenuit. Quorum primus Cad, & secūdus Nacre nomen habuit, & post Granatam captam ad Christianam religionem sponte veniētes, maior Ferdinandus, & minor Ioannes nomen accepit. Et Granatę Infantes cognominati fuere, vxo resq; fœminas generosas acceperunt. Mater autem, quæ Maura Zorayia dicebatur, ad pristinam fidem multis & filiorum suorum precibus, & Catholicorum Principum persuasionibus adducta Isabellæ nomen accepit.

LIBER XXI.

DE REBVS QVAS IN CONVENTV TOLETI Catholici Principes egerunt.

DITER NVNC reuertemur, vnde digressi sum⁹. Supra dictum est à nobis Isabellam Reginam cōfecta pace cū Portugallię Rege Toletum venisse, et item Regē Ferdinandū ex Aragonia. Dicem⁹ igitur quæ res & negocia Toleti gesta fuere. Toleti cum diebus paucis ex itineris labore iam defessi quieuissent, deinde procuratoribus ciuitatum populorumq; per literas accitis magnos conuentus, quos Curias generales appellant, diebus multis egerūt. Ad quas proceres complures conuenerūt multiq; Pontifices. Hic cum primum multorum litigan

UVA. BHSC. IyR_186

tium cauſas, & eorum iuſtas querelas, qui res ſuas ab aliis occupatas diuq; poſſeſſas repetebāt, audiuiſſent, & ſuum ius vnicuiq; tribuiſſent, deinde magnos cenſus multaq; oppida, quæ Regis Henrici temporibus alienata fuerant, & Regio patrimonio iure debebantur, ab eis reſtituta ſibi, qui non iuſto titulo poſſidebant, receperunt. Multa tamen monaſteriis, eccleſiis, & hoſpitalibus remittentes, poſthæc homines multos, qui latrocinia aliaq; crimina multa commiſerant, affici iuſſerunt vltimo ſupplicio. Quibus etiam iubentibus captus eſt & capite truncatus Ferdinandus Alarconius, qui ſeruiens Archiepiſcopo Toletano ſæpe tumultus autor fuerat, & pacis inimicus. Multis hic bona, quibus violenter ab improbis erepta fuerant, Regis & Reginæ iuſſu reſtituta fuere. Magna hic negocia boni principes abſoluerūt, multas dirimerūt lites, ſalutares leges & prudenter excogitatas ædiderunt. Hinc ad ciuitates & omnes populos gubernatores & iuſticiæ prefectos ſatelliteſq; miſerunt. Quibus vbiq; nō modo cerdones & agrorum cultores, ſed equites etiā atq; magnates omnes diligentiſſime parebāt. Iuſticia nanq; de cœlo proſpexerat & per Hiſpaniam totam pax orta eſt omnibus & ſecura trāquillitas. Hic proceres & omnes ciuitatum procuratores iuſiurādum præſtiterunt, ſeſe poſt Iſabellæ Reginæ mortem Ioannem eius & Ferdinādi Regis filium natu maiorem Regem Caſtellę & Legionis habituros. Cuius rei teſtis, præter ciuitatum procuratores, equites iurati fuere qui ſequuntur. Petrus Gonſalus Mendoçius Hiſpaniæ Cardinalis, Ludouicus Cerdanius Dux Methymnæ Cœli, Alphonſus Cardinas ordinis ſancti Iacobi militiæ præfectus, Petrus Fernādus Velaſc? Phari Comes & Caſtellæ magnus Comeſtabilis, Alphōſus Hēricus Hiſpani maris Almirātes maximus Ferdinandi Regis auunculus, Petrus Aluarus Oſorius Aſtoricæ Marchio & Traſtamaræ Comes, Philippus Aragoneus Caroli Vianæ principis filius, Iacobus Lupus Stuniga Comes Miranditanus, Aluarus Mendoçius Comes Caſtrenſis, Laurentius Suares Mendoçi? Comes Corunię, Fernādus Aluares à Toleto Comes Oropeſanus, Gutterius Sotomaior Comes Benalcaçaris, Ignicus Mendocius Comes Tindilianus, Beltranus cognomēto Cueua Comes Ledeſmanus, Ioannes Siluius Comes Cifontanus, Ioannes Riberius Dominus Montis Maioris & Regis Ferdinandi cuſtos maior, Iacobus Fernandus Quignonēſis Comes Lunç, Iacobus Huttatus Mēdocius Epiſcopus Palentinus, Alphonſus Burgitanus Epiſcopus Cordubenſis, Raymundus cognomento Spes Epiſcopus Vrgelli, Aluarus Petrus Gothoman? dominus Olaliæ, Gutterius Cardinas præfectus maior ordinis militiæ Legionēſis, Ioannes Cardona Comes Pratenſis, Ludouicus Requiſentius Barcinonæ principatus gubernator. Hi fuerunt & omnes ciuitatū procuratores atq; alii diuites homines, qui ſolenne iuramentū præſtiterunt apud altare maius eccleſiæ ſanctæ Mariæ librum tāgentes, quē ſacerdos, qui rē diuinā celebrauerat, manibus tenebat. Hac re peracta poſtero die inſignia ſancti Iacobi ordinis Alphōſo Cardinæ ſupplicanti, qui ordinis illius militiæ præfectus erat, honorificentiſſime dederūt. Deinde ſtatuerunt ne Caſtellæ Ducibus lictores antecederent clauas præferētes. Et ne quis clypeos coronis vel aliis Regis ornamentis inſignitos, quas res Coroneles & Orlas appellant, haberent, niſi quibus ob aliquā iuſtā cauſam conceſſum fuiſſet. Neue quis Dux vel alius q̄uis nobilis in literis, quas ad aliquem ſubditorum ſuorum mitteret, ſuę dignitatis titulum ſuperponeret. Hoc enim Regiæ dignitati duntaxat cōuenire dicebant. Hic præterea multoꝝ laborū magnæq; fidei memores Andreæ Caprerii & eius vxoris Beatricis, eos Moiani Marchionatus titulis honeſtarunt, & quo maioribus afficerēt honorib? eodē die ſecū & eadē menſa diſcūbere voluere. Quib? Regina nō his honorib? cōtēta, magnos etiā cēſus & oppida q̄dā tribuit in perpetuū, qbus illi & eorū ſucceſſores p̄ tituli dignitate ſumptum ferre poſſent.

Ferdinandus Alarconi? capite truncat?

Proceres & Pontifices q̄ iureiurando Ioannē principem uocauerunt.

DE REBVS IN METHYMNA CAMPO GESTIS.

His confectis rebus é Toleto diſcedentes die ſeptimo Methymnā, cui cognomen eſt Cāpus, peruenerūt. Vbi non multa magnaq; negocia defuerūt & multorū q̄relę miſerabiles. Siquidem erant reorum & delinquentium pleni carceres. Quorum multis prius cauſis auditis,

UVA. BHSC. IyR_186

ditis, multisq; bonis, quibus crudeliter ablata fuerant, restitutis, alii cæsi verberib?, alii auribus mutilati, alii in perpetuū, alii ad tēpus in exiliū missi, plures ad mortē dānati fuere. Quorū numero fuit eques quidā nomine Aluarus Anis Lugus, natione Gallecus. Qui facin? cōmittere ausus fuerat, quod nō vno quidē, sed omni potius genere mortis dignū erat. Homo namq; genere nobilis & admodū diues cuiusdā boni viri diuitias & honestissimas opes temere cupiens in domū suā tabellionē quendā fallaciter adduxit. Vt sibi literas a se cōpositas, quib? illi? viri diuitias/ & omnia bona quasi iure petere videbatur, obsignaret. Quas tabellio, siue quod in illis cōtinebatur ignarus, siue spe muneris, quod eques ei liberaliter pollicebatur, impulsus, siue timore ne quid ab illo mali sibi, si facere nollet, eueniret, eas imprudēter obsignauit. Quod vbi perfecit, eques eum de manu in cubiculū suū, quasi ei mercedē daturus, adduxit. Vbi quidam domesticorū suorū sceleris conscius eos expectabat. Quo adiutus miserum tabellionē interfecit incautum. Quem in effossam scrobē clam omnibus defecit. Cuius vxor cū eum ad cœnam nocte tota mēsa lectoq; parato nō parū tristis expectasset, vbi dies illuxit admodū sollicita vicinas primū pcunctari cœpit, deinde nuncios ād omnes propinquorū & affinitū domos misit, si forte maritus apud aliquē cognatorū pnoctasset. Quē cum nō inuenisset, postero die lachrymas fundens ad Regē & Reginā se cōtulit. Quibus vbi de absentia mariti retulit, illi statim iusticiæ suæ præfectis & satellitibus diligēter inquirere iusserunt, vt scriba vel viu? vel mortuus inueniretur. Qui cōiecturis quibusdā & iudiciis equitē captū tormētis afficiunt. Qui cruciatu illud & alia quæ multa cōmiserat cōfessus, caput gladio præbuit. Qui iusticiæ, si vita ei cōcederetur, aureorū millia quadraginta pro bello gerēdo cōtra Mauros offerebat. Quos etsi nō defuere, qui recipi eos esse dicerēt quaten? eis Catholici principes vti cōtra Mauros Christianæ religionis hostes honestissime possent/ regina tamē iusticiā pecuniæ præferēs prudētissime recusauit. Et cui? illi? oia bona ratione delicti iure sibi debebātur, ne qs tamē putaret eā ppter illi? pecunias & magnas diuitias ei parcere noluisse, nihil accepit, sed illius filiis oia cōdonauit. Hoc animaduersionis ordine iusticieq; fama terribili cū Catholici principes in multis Hispaniæ ciuitatib? cōuentus egissent, ingēs improbos & temerarios omnesq; malæ mētis homines timor inuasit. Et vbiq; latrocinia, sacrilegia, virginū raptus, oppressiones, captiuitates, seruitutes, aggressiones, iniuriæ, blasphemiæ, factiones, insult? hoium cædes, & oia scelerū malorūq; genera cessauerūt. In quorū locū restitutiones, virginitatis honor & integritas, nuptarū pudicitia, redēptiones, æqualitas, libertates, moderationes, pax, cōcordia, fides, humanitas, obedientia, pietas, verecūdia, reuerētia, metus, amor, & aliæ virtutes oēs successerūt. Tūc igit Hispaniæ populi, quos iā diuti? aduersa fortuna magnaq; pcella iactauerat, superata tandē vētorū rabie magnoq; turbine fugato, valdē lætātes ad tutū portū puenerunt. Vbi ppulsatis nubib?, fulgētem sole lunāq; clarissimā viderunt. Hic oīb? post horrēdas tenebras immēsa lux orta est. Hic superatis periculis ingēs lætitia. Hic amoto metū magna securitas. Hic peractis laboribus optata quies. Hic denicq; fugata morte spes vitæ redit. Regio nāq; iussu phibitis armis & mutatis hominū moribus, nemo fures, nemo gladios, nemo timebat insidias. Tantū erat vtriusq; principis apud oēs autoritas, tāta virtus, tātus iusticiæ metus, vt nō modo nō violare quisq; alterū, sed ne offendere quidē posset, nec auderet. Bonorū nāq; principū iuris æquitas faciebat, vt inferiores oīb? in rebus honestis & necessariis superioribus obedirēt, & superiores inferioribus pro suo iure satisfacerent. Atq; cuiuscūq; cōditionis hoies cuiusq; fortunæ nobilis & plebei?, pauper & diues, imbecillus & fortis, dñs & seru? omnes essent iusticiæ pares. O principū virtus nec bene cognita, nec vnq; satis laudata. O præclarum iusticiæ munus, & aliis cūctis virtutibus longe præstantius, sine quo nimirum nullus esset vitæ cultus, nulla societas hominum, nulla communitas, nulla, Dei cognitio, nulla religio. Nulla res igitur est hominibus necessaria magis, nulla virtus vtilior, q; iusticia. Qua quidem ego haud scio an excepta sapientia, quæ contemplationis est virtus & Deo pxima, quicquam melius homini possit contingere. Iusticia siquidem est ex qua boni viri nominantur, in qua splendor est maximus, quæ virtutes omnes

Indignum facinus.

UVA. BHSC. IyR_186

Iuſticiæ pater
Mater iuſticiæ.
Iuſticiæ comites & filiæ.
Iuſticiæ præceptum.
Iuſticiæ finis.

continet. Cuius pater eſt vir ſapiens, qui mortem potius oppetet, q̃ à recto diſcedat. Mater eſt ratio, quæ nobis viam ſalutis oſtendit, prohoneſtū ſuadet, hibetq̃ contrariū. Filiæ ſunt & eius comites liberalitas, magnificentia, religio, pietas, gratitudo, ſanctitas, obediẽtia, fides, æquitas, bonitas, veritas, & legū mandatorūq̃ diligens obſeruatio. Prçcepta vero ſunt cuiq̃ tribuere quod ſuū eſt, & necui quis noceat. Finis autẽ quoniã de humana iuſticia loquimur eſt humanam conſeruare ſocietatẽ & ad optatã peruenire fœlicitatẽ. Sine cuius imperio profecto nullus eſſet agri cultus, nõ domus vlla firma, nõ vrbs ſtare poſſent, nõ vlla regna manerent. Nõ inter ciues concordia, nulla fratrū cum fratribus gratia, nullũ liberorū erga parentes obſequiū. Nõ amicus apud amicū, non hoſpes cum hoſpite tutus eſſet. Magna res eſt igitur iuſticia, firmũ ſocietatis humanæ vinculũ, vis ingens aduerſus improbos, fida bonorū cuſtodia certaq̃ defenſio. Quæ olim & ſi propter hominū ſcelus ex Hiſpania diſceſſerat, in ea tamen diuino conſilio rediit vnà cũ principibus Catholicis. Quibus omnipotens Hiſpaniæ res iam caſuras, ante ſæculũ noſtrũ præſciens & miſeratus, ad eas gubernandas & conſeruandas viã præparare multiphariã cœpit. Quæ quidẽ res paucis ac minimi poti⁹, vt arbitror, cognita difficilis fortaſſe qui buſdã videtur & admirabilis. Quã ob rem mihi pluribus argumẽtis & ratione probabili declaranda eſt, atq̃ quo probari facilius poſſit & adhiberi ſine dubio fides altius repetenda.

DE REBVS, CAVSIS, ATQVE MYSTERIIS QVAE præceſſerunt, vt diuina prouidentia Catholici principes Hiſpaniæ malis imminentibus occurrerent.

SVnt igitur nobis hoc loco quædã repetenda ſummatim. Quæ etſi plenius in libris de Regibus Aragoniæ ſcripſimus, hic tamen neceſſaria ſunt, vt opinor, & admiratione ſituq̃ digna videbuntur. Anno. M. CCC. LXXXVII. Petrus Aragoniæ Rex filiũ genuit nomine Martinum. Quem Aragoniæ & Siciliæ Regem ſibiq̃ ſucceſſorem moriens inſtituit. Habuit & filiam nomine Elionoram, quam dedit in matrimoniũ Ioanni Caſtellæ Regi, qui fuit Iſabellæ Reginæ Catholicæ proauus. Hic Henricũ genuit, qui valetudinarius ob infirmã ſui corporis valetudinem cognomen accepit, & Ferdinandum, de quo plenam alibi mentionem fecimus, & paulo poſt ſcripturi ſumus. Nunc autem ad Martinum Aragoniæ Regem reuertimur. Qui Martinum genuit filium, cui dedit Siciliæ regnum. Qui cum Siciliæ Rex eſſet, à Siciliæ magnatibus & populis per legatos accitus, profectus eſt in Siciliam. Vbi cum biennio Siculis humaniſſime præfuiſſet, anno tertio è vita diſceſſit, & eodem tempore pater eius in Aragonia mortuus eſt. Quibus vita defunctis Aragoniæ Siciliæq̃ regni ſucceſſio lineaq̃ recta defecit.

Prima cauſa regnandi Regibus Catholicis.

Quæ quidem res Catholicis principibus ad Caſtellæ atq̃ Aragoniæ gubernationem dedit initium. Martinus namq̃ ſenior moriens taſtamento mandauit, vt Aragoniæ Siciliæq̃ proceres, item Pontifices & cuiuſcunq̃ ordinis ſacerdotes religioſiq̃ viri prudentes in cõſilium cõuenientes de Regia ſtirpe Regẽ eligerẽt, qui ſuo generi ꝓpinquior eſſet, & ad gubernãdũ magis idoneus. Qui prudẽter oĩa cõſiderãtes ex multis Regij generis cõpetitoribus Ferdinãdũ Martini Regis ſororis filiũ & Henrrici Caſtellæ Regis fratrẽ minorẽ, qui tum tẽporis apud Antiquerã Bethicę prouincię oppidũ cõtra Mauros bellũ gerebat, Aragonię Regẽ delegerũt. In cuius electione quæ res acciderũt, & quemadmodũ geſtæ fuerũt, alibi pluribus verbis ſcripſim⁹. Ideoq̃ nunc ad alia pergimus, id eſt Ferdinãdũ. Qui vxorem duxit Leonarã, quæ prius Vraca dicebatur, & dña fuit Infantat⁹ & quinq̃ villarum, quib⁹ dies fœmina vocabatur, ex qua filios quinq̃ ſuſcepit. Alphõſum ſcilicet, Ioãnem, Hẽrricũ, Sãctiũ & Petrũ, & filias duas, de quibus alio loco ſcripſim⁹. Et Alphõſus primogenitus ex vxore Maria Hẽrrici Caſtellæ Regis ſui patrui filia prolẽ prorſus nullã habuit. Ideoq̃ moriens Neapolis regnũ, quod armis ſibi vẽdicauerat, Ferdinãdo filio ſuo notho teſtamẽto reliquit, & Aragoniæ Siciliæq̃ regnum ad Ioannem fratrem, qui tum Nauarræ Rex erat, iure deuenit. Quæ res ſecunda fuit cauſa, per quam Catholici principes poſtea matrimonio coniuncti ad Caſtellæ ſimul & Aragoniæ regnum peruenerunt. Tertia vero cauſa fuiſſe videtur, mors Caroli Vianæ principis. Quam Barcinonæ

VVA. BHSC. IyR_186

ciues nescio quid falso suspicantes vel simulantes potiꝰ vicisci con antes aduersus Ioannem Regem suum Ferdinandi patrem per decennium & amplius bellum crudelissime gesserunt. De quo bello & eius causis historiā scripsimus longiorem. In qua etiā quarta & quinta causa continet, quibus Catholicis principibus ad regnorū successionē via parabatur. Siquidē Barcinonenses cū à Rege suo defecissent, bellūq; parassent deinde timētes, ne victi supplicīū darent, qꝰ se dignos putabant, duos sibi de Aragonum stirpe Regia Duces asciuerūt. Alterū è Portugallia nomine Petrum, quē in historia Lusitanū cognominauimus, virū fortem et animosum. Alterum è Gallia Andagauēsiū, siue Angeorum Ducem, nomine Ioannē, virū quoq; strenuum & bellicosum. Quorum vterq; perijt quasi diuinitus, & Ferdinandus, qui paruulus erat, annū agebat ferè decimum quartum, & pugnabat acriter, à multis & magnis periculis liberatus. Et multas de validissimis hostibꝰ, absente patre, victorias consecutus. Hæc ex parte genioq; Ferdinandi regnaturi signa manifesta fuere. Ex Isabellæ vero parte fœliciq; sydere causæ duę p̄cipuæ euidētissimæq; visæ sunt. Regis scilicet Henrrici mollicies naturęq; defectus, quo sine liberis obiit, & Alphōsi fratris mors immatura. Qui, vt ante diximus, annū agens decimū quartum sublatus est. Satis igit̄ his argumentis & rationibus constat à Deo Optimo Maximo prīcipes Catholicos electos & quasi præseruatos fuisse, qui labentibus & iam casuris Hispaniæ rebus subuenirent. Qui Christianę religionis hostibus obsisterēt. Qui bonos defenderent atq; iuuarent, & in malos animaduerterent. Qui Granatæ regnum annos circiter octingentos ab improbis Mahometi nefandissimum nomen celebrantibus occupatum recuperarent.

DE STATVRA CORPORIS FERDINANDI REGIS ET ALIIS MEMBRIS.

ERat Rex Ferdinandus statura corporis mediocri & omnibus mēbris apte pulchrēq; cōpositis, colore cādido, aspectu iucūdo, facie splendida, capillo sufflauo planoq;, frōte serena, sed calua vsq; ad verticē & mediū caput, supcilijs nigris & aptis, oculis claris & subridentibus, naso nō adūco, nō simo, nō lōgo, nō breui, neq; lato: sed alias capitis partes adornāti. Malis roseis, ore paruo, labijs sanguineis & corallo similibus, dētibus albis, raris & exiguis, mēto venerabili, ceruice nec lōga nec breui nec plena nec tenui, voce acuta, lingua expedita, sermone placido, ingenio claro, animo benigno, iudicio graui, cōsilio prudēti, moribꝰ facillimis, incessu & omni corporis motu modesto & vere Regio. Decorū nāq; seruabat omnibꝰ in rebus atq; factis dictisq;. In cuiꝰ vultu dignitas erat mirabilis. Nūq; tñ iratꝰ, nunq; tristis erat. In cibo tēperātia & in potu maxima sobrietas. Quippe q nō multis epulis vescebat, & bis prādēs biscq; cœnās potare cōsueuit. Qui nec prādebat nec cœnabat vnq;, nisi priꝰ aliqs Pōtifex aut aliꝰ sacerdos mēsam & ea q̄ sibi apponebant benedixisset, & ī fine Deo gratias egisset. Nec comedit vnq; ne ī itinere qdē, quin rē diuinā prius audiuisset. Erat p̄terea omnibus in rebus mūdiciæ maxime studiosus. Vestibꝰ vtebat honestis. Interdū & p̄cipue nefastis & solēnibus diebus aureū torquē margaritis & aliis gēmis ornatū gestabat. Equis gaudebat & phaleratis et leuis armaturæ. Quos, vt alio loco diximꝰ, à puericia ascēdere & agitare didicit. Hastaq; ludos & Troianū certamē exercuit. In qbus fortissimos equites, quibus cū cōgrediebat & cōfligebat superauit. Erat em̄ artis equitādi iaculandiq; peritissimus. In p̄lijs & omnibꝰ negocijs laboris patiēs. Iustitiæ fautor & exactor. Erga miserabiles & afflictos pius, humanus, & clemēs. Vxoribus & liberis facilis & indulgēs. Viros p̄bos & sapiētes mirū in modū diligebat colebatq;. Quorū cōsilijs libēter vtebat. Equites omnes & p̄cipue suæ domus amabat. Cū omnibꝰ humanus & affabilis erat. Pila lusit & calculis, & postremo tempore lusit etiā cartis. Delectatus est venationibus, & volatilium libentius vtebatur, q̄ feratum.

DE REGINAE ISABELLAE MORIBVS ET RELIGIONE.

SVperest vt de Reginæ quoq; virtutibus aliquid dicamus. Itaq; de statura corporis, de forma, de mēbrorū pulchra cōpositione omnia, quæ in Rege fuisse diximꝰ, in Regina paria

UVA. BHSC. LyR_186

fuere. Quātum enim in Rege dignitatis, tātum fuit in Regina venuſtatis, & in vtroq; maieſtas venerabilis. Tametſi multorum iudicio forma Regina pulchrior, ingenio acutior, animo ſplē-didior, et decoro grauior habebaꝫ. Erat enim laudis fameq; virtutis auidior. Fuit abſtemia, q̄ vinū nō modo nō bibit vnq;, ſed ne guſtauit quidē. Quapropter aqua laxanti ſtomachū plę rumq; ciborū plus capiebat. Regē vehemēter amabat, adeo vt zelotypia ſolicita ac vigilans, ſi quas parari ſibi pellices ſentiebat, á ſua domo curiaq; prudētiſſime ſubmouebat. Quę multas apud ſe matronas habebat virtute & gñere nobiles. Quas humane tractabat & liberaliter. Cō plures procerū filias magnis ſumptibus educabat, & cuſtodiri diligēter iubebat, adultaſq; magnis dotibus honorifice collocabat, eas p̄ſertim q̄ caſte pudiceq; vixiſſent. Hiſpano ſermone loquebaꝫ grauiter & ornate. Latinos oratores & ſermones libēti⁹ audiebat, q̄ alios, q̄uis Latini ſermonis ignara. Delectabaꝫ enim ſuauitate linguæ Latinæ bene proferētis. Quā ob rem ſcientiæ cupidiſſima, bellis in Hiſpania iam confectis, & ſi multis magniſq; negociis occupata Grāmaticæ tamen lectionibus operā dedit. In quibus per vnius anni ſpaciū tantū profecit, vt non ſolū Latinos oratores intelligere, ſed etiā libros interpretari facile poterat. In rebus ad diuinū cultū ſpectantibus dubiū ſit diligētior ne fuerit, an liberalior. Eligebat enim ſacerdotes, quorū magnū numerū habebat, ſacrarū rerū & celebrādi peritiſſimos. Itē cantores & pueros q̄ ei ſeruiebāt in ſacello. Quibus p̄ceptores conducebat doctiſſimos, & beneficia conferebat. Aduleſcentes etiā nobiliū filios, quibus vtebaꝫ in menſa, moribus & lr̄is erudiri iubebat, ne ocioſi ſeſe ludis & aliis vitiis inquinarent. In maioribus autem conferendis ſacerdotiis & pontificatibus non tam perſonarum nobilitatis & eruditionis, q̄ virtutis & honeſtatis rationem habebat. Ideoq; nonnulli, quibus erat ſermo rarus & coma ſupercilio breuior, fortaſſe vitam agere meliorem & grauius incedere terram intuentes cœpere, virtutem ſimulantes potius, q̄ exercentes. Sumptus vero, quibus altaris ornamenta cæteraſq; res ad honorem Dei pertinentes emebat, æſtimare difficile eſt. Siquidem operæprecium erat aurea ſericaq; periſtromata videre in eius ſacelli parietibus expoſita. Altare purpureis & aureis ornamentis, margaritis & vaAppar. et ornamenta Regij ſacelli. riis gemmarum coloribus effulgens, multis hinc inde ſanctorum ſimulachris argenteis & aureis expoſitis. Pauimentum pictis ſtratoriis & ſerico ſtratum, ſuperpoſitis argenteis cādelabris maximi ponderis excultum, magniſ q̄cereis ardentibus illuſtre. Veſtimenta præterea, quibus amicti ſacerdotes rem diuinam celebrabant, ſerica, purpurea, argentea, & aurea multis contexta margaritis & gemmis. Mitras etiam Pontificales aureas caliceſq; gemmatos immenſo preOrdo ſedēdi cio comparabat. Sedes inſuper in ſacello ſuperiores & inferiora ſedilia diſponi & ordinē hūc ſeruari iuſſit. Vt ſcilicet ex altera parte primus Cardinalibus locus daretur, ſecundus Archiepiſcopis, tertius oratoribus, quartus Epiſcopis, & deinceps gradatim reliquis ſacerdotib⁹. Ita tamen vt antiquiores nouiciis anteponerentur. In altera vero parte ſederēt Comeſtabiles, Almirantes, Duces, Marchiones, Comites: & item gradatim cæteri nobiles & generoſi. Erat enim mulier admodum prouida, quæ diuinarum rerum maxima cultrix humanas diligentiſſime gubernabat, tantoq; Chriſtianæ religionis & diuini cultus amore ſtudioq; flagrabat, vt q̄uis plurimis & maximis multorum regnorum curis & negociis die noctuq; premebatur, cōtemplatiuam tamen magis agere vitam q̄ actiuam videbatur. Semper enim ſacris rebus & diuinis officiis aderat. In quibus ſi quis forte ſacerdotum ſuorum, qui ſibi rē diuinam celebrabant, aut horas canonicas & pſalmos canebant, erraſſet in ſyllaba perſentiebat, & tanq; magiſtra diſcipulum admonebat. Quæ præter multas extraordinarias & votiuas orationes, horarium quoq; ſacerdotum more quotidie perſoluebat. Homines á grauitate, á modeſtia, á taciturnitate, á conſtantia probabat. Leues autem, loquaces, importunos & mutabiles moleſtiſſime ferebat. Mendaces præterea, vanos, paraſitos, coniectores, ſortilegos, præſtigiatores, chiromanticos, augures, ſchœnobates. petauriſtas, & alios omnes circulatores & fallaces homines nec audire voluit vnq; nec videre.

DE IVSTICIA PER EOS RESTITVTA.

UVA. BHSC. IyR_186

QVemadmodū Catholici principes Hiſpaniæ populis amiſſam iuſticiā reſtituere multis exemplis alio loco demonſtrauimus. Cuius imaginē talem referebat, qualē veteres olim de pingere conſueuere. Effigie virginis, Aſpectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorū atrocibus, neq; humilis neq; aſpere, ſed verecundę cuiuſdā triſticiæ dignitate. Exquo intelligi voluerūt, eos, qui iuſticię preſſent, oportere eſſe graues, ſanctos, ſeueros, incorruptos, inadulabiles, aduerſus improbos & deliquētes inmiſericordes inexorabiles, erectos, arduos, potentes, vi & maieſtate æquitatis, veritatis q; terrificos. Iuſticiā itaq;, cuius, vt ait Tulli⁹, ſplēdor ē maxim⁹, Rex & Regina cæteraſq; virtutes omnes & diuinas humanaſq; leges excolētes Catholici principes appellari meruere. Maxima nāq; res eſt ſanctiſſimaq; iuſticia. Qua quidē vna virtutes omnes cōtinent, & hominū ſocietas cōtūctioq; cōſeruat. Cuius Comites, vt alio loco diximus, ſunt liberalitas, religio, pietas, gratitudo, ſanctitas, obediētia, fides, æquitas, bonitas, veritas, & legū mandatorūq; obſeruatio. Sine cuius miniſtris omnia nimirum cladibus acerbiſſimis redundarēt, & nefaria malorū rabies & crudeles flagicioſorū cōiurationes in optimos quoſq; cōtēptis humanis diuiniſq; legibus ruerēt. Quo circa, qui recte ſanctęq; iuſticię munus exercent, quemadmodū Catholici principes fecere, quiquidē pauci ſunt, & honoribus magnis & ſui nominis æternitate meo quidem iudicio digni ſunt.

Imago iuſticiæ.

Tullius.

DE CATHOLICORVM PRINCIPVM. munificentia & liberalitate.

QVæ de Ferdinādi Regis & Iſabellæ Reginæ munificētia dixero, etſi multos rationis expertes rerūq; inſcios & iniquos alienæ virtutis & laudis æſtimatores inficias ituros ſpicio, q meā hanc ſententiā tanq; paradoxā & rē incredibilē calūniis ſuis & pfidia rationi cōtraria retractabūt, id tñ ego dicā de illoꝝ liberalitate, quod non Gnathonici, ſed quod Socratici ſentiūt & ipſe ſine vlla adulatione vere poſſum dicere. Reges ſcilicet & mortales omnes, qui fuerūt hactenus à Catholicis principib⁹ omni genere virtutis & præcipue liberalitatis officio fuiſſe ſuperatos. Quod ſi qbus vel ingratis vel inuidis ambitioſi⁹ & fide maius a me dictū forte videbit, hac vna potiſſimū & pbabili ratione cōſtare poterit. Quia cęteroꝝ Regū, q liberales fuiſſe pdicant, opera munificētię q̄uis multa magnaq;, ſi cū Catholicoꝝ principū liberalitate conferant, nimirū & magnitudine minora reperiētur, & numero pauciora. Act⁹ ſiquidē nouos atq; multiplices munificētiæ Catholicorū principū nec connumerari, nec ponderari, qdē poſſunt, nec æſtimari. Veniāt igit, ſi placet, veniāt omnes, q ab hac opinione mea diſſentiunt, ac ſi velint etiā ratiocinatores & arithmeticos cū pugillaribus & calculis arceſſant. Quorum nemo quidē Regū Catholicorū liberalitatis opera magnifica cōputabit, nemo beneficiorum numeros millenarios multiplicabit, nemo deniq; q̄tidianorū munerum legiones dinumerabit. Quis em̄ cōprehēdere poterit innumerabilia maximaq; ſtipēdia liberaliſſime pſoluta? Quis colligere pecunias egētibus erogatas? Quis dotes virginib⁹ collocādis enumeratas? Quis ampliſſima munera multis oratoribus animoſiſſime collata? Quis plurima & vere regia donatiua domeſticis eqtibus & familiarib⁹ diſtributa? Quis donaria pciosa tēplis oblata? Sed ad maiora atq; mirabiliora cōſcendam⁹. Nā q̄ dixim⁹ hactenus quota qdē pars videbit, ſi magnos ſumptus, qbus annos ferē quadraginta domeſtica & externa bella geſſerunt, memineri mus. Si maiores impēſas, qbus magnas claſſes ad Canarias & Indicas inſulas miſerūt, cōſiderauerimus. Si pecunias, quibus multas eccleſias magnaq; monaſteria cōdiderūt, & redditibus donauere numerare poſſemus. Si quot & quāta patrimonia, quot cēſus, q̄s Hiſpano ſermone Iuros appellam⁹, de ſe bñmeritis tribuerūt, ſi quot Duces, quot Marchiones, q̄t Comites, q̄t eqtes creauerūt, memoria repetere vellemus. Quoniā igit Catholicorū principū liberalitatis opera multifariā, vt ſupra diximus, p̄ multitudine atq; magnitudine cōprehendi minime poſſunt, aliis omiſſis, illud vnū, de quo alio loco ſcripſimus, quatenus eſt opus munificētiæ memorabile, ſummatim repetemus. Anno enim à natali Chriſtiano ſupra mille & quadringentos ſeptuageſimo ſexto Catholici principes & ſi difficillimum contra Portugalliæ Regem bellū ge

UVA. BHSC. IyR_186

rebant, cum tamen magnas Turcarum copias Odruntum oppidū expugnasse cognouissent septuaginta naues armatorum militum plenas & commeatus Ferdinando Neapolitanorū Regi, cuius erat oppidum, quod Theucri captum tenebant, suis expensis auxilio miserunt, & propulsatis hostibus oppidum restituere. Cæterum fuerunt Rex Ferdinandus & Isabella Regina cunctis ferè virtutibus pares, & Regina liberalitatis operibus animosissima. Quæ quidē dādis muneribus & pecuniis numeratis cōstitutisq; p̄miis vtriusq; cōferendis arbitrio multū semp addebat, & seperatim largiebat. Cuius liberalitatē & animi magnitudinē cum alii p̄multi magnates Hispaniæ, tum vero duo principes externi perspexerūt. Ioannes scilicet Rex Nauarræ, & Prosperus Columna Romanæ vrbis vir primarius. Quorū alter cum ad eā Hispalim venisset, alter Methymnā cognomento Cāpum, muneribus amplissimis vterq; donatus ab ea discessit. De Regis quoq; munificentia multa separatim cōmemorare possem, quæ omnia præter mitto, duntaxat vno cōtentus exēplo, quo Cęsaraugustæ fuit vsus. Vbi Sanctę Engratię monasterio solidorū milia ducēta numerauit, & milia decē quotannis in perpetuū donauit. Erant enim Catholici principes non solū liberales & animosi, sed etiā prudentes religiosi & circumspecti i deligendis locis & personis, quib⁹ tribuendū erat. Nam etsi liberalitas virtus est animi generosi atq; magnifici, qua diuites & magnanimi principes in pecuniis distribuendis, & aliis siue fortunæ siue naturę bonis hominum gratiam demerentur, & Deū, qui bona omnia largitur, imitantur, multas tamen habet cautiones multasq; circūstantias. Quas omnes, qui liberales esse volūt, circūspicere diligentissime debēt. Ne vel imprudētes & iniusti, vel sine ratione liberales esse videant. Non est em̄ beneficiū, quod in quēpiā sine ratione cōfert. Quapropter illi quidē liberales appellari merito debēt & magna laude digni sunt, q beneficia cōferētes prudenter cauteq; largiunt. Alii aūt vituperādi magnoq; odio digni, q vel ambitione liberales videri volunt, vel in eos beneficia collocare studēt, à quibus sperāt se consequuturos q̄ concupiscunt. Quoq; munera largitionis quidem sunt, nō liberalitatis. Sunt enim similes hamo piscantiū, q pisces esca decipiūt. Quod illi præcipue faciūt, q cōditione sua nō contenti res alienas & magnos dominatus affectāt. Sunt & hominū liberaliū genera multa. Alii nanq; auferre solent ab aliis, quod in alios conferūt, alii plus q̄ sua patit̄ facultas imprudenter p̄fundunt. Dant alii nō vt prosint accipientibus, sed vt noceāt, multi non merentibus & indignis, nōnulli nō egētibus, sed diuitibus & ingratis. Plæriq; non sapientibus & studiosis, sed auidi laudis & popularis applausus stultis & ineptis parasitis, quorum prauis assentationibus maxime delectantur, largissime distribuunt, vt de se benedicant falsoq; loquantur. Qui quidem se stultos esse non simularent, si non essent homines insipientes, qui de se omnia facile credunt, & adulationem mentientium suarum laudum testimonium esse putant. Cum quib⁹ & alii complures accusandi sunt, & infames haberi merito debēt. Qui sub specie liberalitatis in voluptatibus Venereis in frequentibus conuiuiis, in ludis & vanis spectaculorū pōpis non modo res suas familiares, & ampliss̄ima patrimonia stulte consumūt, verūetiam clarum nomen & bonā famam, qua nihil est homini precios̄ius, turpiter deformāt & obscurāt. Quare Ferdinandi Regis & Isabellæ Reginę liberalitas laudabilior virtusq; clarior est & gloria maior. Qui nō falsis assentatoribus vt auidi laudis & ambitiosi, non diuitibus, vt alienarum rerum cupidi, non ingratis, vt imprudentes & inconsulti, non cōuiuiis & voluptatibus, vt intemperantes & prodigi, non deniq; ludis & spectaculis, vt pueriles & populares: sed miseris, inopibus, studiosis & benemerentibus mercedes & munera recte sancteq; tribuerunt, vt prouidi principes & saluberrimi. Qui propterea cunctis, qui liberales fuere, præferendi mihi iure videntur, quia & promerentibus beneficia conferebant, & largiendo iudicio vero semper & honesta beniuolentia, probabilibus munificentiæ fontibus vtebantur. Non laudem, non obsequium, non mortalem gratiā & hominum remunerationem sperantes, sed euangelicam doctrinam sequentes ea quæ gratis acceperant, gratis benemeritis & iuste petentibus liberali manu erogabāt. Neq; sicuti plæriq; faciūt, opes & fortunæ bona custodientes amittebant, sed bene distribuendo cōseruabant. Quibus

Ioanes Rex Nauarræ.

Prosperus Columna.

Comparatio.

Multa liberalium genera.

UVA. BHSC. IyR_186

profecto in huiusmodi genere virtutis & opere liberalitatis comites ex viris illustribus, quos antiquitas celebrauit, valde paucos, & ex fœminis vnam duntaxat inuenio regionis Apuliæ. Quam alii Busam, alii Baulam nominarunt. Quæ cum esset genere nobilis & admodum diues, Romanorum ciuiū ferè decem milibus ex prælio Cānensi elapsis & à Canusianis intra sua mœnia receptis alimenta, vestes, & viaticum largissime præbuit. Eodem tempore Fabius Maximus etiam suæ liberalitatis testimonium reliquit memorabile. Qui cum ciues Romanos captiuos ab Hannibale Carthaginēsium Duce recepisset, ei pecuniam daturus, & senatus soluere noluisset, filium Romam misit, qui fundum, quem vnicum possidebat, vēdidit, & precium eius Hannibali numerauit. Quintus quoq; Flaminius se quidem munificētia sua maxime laudabilem præstitit. Qui Philippo Macedoniæ Rege bello superato cum ad victoriæ suæ spectaculum Græcia ferè tota cōuenisset, facto signo tubæ silentio, hæc à præcone verba recitari iussit. Senatus populusq; Romanus & Quintus Flaminius Imperator omnes Græciæ vrbes, quę sub ditione Philippi Regis fuerunt, liberas atq; immunes esse iubet. Duos inuenio præterea liberalitatis comites à scriptoribus antiquis honorifice cōmemoratos. Hieronem Siracusanum & Agrigentinum Gilliam. Quorum alter audita clade, quam Romani apud Trasimenum lacum passi fuerant, tritici modiorum milia trecenta, ducenta hordei, auriq; ducēta & quadraginta pondo Romæ dono misit. Alter & diuitiis excellens & animo semper in conferendis magis pecuniis, q̄ accumulandis erat occupatus. Cuius domus non Gilliæ quidem, sed officina munificentiæ vocabatur. Qui, vt alia eius opera liberalitatis omittam, equites Gelensium quingentos vi tempestatis in suas possessiones compulsos aluit omnes atq; vestiuit. Magna nimirū fuit horum, quos memorauimus, liberalitas, sed si ad calculum venerimus nihil prorsus ad Catholicorum principum munificentiam. Quæ quidem est non cum parua mortalium liberalitate conferēda, sed potius Dei Optimi Maximi benignitati merito comparanda. Qui quidē p̄ter ea munera q̄ supra scripsimus, plura oppida, plura p̄dia, plures pagos, plures fundos, plures agroꝝ possessiones, q̄ cæteri liberales & principes omnes tribuerunt. Qui deniq; multis, qui nihil penitus habebant, pro laborum suorum p̄mio census & opes magnas contulerūt. Atq; aliis magnatib⁹, q maximas diuitias & amplissima patrimonia possidebāt, ampliarunt.

Busa mulier diues & liberalis.

Fabius Maximus.

Quintus Flaminius.

Præconium.

Hiero Siracusanus.

Gillianus Agrigētin⁹.

DE CATHOLICORVM PRINCIPVM humanitate & clementia.

HVmanitatis atq; clementiæ, quarum altera charitas est erga p̄ximos, & altera iniuriæ rēmissio, in Catholicis principibus exempla multa magnaq; perspecta fuere. De quibus ne plura commemorem, nobis illud vnum eorum eximiæ pietatis indicio vel maximo fuit. Quod scilicet illorum mortem, qui in p̄lio occubuissent, vel alio miserabili casu cecidissent, non solum magno dolore miserabantur, verū etiam tanq̄ parentes multis lachrymis atq; gemitibus defleuerunt. Ideoq; suorum militum saluti consulentes, hostes obsidione magis & fame, q̄ p̄liis & oppugnatione sæpe vicerunt. Qui p̄terea me ipso p̄sente numerosas Gallorum Regis copias ab oppugnatione arcis oppidi, quod Salsas appellant, metu coactas discedentes cum armis persequi manuq; capere possent, quia tamen nō sine magna illorum strage fieri posse videbant, abire permiserunt, suis equitibus, qui hostes ferire iam cœperant, inuitis, & vix ab honore victorię spoliorumq; cupiditate retractis. Magnū & hoc etiam fuit humanitatis exēplum. Quoties enim vir vel Hispanię primarius, vel aliquis ex Christianis principib⁹ è vita migrasset, ad eius hæredes & p̄pinquos statim sapiētes viros & religiosos cōsolandi gratia mittebāt, lugēteſq; nigras vestes doloris sui et humanitatis testes induebant. Ferdinādi vero non humanissimi solum, sed etiam Christianissimi Regis argumentū memorabile nō præteribo silētio. Qui quidē quotānis die Iouis ante pasca resurrectionis more & exēplo Christi, (q suis discipulis, vt hominibus humanitatis exēplum p̄beret, pedes lauit, & Petro q̄uis recusanti) duodecim pauperib⁹ accitis pedes lauare cōsueuit. Quos deinde lotos, cœnatos nouis

UVA. BHSC. IyR_186

veſtibus indutos & ſingulos ſingulis aureis donatos dimittebat. Vtriuſq; autē clæmēntia cū in aliis multis, tū vero erga eos cognoſci maxime potuit, quibus accuſatione ceſſante facile parcebāt. Et alios multos, quibus ſine vllius querela leges vltimam pœnam ſtatuebāt, ad remum libentius atq; metalla, q̄ ad mortem deſtinabāt.

DE FORTITVDINE ET PATIENTIA EORVM.

TRia ſaluberrima documenta, vel potius ampliſſima tria patrimonia & precioſiſſima munera Rex Ferdinandus & Iſabella Regina ſuis hęredibus teſtamento mādauerūt. Quæ ſimul cum regnorū ſuorū gubernatione ſuſciperent, & diligenter obſeruarent. Primū ſcilicet ſpeculum clariſſimum fortitudinis, in quo ſe frequenter intuerent, ſeq; cognoſcerent. Secundum lucidiſſimum patientiæ fontem, vnde ſitiētes liquores haurirent ſalutiferos ſitimq; ſedarent. Tertiū pulcherrimum moderationis exemplar, quod nō ſolum ſucceſſores eorū, ſed etiā mortales omnes & præcipue magni principes imitarentur. Hæc itaq; dona nepotibus & reliquis ſucceſſoribus immortalia ſuarum virtutū monumenta reliquerunt, omnibus vtriuſq; fortunæ caſibus admirabili patientia, ſummaq; modeſtia reſiſtentes. Qui nec proſperis rebus & victoriis, quas & multas & triumphales adepti fuere, lætātes efferebātur, nec aduerſis & turbulentiſſimis tempeſtatib⁹ vnq̄ ceſſerunt. Sed omnia, quæ ſibi vel proſpera vel aduerſa contigiſſent, animo magno vultuq; læto atq; ſereno ſemper excipiebāt, nullū prorſus aut elati aut perturbati animi ſignum pręſe ferentes. A primis ſiquidē annis ætatis ſuæ periculis a deūdis & tolerandis laboribus aſſueti, multaſq; rerum varietates & tēporum mutationes experti, Deo ſemper Optimo Maximo gratias agentes, omneis inimicorum inſidias & iniquitates atq; fortunæ flatus & reflatus temperātia & fortitudine ſingulari ſuſtinebāt. Iinanq; fuerunt Catholici principes, qui cum aliis virtutibus, tum vero fortitudine, conſtantia & patientia mortales omnes lōge ſuperauerint. Propterea q̄ omni genere virtutis armati & ſpiritu diuinitatis afflati cœleſtiq; gratia repleti nihil non honeſtum, nihil non decorum faciebāt. Caſus omnes aduerſos qui mortalibus accidere ſolent, & neq; humana prudentia neq; ratione vlla vitari poſſunt, incredibili fortitudine miraq; patientia perferētes. Quorum maximā atq; diuinā ſapientiā cum in aliis multis aduerſitatibus & laboribus, quos indigne plærumq; patiebātur, tum in obitu liberorum non ſine magna admiratione cognouimus. Nam etſi Ioannē vnicum filium, qui ſi vixiſſet vniuerſo terrarum orbi dominaturus videbat, & Iſabellā filiā Portugallię Reginā brevi ſpacio temporis amiſerunt, fortiſſimo tamen animo ſummo dolori reſtiterunt. Qui nimirum duobus filiis, duobus generis, duobus nepotibus amiſſis exemplo magno patientiæ nobis eſſe voluerunt. Qui præterea non minori fortitudine patientiaq; corporis dolores, q̄ animi paſſiones ſuſtulerunt. Siquidem Rex Ferdinādus cum Barcinonæ in ceruice grauiſſimum vulnus accepiſſet, non modo non turbatus eſt animo, ſed nec quidem gemuit, immo animo præſenti ſubſtitit, & recentem dolorem ſupprimens percuſſorem ſeruari iuſſit incolumē. Quę quidem res quoniam pertinet ad hiſtoriam breuiter explicabitur. Barcinonæ ſiquidē cū Rex & Regina cōmorarentur & conuētus agerent, homo quidā nomine Ioannes Cagnamati⁹ ex oppido Cagnamatio, quod à Barcinone paſſuū milia circiter quindecī diſtat, imaginat⁹, vt eſt humana fragilitas, ſe Regem futurū, ſi Regem occidiſſet, & inani cogitatione falſaq; deceptus, Barcinonē veniens accinctus ferro, cuius aciē ſæpe cotibus acuerat, locū non vt inſanus, ſed vt prudens elegit idoneum, & tempus obſeruās ad Regem e domo, vbi cū ſuis cōſiliariis & Barcinonę ciuibus de negociis & rebus agendis conſultauerat, egreſſum diſſimulāter acceſſit, cui repente vulnus intulit crudeliſſimum. Quem iuſſu Regis, vt paulo ante diximus, à multitudinis impetu defenſum, multiſq; tormentis affectum, vt ſi cuiuſpiā ſubornatione tale facinus auſus fuiſſet, proderet, nihil confitentem cum iuſticia membratim viuumq; forcipibus igne cādentibus diuidendum cenſuiſſet, Regina propter animæ periculum ſtrāgulari prius, deinde iā exanimem diuidi iuſſit. Quę & ipſa quoq; corporis dolores animoſiſſime pertulit ſemper, nō

Ferdinādus Rex uulneratus.

UVA. BHSC. IyR_186

ſolum aduerſæ valetudinis, ſed etiã partus. In quibus nec queſta quidẽ fuit vnq̃, ſed admirabili fortitudine,, vt ab eius matronis cubicularijs accepi, dolorem vocemq̃ ſupprimebat.

DE STVDIO ET AMORE SVORVM ERGA eos & ſua in alios benignitate.

QVibus, vt honeſte cuncta ſancteq̃ præcipiebant, ſic & omnes regnorum ſuorum proceres omneſq̃ populi libenter obſequebantur, & fideliter ſeruiebant. Cũ præſertim, bella gerebant. In quibus illis ſeſe vltro offerebant, bona ſua omnia & labores gratuitos pollicentes. Quorũ plæriq̃, qui viribus plurimum poterant & opibus abundabant, nõ ſolum labores & pecunias, ſed etiã ſanguinem ſuũ profundebant. Ex quibus nonnulli fortiſſime præliantes vitã amiſerunt. Quos, vt eorũ virtus & memoria conſeruetur, alio loco nominauim⁹. Qui cum regiæ dignitatis cauſa, tũ vero Chriſtianę religionis honore flagrantes mortẽ præſertim honeſtã & glorioſam ſubire minime recuſabant. Quib⁹ Rex & Regina gratiſſimi principes & viuentibus & mortuis honoribus & ſacrificiis officiũ debitum pręſtiterunt. Et in eorum pręterea liberos & vxores magna munera contulere. Eſt enim gens Hiſpanię omnis bellicoſiſſima & ſuis principibus, qui iuſticiã tuentur & fouent, fideliſſima. Cuius nobilitas & cuiuſcunq̃ generis homines alias omnes gentes officio rei militaris & aliis virtutibus longe prę cedunt. Quare tametſi Catholici principes, vt ſæpe dixim⁹, labores magnos & aduerſa multa pertulerunt, fortiſſimis tamen ſuæ nationis hominibus proſperi ſatis fortunatiq̃ fuerunt. Qui fideliſſimo atq̃ tutiſſimo ſapiẽtiſſimorũ Pontificum fortiſſimorũq̃ Ducum, Marchionũ, Comitũ, equitũ, militũq̃ cõtubernio p̃ſidio & obſequio maxime cõqueſcebãt. Quorum viribus & in gentis q̃ plurimos & potentiſſimos hoſtes vicerunt, & principatus ſuos omnes abſentes præſenteſq̃ tranquilliſſime gubernabant. Nam cũ duo ſint hominum genera, quibus magni principes indigent, quorum altero bellicis in rebus & officio rei militaris, altero in capiendis conſiliis & agẽdis negociis vtũtur, magnum numerũ Catholici principes vtriuſq̃ generis habuerunt. Apud quos duces exercit⁹ excellentiſſimos, ſapientiſſimos Cardinales & alios Pontifices, pręſides & gubernatores, regiæ domus præfectos maiores minoreſq̃, maximos cancellarios & procancellarios prudentiſſimos, vtriuſq̃ iuris & ſacrę theologię conſultos doctiſſimos, cubicularios obſeruantiſſimos, fideliſſimos conſiliarios, patrimonii regii pręfectos, & theſaurarios vigilãtiſſimos, diligentiſſimos ſecretarios cognouim⁹. Multas præterea fœminas generoſas & illuſtres Reginę maxime cultrices, multas puellas & nobilium liberos vtriq̃ ſeruientes. Quibus regia domus exculta, multos honores magnaq̃ munera quotidie conferebat. Quapropter Catholicis principib⁹ omnes q̃ libentiſſime diligentiſſimeq̃ ſeruiebant. Qui de ſe multos benemerentes etiã infimi generis homines ad honores magnos & altiſſimos dignitatis gradus euexerunt.

DE REGNIS PER CATHOLICOS PRINCIPES recuperatis & aliis acquiſitis.

MAtrimonio coniuncti Catholici principes regna ſua recognoſcentes, omnia quę ſui iuris erant & ab aliis iniuſte poſſidebãtur, legibus & armis recuperare cœperunt. Et in primis Caſtellæ regnũ, cuius bonam partẽ Portugallię Rex Alphonſus, vt alio loco diximus, occupauerat, poſt multa prælia geſta deuictis tandem ac depulſis portugalliæ copiis ditioni ſuæ reſtituere. Subinde Granatenſe Mauris perdomitis & in deditionem receptis. Recuperato aũt Granatę regno principatum Ruſſinonis & Ceretanię repetiuere. Q̃d Rex Gallor̃ Carolus, qui principatũ illum pro pecunia, quam Ludouicus pater eius Ioãni Aragonũ Regi Ferdinandi patri mutuauerat, multos annos obtinuerat, liberaliſſime reſtituit, ſinevlla pecuniarum repetitione. Quarum ſumma erat ad numerũ trecentorum milium aureorũm, quos Galli coronas appellant. Deinde paruo interiecto tẽpore Neapolitanũ regnũ a Gallis occupa

Liberalitas Caroli Francorũ Regis,

UVA. BHSC. IyR_186

tum bis in ſuam poteſtatem & imperium redegere, ſæpe Gallorum copiis profligatis. Poſtea Nauarræ, quod quidam multos annos iniuſte poſſidebant, De cuius regni cōditione & de cauſis quibus ad Reges Catholicos pertinebat, alibi ſcripſimus. Quare iure quidem repetitum ac recuperatum fuiſſe probari facile poteſt, non autem, vt nonnulli falſo putauerunt, ereptum. Cuius rei cauſam & rationem ſi quis ſcire voluerit, inueniet in linea & ſucceſſione Regum Aragonum, in Rege Ramiro ſecundo. Præterea Catholici principes in Hiſpania nōnullas ciuitates & oppida multa ſibi vendicarunt. Quæ nimia preteritorum Regum negligentia fuerāt occupata. Per legatos etiam & exercitus ſuos in Atlantico mari Canarias & Indicas apud Antipodas gentes domuere. & ad cultum Chriſtianę religionis adduxerunt. In Affrica quoq; Melillam, Oranum, Tabracam, quam Buxiam vocant, & Tripolim ſubegerunt. Qui ſi vitam longiorē produxiſſent, & aliorum principum, qui ſemper eos res magnas & ſanctas molientes impedire conabantur, inuidia caruiſſent, non equidem dubito quin Affrica tota magnaq; pars Aſiæ iam nunc Hiſpano parerent imperio. Quod quidem nepotes & alii ſucceſſores, qui non modo regnorum, ſed etiam eorum virtutum ſunt hæredes, & Chriſti nomen cultumq; rebus omnibus anteponunt, adiuuante Deo facturos ſperamus atq; proſpicimus. Hoc enim Carolus & Ferdinandus fratres excellentiſſimi principes promittere videntur. Quorum alter auum Maximilianum, alter Ferdinandum, & vterq; Philippum patrem nobis repræſentant.

DE ISABELLAE REGINAE MORTE.

ISabella regina multis magniſq; negotiis & cōtinuis iā defatigata laboribꝰ ī oppido, quod Methymna cognomento Cāpo dicitur, in aduerſam incidit valetudinē. Qua cū dies prope quinquaginta conflixit. Quibus diebus cum omnes ſuæ domus equites, ſacerdotes & totius Hiſpaniæ populi per omnes eccleſias ſacrificiis, orationibus, ieiuniis, & lachrymis pro eiꝰ ſalute profuſis Deum Optimum Maximum deprecarentur, illa tamen prudentiſſima mulier cum diem vitæ ſuæ vltimum appropinquare ſenſiſſet, omnes admonuit ne quis vltra Deū precibus fatigaret, & eccleſię ſacramenta deuotiſſime recepit. Cuius tanta fuit honeſtatis & pudicitię cura, vt etiā cum extremam reciperet vnctionem, & iam animam ageret, nudum pedem ſio vngendum præbuit, vt nemini, ne familiariſſimæ quidem mulieri tangendum permiſerit. Teſtamentum autem prudentiſſime condidit, & regnorum ſuorum curam & adminiſtrationem Ferdinando Regi commendauit hac conditione, ne iura cenſuſq; regnorum ſuorum alienarentur vllo modo. Obiit autem Hiſpaniarum maximum decus in oppido Methymna Cāpi, die vigeſimoſexto Nouembris, anno. M. DIIII. Quo quidem die omnis Hiſpanię fœlicitas, omne decus, omnium virtutum pulcherrimū ſpecimen interiit. Cuius corpus habitu Sancti Franciſci reconditum animam Deo reddidit, & magno ſacerdotum & equitum numero Granatam delatum ſepelitur in loco ſatis humili, & vt teſtamento mandauerat, reiectis omnibus pompis. Orbata itaq; Hiſpania clariſſimo lumine non ſine cauſa timere cœpit, magnuſq; terror omnium bonorum mentes inuaſit. Qui ne ſeditiones & bella, quæ viuente Regina fuerāt oppreſſa & extincta renaſcerentur, formidabant. Cæterum Rex prudentiſſimus Ferdinandus poſt obitum Reginæ multis profuſus lachrymis, multis conuocatis equitibus Reginæ peractis exequiis Ioannam filiam Caſtellæ, Legionis & Granatæ cæterorūq; regnorum Reginam nominauit, & ab omnibus iureiurando ex conſuetudine regni vocari iuſſit. Erat autē Ioanna filia ſub idē tempus cū Philippo marito Maximiliani Imperatoris filio in Flandriæ comitatu. Ferdinandus autem interea ex Reginę teſtamento atq; rogatu regnorum omnium curam gubernationemq; ſuſcepit, omnibus Hiſpanis conſentientibus. Et poſt annum à morte Iſabellæ Reginæ Germanam duxit vxorem Gallorum Regis conſanguineam. Qui ſumma diligētia ſummaq; iuſticia in ſancta pace & optata tranquillaq; quiete regna omnia conſeruauit. Cuius gubernatio fuit circiter biennium. Nam deinde cum veniſſet Philippus gener eius & Ioanna filia Idibus Aprilis anni quingenteſimi ſexti renunciata cura & gubernatione regnorum Caſtellæ, Le

UVA. BHSC. IyR_186

gionis, & Granatæ, ad regna sua Aragonię primū se contulit, & deinde Neapolim nauigauit. Quo digresso Philippus & Ioanna coniux eius à magnatibus & populorum Castellæ procuratoribus in oppido Pincia, quod Valladolid vocant, Castellę Reges vocati fuere præstito iureiurando, & Carolus eorum filius dictus est Castellæ princeps. Erat autem Philippus iuuenis corpore validus, facie pulchra, aspectu iocundo, animo liberali, ingenio claro, & literis adornatus. Qui regnauit menses ferè quatuor, & in vrbe Burgensi aduersa valetudine correptus, paucis diebus è vita decessit, die vigesimo quinto Septembris, anni prænominati. Quo mortuo, Ioanna Regina viduata remanens vel ex morte mariti, quem vehementer amabat, vel nulla gubernandi experientia, vel alia causa gubernandi munus recusauit. Gubernatum itaq; regnum fuit per consiliarios, & Franciscum Ximenium Hispaniæ Cardinalem. Qui Castellæ regnum gubernarūt menses circiter vndecim, multis Castellæ magnatibus inuitis atq; etiam murmurantibus. Erant autem in hac gubernatione Regii consiliarii, Alphonsus à Fonte cognominatus iureconsultus, & Episcopus Iaenensis moribus & ętate grauis, qui consilio pręsidebat, Petrus Oropesanus doctor Canonici iuris interpres & vita probus, Fernandus Tellius Licenciatus vir ingenio magnus & genere nobilis patria Hispalensis. Erat & Garsias Moxica Licenciatus in vtroq; iure natione Guipuzcuanus vir probus & literis ac genere clarus, item Laurētius Caruajalus doctor egregius & genere nobilis, aderat & Ludouicus Polancus vtriusq; iuris consultus. Fuerunt & alii complures, quorum nomina me latent. Regina autem Ioanna Ferdinandum patrem, qui Neapoli tunc erat, ad regni gubernationem vocari iussit. Qui filiæ votis annuens se venturum respondit. Cæterū quoniam multa erāt in regno Neapolis, & magna negocia, aduentum suum per aliquot menses distulit. Tandem multis filiæ suæ nunciis & literis acceptis & omnibus ferè Castellæ populis supplicantibus die quarto Iunii, anni quingentesimi septimi nauim conscendit, multisq; triremibus magnaq; classe comitatus in Hispaniam remeauit incolumis & peroptatus, & multis malis, quę per Hispaniam committebantur, occurrit. Qui cum tumultus & nonnullorum procerum motus oppressisset, omnes Castellæ populos tranquilla pace magnaq; iusticia prope septennium gubernauit. Postea vero anno tertiodecimo supra millesimū & quingentesimū ex vrbe Burgensi Pinciā, q̄d distat à Burgis passuū milia circiter octoginta, se contulit, vbi per annū ferè cōmorat⁹ est, multaq; negocia confecit. Vnde discedens in cœnobium, quod Meiorada dicitur ordinis Sancti Hieronymi apud oppidum Olimetū profectus, aduersa valetudine grauat⁹ indies magis ac magis affligebatur, adeo vt de eius salute & spe vitæ medici ferè omnes desperarēt. Quā quidem valetudinem viri qdā prudentes ex medicamentis quibusdam sibi datis ad procreandum prouenisse putauere. Quę siue sciens siue deceptus acceperat, medicorum tamen cōsiliis obediens, & multis adiutus remediis interdum conualescebat, & spem vitæ medici pollicebantur, sed pristinā valetudinem recuperare nunq; valuit, quin potius eius virtus paulatim declinabat ad mortem. Siquidē neq; pedibus insistere poterat, neq; familiares, vt solebat, alloquebat, & à negociis oībus abstinebat. Cuius vult⁹, qui serenissimus semp fuerat, nō hilaris, non iucūdus, sed subtristis & subobscur⁹.

Philippi Regis fœlicitas

DE MORTE FERDINANDI REGIS.

QVi demum cum ex vrbe Placētia Hispalim versus in lectica veheretur, in pago paruo nomine Madrigalegio, quod est apud oppidum Guadalupum die vigesimo secundo mēsis Ianuarii, anni millesimi quingentesimi decimi sexti Rex Catholicus Ferdinādus & nūq; satis laudatus ecclesię sacramētis deuotissime receptis, Deo spiritum reddidit, annū agens ætatis suæ quartum & sexagesimū cum regnasset annis duobus et quadraginta. Habuit autem moriens apud se præter alios nobiles Federicum Henricum Almirantem Castellæ, & Federicum à Toleto Ducem Aluanū suos fratres, alterum patruelem, & alterum amitinum. Aderat & Clemens Protonotarius, qui fuit vnus ex testamētariis & testamentum scripsit. Cuius mihi datū fuit exemplum, quod quia magnum volumen erat, & operi nostro minime necessarium, præ-

UVA. BHSC. IyR_186

termissimus. Elegit autem sibi Rex Ferdinandus sepulturam in vrbe Granata, vt alibi scripsimus, vbi & vxor eius Isabella Regina iacebat & nūc ambo simul iacent, & effigies vtriusq; cernūtur in alto tumulo valde conspicuo. Quo etiam Regis Philippi corpus Imperatoris Caroli iussu delatū fuit ex oppido quod Tordesillas appellant, vbi longo tempore iacuerat.

DE FERDINANDI REGIS ET ISABELLAE REGINAE LIBERIS.

MIhi de Catholicis principibus summatim locuto, supereſt vt eorum liberos prolēq; pulcherrimam nominatim referam. Genuerūt itaq; Catholici principes Ioannē vnicum filium, qui cum Margaritā Maximiliani Imperatoris filiam vxorem duxisset adulescentulus, post confectas nuptias & variis ludis & spectaculis sumptuosissime celebratis nō solum ab equitibus Regiæ curiæ, sed ab omnibus etiam totius Hispaniæ populis & Siciliæ infra annum diem vitæ suæ clausit vltimum, non sine summo dolore parentum & lachrymis & totius Hispaniæ atq; Siciliæ consternatione summoq; fletu. Obiit autem hic princeps naturæ dotibus excellens & literis adornatus Salmanticæ, anno. MCXVII. Cuius luctuosissima mors, q̄ maximo gaudio successit, nouam scribendæ tragediæ materiā poetis & scriptoribus prębuit. Eius corpus Auilā delatum fuit & iacet in cœnobio sancti Thomæ ordinis Predicatorii. Progenuerunt & filias quatuor, Isabellā scilicet, quæ primum nupsit Alphonso Ioanni Portugaliæ Regis filio, qui lapsu currētis equi, vt alio loco diximꝰ, infœliciter occubuit. Quo mortuo nupsit eius vxor Emanueli Portugallię Regi. Secundam filiam susceperunt Ioannam, quæ nupsit Philippo Maximiliani Imperatoris filio Carolumq; peperit Imperatorem, & Ferdinandum Vngarię Regem. Peperit & filias duas, Leonorā, quæ primū nupsit Emanueli Regi Portugalliæ, post cuius mortem nupsit Frācisco Gallorū Regi. Peperit & Catherinā, quę nunc est vxor Ioannis Portugalliæ Regis. Tertio autem loco Regibus Catholicis nata est Maria, quæ post obitum suę sororis Isabellæ fuit vxor Emanuelis Portugalliæ Regis. Hæc peperit Ioannem qui nunc est Rex Portugalliæ, & fratres eius atq; sorores, quos alibi nominauimus. Vltimam præterea genuerunt filiam Catherinā, quæ nunc est Angliæ Regina. Habuit etiā Ferdinādus ex quadā generosa virgine (quæ fuit Euolis Vicecomes) Alphonsum Aragoneum Cæsarauguſtanum Antistitem. Qui patris mores & virtutes omnes sic imitatus est, sic eiusdem recta vestigia secutus, sic eum totum refert, sic denicq; seipsum gerit, vt nō minorem ipse suarum virtutum materiā scriptoribus præbeat. Cuius animi magnitudo & naturæ fœlicitas verum quidem illud nostrum tetrastichon faciunt.

Principe uirtutes omnes qui quæris in uno,
Alphonsum certe quæris Aragoneum.
Possidet hic animi dotes & corporis omnes
Et princeps fœlix quicquid habere potest.

¶Aliud tetrastichon nostrum de eiusdem principis memoria futura.

Si genus & uirtus uiuunt post funera magni
Principis, in uita si bene facta manent,
Nestoris egregiam famam superabit & annos
Principis Alphonsi nomen Aragonei.

Progenuit p̄terea Rex Ferdinādus Ioannā Aragoneā fœminā p̄stantissimā, quæ nupsit Bernardino Velasco Castellæ Comestabili viro inter Hispaniæ primarios titulis & opibus excellenti & generositate p̄stantissimo. Suscepit etiā filiam Mariam ex fœmina Vasconia pulcherrima nomine Toda. Progenuit insuper & aliā Mariam, cuius mater fuit generosa de familia Pireira Regni Portugalliæ. Hæ duæ sorores eiusdem nominis viuunt hodie in cœnobio Madrigalis oppidi, præsuntq; cæteris monialibus.

DE CAROLI REGIS ADVENTV IN HISPANIAM

CAeterum Ferdinando Rege mortuo Carolus eius nepos nunciis & multorum literis admonitꝰ in Hispaniam profectionem parare cœpit. Ad quē interī plures Castellæ nobiles

UVA. BHSC. IyR_186

& Aragoniæ nonnulli, qui Regū Catholicorum secretarii fuerant, sese contulerūt. Ex quibus fuit vnus Franciscus cognomento Cobus, quē Carolus Castellæ negociis secretariū præfecit de eius ingenio & moribus informatus. Postea vero rebus ad profectionē comparatis ex Flandriæ littoribus in Hispaniam traiecit, & in oppido Villa Viciosa, quod est apud Astures è naui descendit die XIX. mensis Septembris anno. M. D. XVII. Hic dies paucos quiescēdi causa cōmoratus, mox ad visendā matrē Reginā Ioanā Turrē Sillanā se cōtulit. De cuius reb⁹, q̄s gerere feliciter incipit & posthac gestur⁹ est, in ei⁹ historia Deo iuuāte cōscribem⁹.

LIBER. XXII.

DE IMPERATORIBVS QVOS HISPANIA ROMAE ET CONSTANTINOPOLI DEDIT.

POST AVTEM Hispanorum Regū nomina & successiones dicā nunc breui quos Hispania Romę dedit & Cōstantinopoli Imperatores. Nam cū olim Romam ex prouinciis alię frumentum, aliæ ferrum aliæ equos, aliæ alia munera mitterent, Hispania quidē cum his omnibus etiam mittebat Imperatores, quos hoc loco memorare constituī. His enim mirū in modū poterit ac debebit semper Hispania gloriari. Quę semper eos viros genuerit, qui vbicunq; terrarum fuerint primum semper locum tenuerint.

DE NERVA ROMANORVM IMPERATORE.

POst Cæsares Imperatores, qui numero duodecim fuere, Nerua primus imperauit, qui Domitiano successit. Fuit autem admodum senex & populi Romani et senatus consensu vocatus ad imperiū. Quod cum suscepisset omnia ipsius imperii sceptra ex Domiciani tyrannide in maximo tumultu offendit. Quam ob rem se æquissimum atq; vtilē omnib⁹ præstare diligēter conatus est. Vnde eius opera omnia Domitiani acta ex senatus decreto sunt abrogata, & multi exilio damnati in patriam rediere, multiq; suis bonis & fortunis multati suo beneficio ea recepere. Inter quos etiam Ioannes Euangelista ab exilio reuocatus est, & Ephesum cū magno gaudio remeauit. Verum quum post primum sui principatus annum iam senio grauaretur, & mors instaret, Reipublicæ cauens Traianum sibi adoptauit in filium. Quo adoptato cum septuagesimum ætatis excederet annum, vitæ suæ finē mox fecit. Cuius corpus in hortis Salustianis sepelientes, animā in cœlum relatā senatus decreto retulerunt.

DE TRAIANO ROMANORVM IMPERATORE qui Vulpius Crinetus cognominatus est.

TRaianus autem decoris Hispanis plurimum attulit. Nā cum á Nerua electus esset, imperio suscepto res admodum inclytas gessit. Fuit enim vir in omni virtutis genere prestantissimus, & qui inter sanctos Christianos (vt multis placet) merito referēd⁹ est. Quippe q̄ optimos principes rerū gestarum magnificentia, & omni virtute, laude & gloria superauit. In primis nanq; imperii fines longe lateq; diffudit. Germaniā enim trans Rhenum, vt Orosius scribit, in pristinum statum reduxit. Daciamq; cum aliis gentibus Romano subegit imperio. Parthos quoq; recepit, & Albanis Regem dedit. Euphratem & Tygrim prouincias fecit. Armeniam insuper Assyriamq;, Mesopotamiā, Seleuciā, Thesiphontem ac Babyloniā vicit, & vsq; ad Indiæ fines tenuit. Ad mare etiā rubrum accessit. In quo classem validā constituit, qua inde fines vastaret. Hic quippe omnibus in omnia se æqualem exhibuit. Quinimo, vt scribit Eutropius, persæpe amicos salutationis gratia visitauit, & neminem vnq; læsit, vbiq; enim terra- Oroſius.

UVA. BHSC. IyR_186

ita se omnibus æqualem præstitit, vt vsq; ad Iustiniani magni tempora in creatione principū semper sit acclamatum, fœlicior sit Augusto & Traiano melior. Honores enim imperii, diuitias, facultates, & præmia benemerentibus præ cæteris æque distribuit. Cuius tale persæpe dictum erat, talē priuatis Imperatorem esse oportere, quales priuatos sibi optat habere. Immunitates vrbibus inopia laborantibus vltro offerebat. Portum Anconitanum nunc mirum in modum auctū extruxit, & alia multa ędificauit. Nihil vnq; in vita egit, nihilq; cogitauit, quod nō ad omnium vtilitatem pertineret. Vixit annis tribus & sexaginta, in quibus decem & octo imperauit. Cuius probitatis & morū, etsi perierint scripta in historiā digesta, nō tamē obtrun cata est memoria, quin multa plures scripserint, à quibus nos pauca hæc sumpsimus, Igit̄ cū
Eusebius. summa belli domiq; gloria floreret, vt Eusebius scripsit, apud Seleuciam Isauriæ ciuitatē profluuio vētris extinctus est. Cuius ossa postmodum Romā delata in foro ibidem in aurea vrna, quam ipse struxerat sub columna, quę adhuc extat centum quadraginta pedū altitudine, sepulta sunt. Cuius anima Romani senatus sententia relata est in cœlum. Cuius patria fuit, vt asserit̄, oppidum quod Petracia Serrana dicitur.

DE HADRIANO HELIO ROMANORVM IMPERATORE.

HAdrianus cognomento Helius Traiani consobrinę filius post Traianum imperiū suscipiens multa quidem magnifice gessit. Fuit enim vir magn⁹ & inter optimos principes non immerito numerandus. Nam liberalis, splendidus, magnificus, clemens, & vtraq; lingua eruditus, necnon & musicæ, medicinęq; artis scientissimus fuit. Qui cum leges multas compo suisset, à populo Romano ob benemerita pater appellatus est, & nō modo Romanis, sed etiam Athenienſibus legem petentibus ex Draconis Soloniscq; sententia iura cōposuit. Quibus etiā bibliothecam magnificam atq; insignem constituit. Et cū vir doctissim⁹ esset virorū quoq; doctorum, & maxime Plutarchi Cheronei sexti, Agathoclis, et Oenę magni philosophorum familiaritate vsus & delectatus est. Idemq; sacris Eleusinæ initiatus multa Athenienſibus dona contulit, eorumq; pontem Cephesi fluminis alluuione desolatum restituit, pōtemq; sui nominis adhuc stantem super Tyberim in Vaticano fecit, ac iuxta illum sepulchrum suū mirę magnitudinis extruxit, qua mole seu sepulchro nunc Romani Pontifices pro arce vtuntur, quæ Sancti Angeli castellum nuncupatur. Mirifice quoq; ac sumptuose & alibi hic clarissimus Imperator ædificauit, & potissimum in Iudæa Hierosolymam à Tito euersam mœnibus & ædificiis instaurauit, & adeo eam amplificauit, vt passionis Domini nostri Iesu Christi locum intra mœnia concluserit, & ex suo nomine Heliā appellauit. Præcepit ne cui Iudæo, sed tantū Christianis introeundi facultas omnino daretur. Nam cum primo Christianis aduersaretur, postea cognita eorum religione eis admodum fauit, & beneficus fuit. Alexandriam quoq; Aegypti ciuitatem à Romanis dirutam sua instaurauit impensa. Murū item in Anglia duxit octoginta milibus passuum longitudinis. Tyburtinam villam nunc ciuitatem ædificauit. Et Pomponii magni sepulchrum magnificentissime extruxit, atq; innumerabilia alia opera peregit. Tandē & ipse sexagenario maior intercutis aquę morbo apud Baias Campanię vrbem vitæ suæ finē fecit & Puteolis in villa Ciceronis sepultus fuit. Vbi Anthonius Pius eius successor templum pro sepulchro consecrauit.

DE ANTHONIO COGNOMINE PIO ROMANORVM IMPERATORE.

ANthonius autē Pius Hadriani gener & adoptione filius Romanis quoq; impauit. Qui etsi incertum est an fuerit in Hispania natus, eius tamē originem & progenitores Hispanos fuisse plures attestantur. Fuit autem vir optimus, qui imperio suscepto tanta cum modestia & benignitate imperauit, vt merito non imperii, sed Pii cognomentum adeptus, & patriæ

UVA. BHSC. IyR_186

pater appellat⁹ sit. Nulli quippe vnq̃ neq̃ priuatim neq̃ publice acerb⁹ fuit, & hoc verbũ pæ pe dixisse ferũt, malle se vnũ ciuẽ seruare, q̃ mille hostes pdere. Nã tãtæ religionis, pietatis, gra tiæ, humanitatis, clemẽtiæ, iusticięq̃ ac modestiæ munere prędit⁹ erat, vt cũ Numa Põpilio bo norũ oĩum sentẽtia merito cõparari possit. Quã ob rem multi Reges multæq̃ nationes, posi tis ei⁹ iussu armis, ad eũ cõtrouersias cũctasq̃ lites deferrẽt, eiusdẽq̃ sentẽtiæ statim parerent.

DE MARCO Anthonio Romanorũ Imperatore cognomine vero.

MArcus etiã Anthoni⁹ cognomẽto Verus ad imperiũ fratri suo Anthonio Pio succes sit. Qui imperio susceptores maximas gessit. Nã (vt testis est Eusebius) Germanos, Marcomanos, Sequanos, Sarmatasq̃ magna virtute superauit. Ad qđ bellũ iturus cũ nõ habe ret vnde stipẽdia militib⁹ solueret, oẽm imperatoriã supellectilem & vxoris ornatũ vẽdidit, & precia merẽtibus dedit. Fuit præterea literarũ studiosissim⁹, ac liberalitate clarissim⁹. Quapro pter ab omnib⁹ ita colebatur, vt sacrilegi nomen incurreret, qui ei⁹ imaginẽ domi nõ haberet.

DE THEODOSIO Seniore Imperatore Constantinopolitano.

THeodosius Constantinopolitanus Imperator Christianissimus, optimus & præstantissi mus fuit, & Traiani, a quo ducebat originẽ, persimilis. Qui postq̃ breui tyrãnos sustu lit, auxilio dñi nostri fretus, in quo maxime cõfidebat, & Androgeũ seu Androgatũ Maximi ni Ducẽ, ac Abrugastem Eugeniumq̃ Galliarum tyrãnos, & Germaniæ partis inuasores supe rauit & occidit. Quod eius historiæ celebrator poeta Claudianus insignis admirans ait. Claudianus.

O nimium dilecte Deo tibi militat æther,
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

¶Hunc itaq̃ nõ immerito & Ambrosius/& Augustinus de ciuitate Dei maximis laudib⁹ extollunt. Cui ad militarẽ disciplinã addunt etiã ingenii & religionis laudes ingẽtes. Hic enim inter alias virtutes humilitatẽ prẽcipue coluisse fertur. Nã cũ viri Thessalonicẽses (vt in historia sancti Petronii habetur) Iudicẽ suũ in theatro occidissent, ira percit⁹ esset, diui Ambrosii preci bus eis facillime pepercit. Verũ postea suorũ familiarũ malitia compulsus ad quinq̃ hominũ milia iussit occidi. Quod vbi diuus Ambrosius intellexit, Imperatori apud Mediolanũ existen ti ecclesiæ introitũ, nisi pœniteret, interdixit. Quod legimus in canone. de. peñ. dist. 2. caꝑ. secũ do. Quam quidẽ admonitionẽ ita animo æquo tulit, vt vitro Ambrosio gratias egerit, atq̃ pœ nituerit, & vrbem ipsam laceratã instaurauerit, vt notatur in prohemio. ff. Vnde & pœnitentia peracta legem tulit, vt principum sententiæ super mortis animaduersione prolatæ vsq̃ in trige simum diem ab executoribus semper differrẽtur, quatenus locus misericordiæ, vel si reo exige ret pœnitentia, non deperiret. Quam ob rem postea si quando ira percitus fuisset, hac cunctatio ne vtebatur, vt ter alphabetum prius proferret, quã quicquam verbo mandaret.

DE ARCHADIO Imperatore Constantinopolitanorum.

ARchadius magni Theodosii filius Constantinopolis cum Honorio fratre præfuit impe rio, qui Christianissimi fuere, & bellicis in rebus strenuissimi. Nam Ruffinum atq̃ alios Duces magno conatu imperium affectantes summa virtute oppressere.

DE HONORIO Imperatore Constantinopolitanorum.

HOnorius autẽ Archadio mortuo imperium tenuit vnã cũ Theodosio fratris filio, vir cer te moribus & religione Theodosio patri cõsimilis. Qui cum primũ imperium suscepit Cõstantinũ tyrãnũ interfecit. Cuius etiã iussu cũctis expulsis hæreticis pax ecclesiis reddita est. Itaq̃ pacatã relinquẽs Rẽpublicã sepultus iuxta Petri basilicã iacet in pulcherrimo mausoleo.

DE THEODOSIO Iunore Cõstantinopolis Imperatore.

THeodosius Iunior Archadii Imperatoris filius cum Valẽtiniano Placidiæ amitæ suæ fi lio septem & viginti annis imperauit. Princeps omnino Christianissimus & humanita te clarissim⁹. Qui imperiũ in maxima rerũ pturbatione suscepit ac possedit. Nã Affricã fermẽ vniuersam Gẽserico Vandalorũ Regi ablatam amisit, & Aegypti partẽ depdidit. In Panonia quoq̃ & Vnni Duce Attila res multas vastauere. Multas etiã in Britãnia calamitates, direptio-

UVA. BHSC. IyR_186

nes, vastationesq; pertulit. Deinde Vesegothi, Sueui, & Alani Lusitaniã Tarraconẽsemq; Hispaniã & Aquitaniã capiẽtes à Ligeri flumine vsq; ad Carthaginẽ nouam omnia occupauere præter Cantabros & Astures. Qui pro sua constantia Romanorũ milites conseruauere. Quæ mala Theodosius animaduertens Valentinianum cum Placidia matre sua statim ad regendam ac defendendam misit Hispaniam. Ipse autem Ioãnem quẽdam tyrãnum opprimens regnum omne recepit. Quo sine prole moriente Valentinianus est Imperator electus.

DE FERDINANDO Vngariæ frater Caroli Imperatoris.

DE Vngariæ Rege Ferdinãdo, qui adulescẽtulus militiã ingressus, arma tractare cœpit, dicam breuiter q̃ mihi fata promittũt, eum. s. Hispaniæ & Christianæ Reipublicæ honori magno & augmẽto fore. Quẽ quidẽ fati necessitas & Dei volũtas nõ sine casu motuq; cœlorũ potẽtissimis ac' sæuissimis Christianæ religionis hostib9 oppositum. Quib9 hacten9 fortissime restitit, & in posterũ de oib9 Barbaris gẽtib9 & Christiani nois inimicis, vt spero, Deo iuuãte simul cũ Carolo fratre triũphabit. Cæterũ de reb9, quas hic Rex Ferdinãdus adulescẽs hacten9 gessit, & naturæ dotibus, multi scripserunt. Et nos, Deo iuuante, præter ea quæ scripsimus in historia Cæsaris, alia quoq; quæ post hac eum facturum multo maiora speramus, in honorem Dei & nostræ religionis conscribemus.

QVAE DESVNT HVIC OPERI.

DEsiderabit in hoc volumine lector & frustra requiret Hispaniæ viros illustres. De quibus nõ solũ præteritis, sed etiã nunc viuentib9, vt in prologo/& aliis in locis mentio est, numerose scripserã: sed cũ illorũ nomina & res gestas nostris Principib9 recensuissem, illi quidẽ etsi propter Hispaniæ fœlicitatẽ, quæ tot viros insignes progenuisset, valde gauisi cũ laborẽ nostrũ & industriã cõprobassent, eorundẽ tamen volũtas/& consiliũ fuit, vt in præsentiarũ virorũ illustriũ catalogus nõ æderetur. Dicebant enim prudentissimi Principes/qd' inter viuentes, vt est humana cõditio, magna nasceretur inuidia, & iusta præterea multorũ querela, qui prætermissi fuissent. Fuit igitur mihi parendũ principib9 nostris rem iustã præsertim atq; prudẽter imperãtibus. Subduximus itaq; de volumine viros illustres & nõnullas etiam mulieres memoratu dignas. Quę cũ cæteris, quæ mihi posthac occurrerint in lucẽ proferẽtur in posterũ. Nõ me igitur mentitũ iudicabis benignissime lector, & qd' tibi nũc offero libẽter accipias. Vale.

LVCII MARINEI SICVLI VIRI DOCTISSIMI ATQVE
Regij historiographi opus de rebus Hispaniæ memorabilibus explicitũ,
& nunc Cæsareæ Maiestatis iussu in lucem æditum. Impressum Compluti per Michaelem de Eguia, Absolutũq;
est mense Maij. Anno ab orbe redempto.
M. D. XXXIII.

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

UVA. BHSC. IyR_186

229

Biblioteca de Santa Cruz
lyR 186

UVa. BHSC. lyR 186

MARINEI SICVLI OPVS ERV [illegible]